IACULA ECCLESIAE CHRISTI CATHOLICAE EX CATHOLICORUM IPSISQUE...

Benedetto Benedetti, Giovanni Battista Coccini, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
8
6 E
14

I h 16

C. J
S. AA
O. 2
N. 21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IACVLA
ECCLESIÆ CHRISTI
CATHOLICAE
EX CATHOLICORVM IPSISQVE
Hæreticorum ASSERTIONIBVS deprompta,

QVIBVS CHRISTIANAE FIDEI VERITAS firmissime roboratur, & Hęreticę perfidiæ Falsitas certissime refutatur.

Auctore Benedicto a Benedictis.

Cum Indice hæresum & Scholio insigniorum, quæ hoc libro in medium afferuntur.

SVPERIORVM PERMISSV ET PRIVILEGIO.

Federici Vrbani



S. BONAVENTVRÆ VRB

VENETIIS M. D C VIII.
Apud Euangelistam Deuchinum, & Io. Baptistam Pulcianum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTR.MO AC REVEREND.MO

D. D. IACOBO DAVY,

ARCHIEPISCOPO SENONENSI,

AQVITANIAE PRIMATI,

Sacratioris Consiliarij Christianissimi Franc. Regis Henrici IV. Consiliario Ordinis Regiæ Milit.

AC ETIAM FRANCIAE MAGNO ELEEMOSYNARIO, & S. R. E. Cardinali Titulo S. Agnetis in Agone.

Verissimum sanè, quod peruulgato fertur adagio, Sapienti pauca: neq; enim peritus vir multis verborum circuitionibus indiget, quippe qui & recte intelligere, & recte iudicare per se ipse possit. Quare tibi, Cardinalis amplissime, peritissimo, optimeque intelligenti paucissima sat sunt: cum enim eximia variarum linguarum, Hebreæ scilicet, Chaldeæ, Arabicæ, Persicæ, Græcæ, Latinæ, ac Italicę notitia, singulari diuersarum scientiarum, summaq; in primis Theologiæ sacræ peritia perspicue fulgeas, pluribus tecum agere, superuacaneum prorsus existimo.

Quid enim tibi ornatissimo Ecclesiæ Præsuli dicā, seu dicere instituam, quod te prætereat? Siquidem te summis laudibus celebrabo, non te fugit Virtutes iustis, debitisq;, vt Aristoteles in Ethicis docet, non carere laudibus. Si te

asseuerabo summopere decorari Virtutibus, non tantum iure promereri laudes, verum etiam quiddam maius, eo ipso auctore affirmabis: Si Gallorum gloriam te vocato, scis te Italorum etiam decus esse; cum praeclaras quidem Virtutes, excellentissimam doctrinam, sapientiam altissimam habeas a Gallia, Cardinalitiae vero dignitatis ornamentum obtineas ab Italia: Si te apud Christianiss. & inuictiss. Gallorum regem Hen. IIII. Heroum omnium principem approllato, nosti te a Christianis etiam Regibus omnibus, quin ab ipso Oecumenico Ecclesiae CHRISTI Pontifice, praecipuae auctoritatis, praecipui meriti, praecipui honoris haberi.

Nihil denique de te tuisque virtutibus, sapientiae thesauris, & de tuis meritis dicam, quod licet scias verum esse, quod dicam, tamen prae innata tua modestia de his semper summisse audies, humiliter senties, & abiecte existimabis.

Quod si omnibus bonum aliquod operantibus, (vt D. Paulus Ecclesiae CHRISTI Doctor asserit) honor, & gloria debetur; quanto maiori honore, & gloria exornaris ipse, qui non solum bonis operibus, sed virtutibus Theologicis, liberalibus disciplinis, claris exemplis, elegantissimis orationibus, eruditissimis scriptis es celeberrimus.

Hinc est, quod Pont. Max. te oratorem libenter audierũt, & libentius exaudierunt, cum de reconciliando Francorum rege cum ECCLESIA CHRISTI ROMANA, de firmanda pace, ac de benedictione Pontificis impetranda agebas & ad Cardin. dign. fastigium te postmodum euexerunt, tuamq; gloriam propterea clariorem, & illustriorem sic reddiderunt, vt quoties a viro Litteris ornato, seu dignitate redimito tui mentio fiat, mentio illa sit honorifica. Omnes enim vna voce te laudant, tuas Virtutes suspiciunt, tuam concelebrant dignitatem, memoriam tuã, simulque intelligentiam admirantur, disputationum tuarum congressus, ac victorias de Haereticis reportatas de-

can-

cantant, mirabilem tui mirabilis ingenij partum in lucem edendum cupide expectant, tuam æmulantur peritiam, tuam ad sidera vsque extollunt sapientiam, ac tua merita in Cœlo præmijs augenda sperant. Ista quidem, teste D. Ambrosio, vera est gloria, nempe clara cum laude notitia.

At si quispiam tuæ tam eximię gloriæ inuidus obijciat, neminem adhuc viuentem esse laudandum; dicam infirmum de sanitate non recte iudicare: quamuis enim multi laudentur, qui laudandi non sunt, & plerique per laudes inflentur: recte tamen, qui laudes merentur, laudati oportet; cum huiusmodi laudes, & encomia eisdem ad humilitatis, caritatis, & perseuerantiæ profectum inseruiant: quemadmodum tibi proculdubio nunc euenturũ confido, quem ob hanc causam, aliasque complures perpetuo laudare, diligere, ac colere debeo, præcipue vero quod te anno superiore officiosissimum in me sum expertus. Vnde fit, vt quantum tibi, Cardinalis Illustrissime debeo, perpendam, & perpendendo fatear, multo plura me tibi debere, quam sum soluendo.

Id quod ex huius libri lectione, perspicuum facile fiet, quem sub gloriosissimo nomine tuo excussum nũc ad te mitto leuidense quidem munusculum, si librum tantum inspicias. Sunt enim ingenioli mei primitiæ, primusq; fœtus Si vero ad animum meum adijciens oculos, quod in affectu viget, non quod in effectu tantummodo exhibetur, dispicies; maiora inuenies, quæ corde latent intimo, quam quę foris apparent.

In toto enim opere Catholicę fidei Orthodoxę Veritatem ipsorum Hæreticorum sententijs assero, primumq; Catholicæ veritati Hæreticam obijcio falsitatem, moxq; Christianæ fidei subijcio veritatem: deinde illam aduersariorum testimonijs confirmatam, Hęreticæ autem perfidiæ falsitatem confutatam relinquo: & post Dogmata circiter quingenta, & articulos fidei Ecclesiæ CHRISTI

Romanę Hęreticorum assertionibus constabilitos,& defensos, librum concludo: quem hilari fronte á te acceptum, queso fac, audiam, vt ad alia multa; quę conscripsi, opera edenda mihi deinceps animus incitetur. Vale.

Amplitudini tuę Illustriss. ac Reuer.

Addictissimus seruus

Benedictus a Benedictis.

IN:

INDEX MATERIARVM,

QVAE PRAESENTI LIBRO CONTINENTVR,

Alphabetico ordine digestus.

Digitized by Google

D

E

Digitized by Google

Iudicij

Digitized by Google

Ordi-

Digitized by Google

Spi-

FINIS.

Digitized by Google

AVCTORES
Qui hoc libro in medium afferuntur.

CATHOLICI.

A

D.Adrianns Pont. Max.
Alanus Copus.
B. Alexander de Ales.
D.Alexander Primus.
B. Albertus Magnus.
B. Albertus Patauinus.
Albertus Pighius.
B. Alcuinus.
B.Algerus seu Algens.
Alphonsus a Castro.
Alphonsus Tostatus Abulēsis
D.Ambrosius.
Ambrosius Catharinus.
D.Anacletus Papa.
S. Anastasius Synaita.
S. Andreas Cæsariæ Archiep.
Andreas Fabricius Leodius
Angelus Pientinus.
D.Agatho Pont.Max.
Apostoli.
B. Aponius.
Arnobius Romanus.
D.Anselmus.
S. Antiochus Monachus.
S. Antoninus Florentiæ Archiepisc.
Aristeas.
D.Athanasius Magnus.
D.Athenagoras.
D.Augustinus.

Ae

Aeneas Syluius.

B

Baptista Platina.
D.Basilius Magnus.
D.Basilius Seleucius.
D.Beda.
Bernardus Lutzemburgensis.
D.Bernardus Clareuallis Abbas.
D.Bernardinus Senensis.
B Bonifacius Octauus.
D.Bonauentura.

C

D.Cassiodorus.
D.Calixtus Papa.
Carolus Quintus.
D.Claudianus.
Colonienses Canonici.
Constantinus Harmenopuli.
B.Constantinus Imperator.
D.Cornelius Pont.Oecumenicus.
D.Cœlestinus Vniuersalis Eccl.Pon.
Cœsarius Carmelita.
D.Clemens Romanus.
D.Cyprianus Carthaginensis.

D

D.Damasus Papa.
Dametrius Cedonius.
S. Diadochus.
D.Didymus Alexandrinus.
D. Dionysius Alexandrinus.
D.Dionysius Areopagita.

E

S. Edemundus Archiepisc.Cātuariæ.
S. Egesippus.
D.Ephræm Syrus.
Erasmus Retorodamus.
Eticus Altisiodorensis.
B.Esaias Abbas.
Euagrius Antiquior.
D.Euaristus papa.
Eugenius Quartus.
D.Eusebius Alexandrinus.
D.Eusebius Cœsariensis.

F

Felix Pont.Max.
Fontanus.
Florus Magister.
Franciscus Feuardentius.
Franciscus Turrianus.
Fridericus Strophylus.
D.Fulbertus Carnutensis.
D.Fulgentius Ruspensis.

G

Gabriel Flamma.
Gabriel Prateolus.
D.Gaius Ecclesiæ Pontifex.
S. Gaudentius Brixiensis.
Gennadius Scholarius.
Georgius Bodinus.
D.Gelasius Papa,

D.Pa-

Concilia.

Digitized by Google

Hæretici.

C O P I A.

GL'Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo Cōseglio de X. infrascritti hauuta fede dalli Signori Riformatori del studio di Padoua, per relatione delli doi à ciò deputati, cioe del R.P. Inquisitore, del Circ. Secr. del Senato Zuanne Maraugia con giuramento, che nel libro, intitolato; Iacula Ecclesiæ Christi Catholicæ, &c. non si troua cosa contra le leggi, & è degno di stampa, concedono licenza, che possi essere stampato in questa Città.

Dat. die xviij. Iunij 1608.

D. Nicolò Bon.
D. Zuanne Moro. } Capi dell'Illustriss. Conf. de X.
D. Bortolameo Nauagero.

Illustriss. Conf. X. Secretar.
Leonardus Orthobonus.

1608. à 19. Zugno regist. in libro, a carte 196. a tergo.

Antonius Lauredanus Officij
Cont. Blasph. &c.

Digitized by Google

AD CHRISTIANVM
ET CATHOLICVM LECTOREM
Auctor.

Veritas adeo sublimis, ac mirabilis est, Orthodoxe Lector, vt, licet fidelium suorum defensionibus possit esse contenta, gaudeat tamen aduersariorum etiam assertionibus muniri. Non enim à Catholicis solùm, verum etiam ab hæreticis, qui ei aduersantur, defenditur. Quod D. Hieron. *oculatissimus Patrum Diuus* HIERONYMVS *aduertens,* In Ps. 5. 10. 8. *Hæretici, inquit, aliud in corde tenent, aliud in sermone pollicentur, pietatem loquuntur, & occultant Antichristum.* Ep. ad Pa. *Sciunt enim quod nemo possit induci, si proferant Antichristum. Lucem proferunt, vt celent tenebras, & per lucem ducant ad tenebras. Qui sic verba temperant, & sic ordinem uertunt, vt ambigua queque concinnant, vt & nostram & aduersariorum confessionem teneãt, ut aliter hæreticus, aliter Catholicus audiat. Atque istud pessimus hæreticorum* Lutherus. *Lutherus, quem nominare pollutio est confirmatum uoluit* In Gal. 1. *quod reipsa exercuit: Nec hæreticus uenit, inquit, sub titulo erroris* Christus. *& Satanæ. Et plus his hæc addit: Nec Diabolus ipse uenit, vt Diabolus. Ac ipsa Veritas hoc satis superque Christianos non abs re admonuit, cum dixit:* D. Matt. 7. *Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Ad quod quisquis oculum adijciet, impios hæreticos & inuitos & coactos istud facinus impietatis perpetrare dispiciet luce clarius. Verum est enim, quod uero congruunt omnia, quæ uera* Aristoteles. *sunt ut auctor est Aristoteles,* 1. Eth. c. 8. *a falso autem cito uerum dissidet, ac discrepat: unde si alterutrum uidelicet uel falsum solummodo pureque docerent, nemo illorum concionibus aures accomodaret, nemo eorum scriptis fidem haberet, nemo illis crederet, nemo eos sectaretur, nemo denique ipsorum dogmata probaret. Foret enim præter institutum hæreticorum, si uera uerisque consentanea proferrent, & minime pallio Veritatis, & verorum falsa & mendacia obtegerent, & uera cum falsis permista præseferrent. Ideo uera cũ falsis dogmatibus admiscent. Porro cogendo uidentur vendere auratum pro auro, & cum Veritate mutuare ac fænerari mendacium. Non quod omnis perditorum hærreticorum hæresis sit aliqua ex parte pariter & uera & falsa, sed quoniam cum multæ sint falsæ assertiones, aliqua tamen ueritate ab ip-*

sis ad-

Digitized by Google

sis admiscentur, aliæ vero veræ, quas uel ex animo, vel ficte commiscent, probantur, aliæque omnifariam falsæ, sub earum, quas Veritatis mistione distrahunt, prætextu exhibitæ.

De quorum quidem fraudibus expostulans in sacris Scriptis DEUS, Repromisso, inquit, nequam hæreticorum scilicet traditio, multos perdidit diligentes, & commouit, quasi fluctus maris. Et rursum obiurgans, & execrans illos dicit: Digni carere luce, & pati carcerem tenebrarum. Hac enim Diabolica arte multos in captiuitatem Satanæ adducunt, & inferis deuouent, incautos & rudes homines in suos errores rapiunt, atque etiam in barathrum scelerum deducunt. Eccl. 30. Sap. 8.

Ex horum autem astutijs, argutijs, strophis, & impietatis documentis obrizum purissimæ Veritatis haurire duxi, atque ex tenebris lucem, quæ a tenebrionibus illis obscuratur, in medium proferre iudicaui. Discretio namque ueri a falso omnes, ut in Dialectica fertur, Veritatem erudit, quo si possibile est (ut ita dixerim) qui in tenebris sunt uideant lucem magnam, & qui in errores arripiuntur, Veritatem amplectentur: potissime dum dignoscent ex suorum seductorum falsitatis ducatorum, & ducum impietatis, Veritatem Catholicam & orthodoxam elici & plene comprobari. Quod sicut gloriosus Catholicis CHRISTI existimabitur, ita ignominiosum hæreticis Antichristi futurum censebitur. Cunctis uero uiuentibus summe admirabile dignoscetur.

D. Paulus. *In quo Romanum Doctorem, Ecclesiasten Romanæ Ecclesiæ Patronum perpetuum sectabor, qui Aethenienses alloquēdo Philosophos testes adhibuit eorum, & testimonijs Gentilium Poetarum ad Veritatem, qua ipsos instruebat, confirmandam usus fuit. Cuius morem* Act. 17.
D. Clemens. *Diuus CLEMENS Alexandrinus inter Græcos, & Diuus HIE-* In strom. & Pedago.
D. Hieron. *RONYMUS inter Latinos amplexus est.* Ad Pe. Ion. Elu. & vig.

Eam obrē, quod Catholica Ecclesia credit, tenet ac tradit, his, alijsque rationibus adductus, Aduersariorum Ecclesiæ CHRISTI hæreticorum scilicet testificationibus, assertionibus, doctrinis, confessionibus, catechismis constabilire, & eorumdem repugnantijs, diffidijs, controuersijs, contradictionibus demonstrare deliberaui.

Tu igitur Lector optime, si Veritatem ex iuratis eius hostibus scire cupis, si Christianam Religionem sequi diligis, si Catholicam Ecclesiam ingredi uis, dum extra eam abiectum te noueris, si in ea cum sis firmari, ac seruari petis, si hæreticos sugillare, deridere, contemnere & detestari amas, si DEUM his rebus satis mirari exoptas, si Veritatis

digni-

Digitized by Google

dignitatem, firmitatem & gloriam Catholicę Ecclesiæ libentius sequi concupiscis, si uia regia alacrius incedere gestis, si denique salutem adipisci perquiris dum forsitan per hæresum, uel schismatum, uel peccatorum anfractus, & parniciem præceps eas librum hunc meum quocumque pacto compositum rogo te prælegito. Vale, & Veritati Catholicæ foue, ac faue.

IACVLA ROMANÆ CHRISTI ECCLESIÆ,

QVIBVS HAERETICAE ANTICHRISTI Synagogæ transfodiuntur.

AVCTORE

BENEDICTO EX BENEDICTIS.

Præfatio.

HOc libro hunc ordinem seruabo, primo hęresim proferam, inde Catholicam veritatem quasi notissimam, & ab innumeris ferme Catholicis, & a me modis plurimis euidentissime demonstratam, & hanc ipsorum hæreticorum testimonijs confirmabo: licet non ignorem Ecclesiam his opus non habere, vtpote quæ pro centro Veritatem, pro firmamento verbum DEI, *pro pauimento scripturam Diuinam, pro magistro* PARACLETVM, *pro fideiussore* CHRISTVM, *& pro defensore* DEVM *habeat: sed vt æternam hęreticis ignominiam inuram, & eos magna ui ueritatis cogendos Ecclesiæ consentire ostendam, & moneam omnes, qui illorum testimonijs ab Ecclesia penitus reiectis nimis impensè credunt, saltem aliquando Veritati, & Ecclesiæ pareant, & ex filijs tenebrarum filij lucis illius sint, quæ totam illustrat Ecclesiam.*

HAERESIS I.

Deus esse asseritur. *De Res. mortuo.*

SVNT hæretici, qui sine DEO viuunt, quia DEVM esse non credunt, & vocantur Athei, qui Atheismum profitentes in omnia crimina tuto prouoluuntur, quorum auctores existunt Diagoras, Milesius uocatus ἄθεος, quod nullos DEOS esse putaret, Theodorus Cyrenaicus, qui omnes de Dijs opiniones sustulit: quorũ grauissimũ errorem plures Athei ex Lutherana camerina nati in Germania, in Anglia, alijsque Europæ regionibus, quæ multis hæresibus laborãt, sectati fuisse feruntur; quos ultra Aristotelem, Platonem, aliosq; illustres Philosophos Ecclesia CHRISTI,

D. Athenagoras. D. Gregorius Neocæsariensis. Suidas. Cicero. Plutarchus. Laertius.

In Eccles. Salo. Metaphora. 9. In lexico. Lib. 1. de N. Deor. De placit. philoso.

Digitized by Google

Mutius Iustinopolitanus. Aristoteles Plato. B. Alexander.

In Aristip. Catho. disc. Princip. Metaphis. 12. lib. c. 7. 8. 9. 10. Epist. ad Dionys. Com. S.T. l. 1. c. 1.

hoc est Apostoli, Euangelistæ, Patres Sancti, Doctores, Theologi omnes, Fidelium CHRISTI omnium fides in cunctis seculis præteritis a CHRISTO usque in hunc diem, Sedes Apostolica per Traditiones erudita, per Canones recta, per Decreta ordinata, per Concilia constabilita, per DEI filium auctoritate maxima aucta, per SPIRITVM SANCTVM perpetuo fulta, & per Patrem columna, & firmamentum Veritatis hactenus probata, & quidquid nomine Ecclesiæ continetur, & excogitari potest, nunc, & alias intendo, detestatur. Quamobrē B. ALEANDER ab Ales irrefragabiliter DEVM esse inter multa per hæc ita probat: DEVM esse, multis modis ostenditur. Hoc enim fides recta testatur, Scriptura Sacra loquitur, comparatio rerum ad ipsum id ipsum indicat, Sancti prædicant, creaturæ
I. clamant, ratio naturalis dictat. Primum igitur DEVM esse fides testatur, quia fides Catholica credit DEVM &c. DEVS solus habet esse perfectum: Illud enim perfectum est, cuius nihil est extra ipsum; unde, quia esse nostrum habet aliquid extra se, imperfectum est. Deest enim nobis aliquid, quod de nostro esse iam præterijt, uel quod futurum est. Diuinum autem esse, cùm semel totum sit, nec quidquam de eo præterierit, aut futu-
II. rum sit, perfectissimum est. Secundò, DEVM esse Scriptura loquitur. Ab æterno, & usque in seculum tu es. Exod. 3. Qui est, misit me. Ioannes Damascenus. Videtur omnibus principalius eorum, quæ de DEO dicuntur,
III. nominibus esse, qui est. Tertiò DEVM esse, rerum comparatio ad ipsum facta indicat. Tam uerum enim esse DEVS habet, quod nostrum esse suo comparatum, nihil est, imo DEVS suo præsentiali esse dat omnibus rebus esse, ita quod si de rebus subtraheretur, sicut de nihilo facta sunt, sic in nihilum defluerent vniuersa. Gregorius: Omnia humana, quæ iusta, quæ pulchra sunt, DEI iustitiæ, & pulchritudini comparata, nec iusta, nec pul-
IV. chra sunt, nec omnino sunt. Quartò Sancti prædicant: Anselmus in Prosol. credimus te Domine esse aliquid, quo nihil maius cogitari possit. Dionys. Esse omnium est supersubstantialis Diuinitas, sed hoc intelligitur causaliter, non formaliter. Præterea sicut dicit Augustinus: Illud maxime habet esse, quod maxime distat a non esse, Quod scilicet, non habet non esse post esse, nec esse post non esse, nec potest cogitari non esse. Quintò DEVM
V. esse creaturæ clamant: Omnia namque suo modo dicunt; ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hactenus spectatissimus Theologus Orthodoxus, cui deniq; tum fere omnes antiqui, tumq; reliqui noui hæretici, pro Catholica Ecclesiæ Veritate, subscribunt.

DEVS est vnus.

Catal. hæretico.

II.

Bernardus Lutzemburgensis. Iodocus Coccius.

Thes. Cath. lib. 1. art. 1. to. 1. & lib. 2. art. 3. de sig. Eccle.

Tritoitę, seu Tricolitæ asserunt tres esse Deos, ex quorum secta post Gentes, vt Orphæus, qui (teste D. Theophilo Antiocheno) ducentos, & sexaginta duos Deos confessus est, Homerus, Antisthenes, Chrysippus Stoicus, Plautus, & alij; Simon Magus multos Deos posuit, item Cerinthus, Marcus, Menander, Basilides, Valentinus, & Faustus Manichæus; duos verò Gnostici, Cerdon, Appelles, Helchesitæ, Manes, Albanenses, Albigenses, & Duitę in Polonia; tres autem Deos asseruerunt Peratæ, Petrus Fullo, Ioannes Philoponus, Valentinus Gentilis, Petrus Sartorius, Georgius Blandrata, & Faustus Socinus, & in Polonia Tritheitæ: contra uero docet Ecclesia, quæ semper unum DEVM confessa est: in Symbolis enim Apostolico, Nicęno, Athanasiano ait: Credo unum Deum, Hoc iterum confirmant Apostoli: Deus omnipotens unus est, & præter hunc nullus alius est, & oportet hunc solum colere, & uenerari. Deinde ex Sanctis Patribus D. IGNATIVS dicit: Vnus DEVS, & Pater, nec duo neq; tres: unus qui est, nec est alius præter ipsum, solus est uerus: Dominus. n. inquit, DEVS tuus, DEVS unus est, unus & filius Verbum DEVS. D. DIONYSIVS Ale-

D. Clemens. D. Ignatius. D. Dionysius.

Cōst. Apost. lib. 6. c. 14. Ep. ad Philip. Ad Cor. Ep. ap. Eus. 7. c. 10.

xandri-

xandrinus: Nos unum DEVM omnium fabricatorem colimus, & ueneramur. D. HILARIVS: Deorum multitudinem Ecclesia non agnoscit. Error hic omnium Gentilium est. In Concilio pręterea Lateranensi eadem sic corroborantur: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus solus, & DEVS verus, æternus, & immensus. Quem quidem vnũ solumque DEVM confessi sunt etiam Ariani, Donatistæ, Anabaptistæ, Iouiniani, Vigilantiani, Luciferiani, Cumani, Begardi, Vuiclefistæ, Lutherani, qui dicunt: Damnamus omnes hæreses contra hunc articulum (de unitate essentiæ Diuinæ) exortas; ut Manichæos, qui duo principia ponebant, bonum, & malũ; atque itidem Caluiniani, qui in fidei suæ confessione sic profitentur credere: Credimus & confitemur unum, solumque esse DEVM. Hoc idem sentiunt, & reliqui heretici. Adeo vt Vdalricus Zuinglius vniuersa Zuinglianorum suorum sententia non tantum DEVM esse unum, sed etiam non posse aliter esse, quin DEVS vnus sit, fassus fuerit ad hunc modum dicendo: Impossibile esse fatemur, plures esse DEOS.

D. Hilarius. Concilium. Ad Ps. 135. Cap. 1. Confessionista. Conf. Aug. art. 1. Caluinista. Conf. fid. Calu. art. 1. Huldarius. Confes. cum Luth.

III.

DEVS est in Essentia Vnus, & in Personis Trinus.

Negant nonnulli DEVM in Essentia esse Vnum, & in Personis Trinum, inter quos adnumeratur Petrus Gnaphæus hæreticus, qui quatuor personas in DEO ponebat: Et Trinitariorum quidam, ut Beza contra eos scribens narrat, fateri recusant, quod tres Personæ sit unus DEVS. Sed Fides Catholica huic plane aduersatur ab ipsa vsq; Apostolorum ætate, quinimo hoc ipsum ipsi docuerunt Apostoli, uti refert D. CLEMENS illorum sectator, cui suffragantur Diui IGNATIVS, DIONYSIVS, & D. PROCHORVS, qui potissime D. IOANNIS Apostoli, & Euangelistæ Discipulus fuit, ac scripsit; Ioannes cœpit eos docere de una sola Diuinitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quam deberent adorare, & quod tres Hypostases sit una substantia. Ad istud accedit Origenes dicens: fidere dicimus in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, qui integram substantiam, plenam, perfectamque qui nihil diuersum, nihil discrepans, aut extraneum in Trinitate profitetur. D. ATHANASIVS: Sanctus, Sanctus, Sanctus, triplici numero tres perfectas, absolutas, integras Personas ostendunt, quemadmodum sub unica uoce, Dominus unam substantiam declarant. D. EPHRAEM: Sanctæ Trinitati Diuinitas est coęterna: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres quidem personæ sunt, sed una substantia, atque una Diuinitas. Atque ut Illustrissima alia Diuinorum Ecclesiæ CHRISTI Patrum omittam testimonia, unum D. AVGVSTINVM pro omnibus testem fidelissimum allegabo, dicentem: Omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, qui est DEVS, Diuinorum librorum ueterũ, & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unius, eiusdemque substantiæ, inseparabili æqualitate diuinam insinuent unitatem. Hæc ille Orthodoxus, cui & cæteri Orthodoxi tam ueteres, quam recentiores, quorum fidem doctissimus Petrus Galatinus his uerbis pronunciat: Vnum quidem esse DEVM substantię, ac naturæ simplicitate Christiana credit religio: tres uero Personas, quæ sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: quarum proprietates sunt paternitas, generatio, atque processio: Non essentia, neque natura tres, sed uerè unum esse confiteor. DEVS igitur in personis quidem Trinus est, in essentia uero Vnus. Hæc ille de Fide Catholica, quam in infideles quoque quidam probant hęretici, quemadmodum Hussitę alioquin hęretici faciunt: Ioannes enim Hussus in hoc articulo fidei Fidem profitetur his uerbis Catholicam: Quicunq; uolunt cognitionem habere Trinitatis, debent prius credere in ipsam, scilicet, quod sit DEVS Vnus in Essentia, & Trinus in Personis. Hæc ille, cuius sententia Catholicæ Christi Ecclesię ne-

D. Ioan. Damascenus. Fid. Orthod. lib. 3. c. 10. Beza. Epist. 28. D. Clemens. Const. Ap. D. Ignatius. Ep. ad Phil. D. Dyonis. De D. N. C. 1. D. Prochorus. De V. B. Io. cap. 5. Origenes. Al. 3. ep. ad Rom. D. Athanasius. Trad. a Pa. D. Ephram. Libel. con. scrip. D. August. De Tri. li. 1. Galatinus. De ar. Cat. uer. c. 1. Ioā. Hussus. Ad cap. 5. prior. D. Io.

Protestantes. pores Hussi impij Protestantes securi sunt, dicentes: Ecclesiæ magno consensu apud nos docent, decretum Nycenæ Sinodi, de unitate essentiæ Diuinæ, & de tribus Personis, verum, & sine ulla dubitatione credendum esse, uidelicet, quod sit una essentia Diuina, quæ appellatur, & est DEVS, æternus, incorporeus, impassibilis, immensa potentia, sapientia, bonitas, Creator, & conseruator omnium rerum, uisibilium, & inuisibilium, & tamen tres sint Personæ eiusdem essentiæ, & potentiæ, & coeternæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Hactenus illi, quorum sententię suffragatur Caluinus, qui ad illud Diui Esaiæ, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEVS exercituum, differit, Hoc testimonio ueteres vsi sunt, cum uellent aduersus Arianos tres Personas in una DEI Essentia probare. Quorum ego sententiam non reiicio. Ego non dubito DEVM unum in tribus personis hic designari. *Conf. Aug art. 1.* *Caluinus.* *In Esa. 63.* *Coccius.* *De sig. Ec. 8*

DEVS in Trinitate Personarum adorandus est.

IV.

Quaternitatem adorandam esse edixit Anastasius Imperator hæreticus: cuius hæreticam impietatem Ecclesia, quæ unum tantummodo in Trinitate adorandum esse DEVM tradit, plurimum abhorret in Concilii Niceni Symbolo dicens: Credo in unum DEVM Patrem omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ, uisibilium omnium, & inuisibilium. Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM, Filium DEI unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sęcula, &c. Et in Spiritum sanctum Dominum, & uiuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Atque in D. ATHANASII Magni Symbolo: Fides Catholica hoc est: ut unum DEVM in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate adoremus. Contra uero hoc Christianissimus uniuersam fidem pugnauit Childericus Rex Franciæ hæreticus scripsit Episcopis Galliæ, ut Trinitate abiecta unum tantum DEVM dicerent, & adeo adorarent: At inter multos recentiores, qui phrænesi hæretica laborant, Conradus Schlusselburgius hæreticus Catholice dicit: Antitrinitarii dicuntur hostes impii, & blasphemi Sacrosanctæ, & adorandæ Trinitatis. Huic autem consentit hæresiarcha Caluinus una cum Ministris Basiliensibus, palam fatentibus, Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate adorandam scripturas inculcare. Deinceps Oecolampadius: Angeli laudant, & glorificant eandem Personarum Trinitatem, in cuius nomine omnes Christiani baptizati sunt. Denique Bullingerus: Sanctus est DEVS Pater, Sanctus est DEVS Filius, Sanctus est DEVS Spiritus sanctus, Sanctus est unus DEVS in Trinitate semper adorandus.

B. Paulus Diaconus. S. Greg. Turonensis. Concilium *In Anasta Imp. Hist. Franc. lib. 5. c. 44.* *In Symb.* *D. Athanasius.* *In Symb.* *Conradus Schlusselburgius. Caluinus. Basilienses Feuardentius. Ioannes. Henricus* *In præfa. de Et. Dei Fi.* *Inst. 1 c. 13* *Ep. ad Sen. Geneu.* *De S. Trin. lib. 1.* *In Esa. 63 apud Feuar. l. 1. de S. Tr.* *In Apoc. 4.*

Vnitas in Trinitate, & Trinitas in Vnitate asseritur.

V.

Theodorus Mopsuestanus, & Nestorius, ut est in Sacrosancta Synodo Quinta Oecumenica, Quaternitatem pro Trinitate dogmatizant: Montani uero Priscillianistę, Seuerus, ac Aelianus esse unam personam contendunt: Praxeas, Auerroes, Noetius, Sabellicus, Marcellus, Photinus, Neotiani, Ariani, Donatistæ, Agereni, Bogomili, Lutherus, Seruetus, Caluinus, Salustius Gentilis, Lossius, Musculus, Bullingerus, Beza, Seruetiani, Blandrata, Franciscus Dauidis, Christianus Francus, Schimbergius, Dorschius, & aliæ generis Humani pestes negant tum consubstantialem Personarum Diuinarum Trinitatem, tum Vnitatem unius Diuinæ Essentiæ, quam alii hæretici constituerunt: Inde Tritheiterum auctor Ioannes Philoponus Aristotelico errore deceptus tres personas tria indiuidua facit: Item Eunomiani, Petrus Abailardus, Arnoldus Brixiensis, Raymundus

Coccius. Lutzēburg Gilbertus Genebrardus. Leontius Bizantinus. *Thes. lat. li. 1. art. 4.* *Cat. har.* *De Trin. lib. 1.* *De sectis lib. act. 4.*

Lullius,

Digitized by Google

Lullius, Seruetus, Bullingerus, Schegkius, & alij ciclopes Auerni: quos ſacroſancta Eccleſia abominatur, confitendo conſubſtantialem Diuiniſſimarum Perſonarum Trinitatem, & Diuiniſſimæ DEITATIS Vnitatem. ſic enim ſcribit D. IVSTINVS: Vnitas in Trinitate intelligitur, & Trinitas in vnitate cognoſcitur. D. BASILIVS Magnus: Oportet Trinitatem increatam, & coeſſentialem firme, libereque credere, & confiteri. D. EPIPHANIVS: Vbique clare predicant diuinæ ſcripturæ unum DEVM, hoc eſt Trinitatem coeſſentialem, ſemper exiſtentem, eiuſdemque deitatis, eiuſdem dominationis. D. LVCIFER Caralitanus: in una Diuinitate Fides Apoſtolica & Trinitatem confitetur perfectam, & unitam Deitatem fatetur Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. D. PETRVS Chryſologus: Credo in DEVM Patrem omnipotentem. Hæc uox totum Trinitatis fatetur, & aperit Sacramentum. DEVM dicit non DEOS: quia unum DEVM in Trinitate credit Chriſtiana fides. Scit Patrem, ſcit Filium, ſcit Spiritum ſanctum, DEOS neſcit. Diuinitas in Perſonis trina eſt, ſed una eſt in Trinitate Diuinitas: Perſonis Trinitas diſtincta eſt, non eſt diuiſa ſubſtantiis. DEVS vnus eſt, ſed Trinitate DEVS ſolus eſt, ſed non ſolitarius: Diuinitas nec Trinitate diuiditur, nec confunditur Vnitate. Ex his, & aliis Orthodoxis ſententiis perſpicuè complectitur, & corroboratur Chriſtianæ Fidei veritas, cuius ſacratiſſimæ Fidei ex hæreticis fauet Georgius Maior, qui librum ſcripſit in confutatione errorum Georgii Blandratæ infenſi Sacroſanctę Trinitatis: itidem plerique alii, utputa Ioannes Huſſus. Hoc idem confitentur Lutherani, Caluiniani: In ea (inquiunt) ſola, & ſimplici Eſſentia Diuina confeſſi ſumus eſſe tres Perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Proinde Caluinianorum ipſe ſectarius Caluinus, qui acriter obiurgat Seruetum, propterea quod triplicem DEI faciebat Eſſentiam, rem uocat ab omnibus execrandam fidelibus Beza, qui ſane profitetur: A Patre, & Filio proceſſit communis eorum poteſtas, eorum Spiritus, eorum amor, non diuerſi in Eſſentia. Moneus fidem & Confeſſionem trium Perſonarum in una Deitatis eſſentia probat impreſſam eſſe in animabus omnium populorum, & Sebaſtianus Francus referens improbi Serueti prauum dogma adiicit iſthæc: Romana Eccleſia tres perſonas unius eſſentiæ aſſerit. Mallem illi conſentire.

[Left margin: D. Iuſtinus. D. Baſilius. D. Epiph. D. Lucifer D. Petrus. Lutherani. Caluiniani Feuardentius. Sebaſtianus Francus.]

[Right margin: In expoſitio. Orthod. fid. ser. de Aſce. Hær. 57. De non concum Hær. ser. 60. In Conf. Aug. in Confeſs. Fid. Caluinia. confut. ar. 6 apud 16. l. Feuard. Theomachi. Caluin. lib. 1. de S. Tri. in Theomac. Epiſt. deabolen. reſt. Ec.]

VI.

[Left margin: Perſonæ non ſubſiſtunt in Eſſentia. Sed contra.]

Caluinus contra Lutheranos, & Huſſitas, & alios hæreticos pro nimia imperitia, atque impietate una cum complicibus ſuis Beza, Danæo, Mornæo, & aliis tres Perſonas in Eſſentia, non autem Eſſentiam in tribus Perſonis ſubſiſtere fingunt; quorum error improbiſſimus refutatus a diuinis Patribus, & Orthodoxis Eccleſiæ Doctoribus. Ex Græcis enim D. GREGORIVS Nazianzenus aſſerit: Vnus DEVS retinendus eſt, & tres Hypothaſes, ſiue tres Perſonæ confitendæ, & quidem unaquæque cum ſua proprietate. D. MAXIMVS: Eſt Sancta Trinitas perſonarum unitas eiuſmodi, ut ſubſtantia & ſimplici, quæ in ipſa eſt, ratione confundi non poſſit: & eſt Trinitas Perſonis, & exiſtendi modo ſancta unitas. Deinde ex Latinis Ruffinus: Ille Pater eſt, hic Filius, & ille Spiritus ſanctus, Trinitas in Perſonis ſubſiſtentibus, Vnitas in natura, atque ſubſtantia. D. PAVLINVS: in DEO Trinitas Diuinitatis impletur, & una Trinitatis Diuinitas cernitur. Ad iſtos Orthodoxos omnino accedit Eccleſia, quæ in Synodo Quinta Conſtantinopolitana ita decreuit. Si quis non confitetur Patris, & Filii, & Spiritus ſancti unam naturam, ſiue ſubſtantiam, & animi uirtutem, & poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem, unam Deitatem in tribus ſubſtantiis, ſiue Perſonis adorandam, talis anathema ſit. Ex quibus hæretico-

[Left margin: Caluinus. Beza. Nazianzenus. D. Maximus. Presbyter Paulinus Concilium]

[Right margin: De Aſt. Ser. & in Inſt. Libel. de V. E. & in Theſ. Orat. 29. Expoſit Litur. c. 24. Apol. ad Anaſtaſiū. Ep. 23. Confeſſ. 8. cap. 1.]

rum persuasionem olim prorsus condemnatam esse lucidè apparet. Quæ quoque persuasio hæretica a Salustio poeta primum respuitur, deinde ab ipso Lamberto Danço reprobaturus enim eas loquendi de DEO formas, rectè fatetur, fuisse omnibus Sanctissimis, Doctissimis, & antiq. Patribus incognitas; excogitatas porro recenter a Caluino, & discipulis, ut aduersus nouos Arianos sese opponerent.

Lambertus. Philippus. Feuardentius. Salustius. Danaus. Nomen Sanctæ Trinitatis comprobatur.

Lib. cō. Gen. de V. R. De S. Trin. In pri. Hebd. Com. Gilb. Geneb.

VII.

Gloriosum, & optimum Deiferæ Triadis Nomen respuunt, negligunt, & traducunt impiissimi Lutherus, Caluinus, Ochinus, & Lambertus Danæus: contra quos rectissimus ritus, ac uetustissimus usus Ecclesiæ CHRISTI pugnat; ut enim postea ostendam, Sanctos Patres, & Doctores sacros non minus uetustissimos quam doctissimos libenter, apte, commode, sæpeq; uocabulo Trinitatis ututur, ubi de Diuinis Personis loquuntur, resq; ipsa, de qua tractant, exigit. Ad exemplum refertur D. LEO Oecumenicus Cath. Eccl. Pōtifex qui sic eloquitur cum eloquenter, tum fideliter, ac eruditissime: Credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, unum DEVM omnipotentem, cuius substantiæ, unius essentiæ, unius potestatis. Hæc Vicarius CHRISTI iuxta Ecclesiæ DEI perennem, atque probatissimum usum, quem tamen Caluinus ipse sui oblitus probat, & de more hæreticorum sibi repugnat, dicens: Voces istas Trinitatis, & Personarum plurimum Ecclesiæ CHRISTI commodare intelligimus, ita ut uerè Patris, Filii, & Spiritus sancti distinctio clarius exprimatur, ab his usque adeo non abhorremus, ut libenter eas amplexemur, siue ex aliis audiendæ, siue a nobis vsurpandæ sint. Hæc ille, qui secus sæpius sensit, clareque scripsit, cui pro Ecclesia suffragatur Spamgenbergius. Hoc idem olim approbauit uocabulo Trinitatis lubenter utens pro Catholica Veritate Hussus: Credo, inquit, singulos Articulos ad illum intellectum, ad quem benedicta Trinitas præcepit illos credere.

Lutherus. Caluinus. Ochinus. Danaus. D. Leo. Al. Con. Theol. l. 1 c. Caluinus secum pugnat. Hussus.

In Euan. de S. Trin. Inst. lib. 1. cap. 13. In Dial. 2. Epist. ad Polo. 494. lib. ad Geneb. Ser. quo. cit. Alexā. Al. Con. Theol. l. 1 c. 10. Epist. 350. Postil. in die An. in elucidat. fid. suæ.

Trinitatis inuocatio hæretice respuitur.

VIII.

Lutherus pro sua modestia Euangelica hanc precandi formulam; quam nobis sanctissimi, & sapientissimi Patres piissime tradiderunt, quam tot ante secula tota CHRISTI approbauit Ecclesia, in omnibus posuit Litaniis, in omnibus decantauit Templis, Oratoriis, Collegiis, & Ecclesiis per totum terrarum orbem Christiano, dicendo: Sancta Trinitas vnus DEVS miserere nostri, summouit penitus in despectionem Romanæ CHRISTI Ecclesiæ, in qua eo precandi usus utitur Christianissime, quem adseclæ Petri Fullonis obseruarunt, hymnumque Trisagij adhibuerè, & Assyrij Mesopotamij Trinitatem orant. In eadem sententia & consuetudine deprecandi DEVM Hussitas fuisse ex supradictis facile concludere est. Et ab hoc sanctissimo inuocandi modo Græci Schismatici atque hæretici, alijque extra Europam, & Ecclesiam uiuentes non abhorrent. Quinimo intra Europam uitam degentes ministri Anglicani in despectum Caluini, Bezæ, Musculi, Danæi, & aliorum sanctissimam sic inuocant Trinitatem, sancta, beata, & gloriosa Trinitas, tres Personæ, unus Deus miserere nobis peccatoribus.

Genebrardus. Constantinus Harmanopuli. Græci. Anglicani.

De S. Trin. lib. 1. De opi. hæretico. In liturg. cor. & in Eucol. Pub. lib. prec. in Eccle. Anglic.

Sacra-

ſtum Sa- ſanctæ unitatis abrādū.

IX.

Sacratiſſimum ſacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Feſtum Trinitarii, Quaternarii, Mahumetani, & alii ſimilis farinæ nebulones e medio tollunt: Eccleſiæ autem ueri Cultores glorioſiſſime die feriato celebrant auctore DEO, ac ipſius Eccleſia. Diuus enim PELAGIVS ſecundus Pontifex Eccleſię Oecumenicus, itidem D. GREGORIVS ſecundus, ALEXANDER Tertius, ac IOANNES Viceſimus ſecundus hoc feſtum omnium glorioſiſſimū, & celeberrimum retulerunt, auxerunt, ornarūt, tradiderunt, decreuerunt, ac ſolenniſſime celebrari iuſſerunt. Quorum ſanctioni plurimum Concilium fauet Moguntinum, tota denique Eccleſiæ Chriſtianæ auctoritas. Idem denique fouent alii, qui hoc idem perpetrant ſolenniter Meſopotamiæ Aſsyrij, ac ipſi Lutherani Luthero teſte, qui ſic eiſdem concionatur: Sanctiſſimæ Trinitatis diem hodie feſtum celebramus. Quamobrem Anglicani non ſolum firmiter docent, uerumetiam ſtrictiſſime iubent Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis feſtiuiter celebrari.

Margin: 'phonſus legas. / Flo. Sanct. de V. C. / terus. / In Ennarat. Euang. de S. Trinitate. / nglicani. / Apud Euard. lib. de S. Trin.

DEITAS ſſioni non obnoxia.

X.

Aphthardocitarum, & Armeniorum ſectæ Trinitatem pati dicunt, Apolinaris, Petri Fullonis ſectatores, qui dicti ſunt Theopaſchitæ paſſibilem Diuinitatem faciunt, Lutheruſque, Muſculus, Iacobus Andreas, Gerlachius, Selnecerus fatentur pati re, & nomine pertinere ad Diuinitatem, Diuinamque Naturam natam, crucifixam, & mortuam, & DEVM ipſum paſſum, & mortuum eſſe: quorum amentiſſima deliria Eccleſiæ ueneranda damnat antiquitas: Diuus etenim THEOPHILVS ait: DEVS principio caret: eſt enim ingenitus: nulli mutationi ſubiacet: eſt enim immortalis. Origenes: Aliena eſt Diuina natura ab omni paſſionis, & permutationis affectu, in illa ſemper beatitudinis apice immobilis, & inconcuſſa perdurans. Lactantius: Ex ſeipſo eſt, & ideo talis eſt, qualem ſe eſſe uoluit, impaſſibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, ęternus. D. AVGVSTINVS: Intelligamus DEVM ſi poſſumus, ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia continentē, ſine loco ubique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine ulla immutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Hæc ille contra impium hæreticorum dogma, quod omnes non modo Eccleſiaſtici Doctores, ſed etiam ſapientes Philoſophi reprobauerunt, ac ſugillauerunt, & deinde Caluiniani, Neoſtadiani, atque Huſſitæ, quare Huſſus uerba Diui Petri ſic refert ac ediſſerit: Paſſo CHRISTO in carne, non in Diuinitate, quod ſignum fuit in ariete immolato pro Iſaac, Gen. 22. Hactenus ille, cui opitulatur Theodorus Beza egregie dicendo: Negamus omnino in Deitatem cadere poſſe mutationem ullam: affirmamus unigenitum filium Dei IESVM CHRISTVM ſecundum Deitatem eſſe immutabilem, & nulli perpeſſioni obnoxium eſse poſse. Hæc illæ, qui præterea, aduerſariorum ſententiam Prophetarum, & Apoſtolorum, & omnium orthodoxorum ſanæ Doctrinæ aduerſari confitetur.

Margin: Nicen / Ep. ad Enclyſtium. / ꝛzeburg. / Cat: hæret. / armenopo l. / De opi. hær. / ᴇcius. / Theſ. Cat. 1. lib. art. 1. / ntioche- us. / Lib. 1. ad Autol. / ebyter / Hom. 23. in Num. / rmianus. / De orig. err. lib. 2. c. 8. / uguſtinus / De Triniſ. lib. 1. c. 5. / Theologi oſtadia- / In admonitio. pag. 266 / ſſus / Ad cap. 3. prio. D. Pet. / za. / Epiſt. 61.

DEVS eſt tura in- uertens inconuer- ilis.

XI.

Inſanit Secundinus, qui DEVM mutabilem, & Artalis Arianus, qui DEVM conuertibilem eſse per naturam dicit: inſaniunt etiam Tropitæ, qui Verbum in carnem conuerſum dicunt: magis etiam inſania eſt Antropophormitarum, Vadianorum, & Bogomilorum, qui DEVM inſtituunt corporeum: & horum inſaniſſimi ſunt Acephali, Monophyſitæ, Monothe-

Margin: ꝛeburg. / Catal. hær. / Euagrius thymius. / Lib. 3. c. 34 et lib. 4. c. 4 / Bapiſta tina. / In Panoplia / In Hor orio.

litæ,

Digitized by Google

litæ, Armenii, Polemius, Eutyches, Dioscorus, Timotheus, Lutherus, Brentius, Schmidelinus, & gregales, qui carnem CHRISTI in Diuinitatem esse conuersam docent, quos damnant, & sigillant diuina oracula: Ego Dominus, & non mutor. Regi seculorum immortali, inuisibili, soli DEO honor, & gloria in secula seculorum. Inde Sacratissimi Patres D. ATHANASIVS: Vnus DEVS immortalis, inuisibilis, intactilis, eo quod DEVS sit Spiritus, idemque loco incomprehensibilis, neque uspiam est regio, ubi non existat. D. CYRILLVS: DEVS unus est ingenitus, sine principio, immutabilis, non alterabilis, neque ab alio factus, neque alium habens uitæ successorem, neque in tempore uiuere incipiens, nec unquam desiturus. D. HILARIVS: DEVS ubique est, & totus ubique est; DEVS inuisibilis, ineffabilis, infinitus. D. EVCHERIVS: Solus DEVS est incircumscriptus, immutabilis, incorporeus, & immortalis, ubique præsens, & latens; ubique totus, & immensus. Deinceps D. AMBROSIVS: An mori Diuinitas potest, cum anima non posit occidere. Si ergo anima occidi non potest, quomodo Diuinitas potest? Atque B. ALEXANDER Alensis: Incommutabilis est DEVS, & impermutabilis, quia non cadit in eo motus accidentalis, scilicet augmentum. Leo Papa: Simplici naturæ Diuinitatis nihil addi, uel diminui potest; quia semper est, quod est. Item, nec diminutio. Mala. 3. ego DEVS, & non mutor. Item, nec alteratio. Iac. 1. apud quem non est transmutatio, &c. Item, nec secundum locum mutatio, quia ubiq; presens est. Ier. 23. Cœlum, & Terram ego impleo. Impermutabilis autem est, quia non cadit in eum motus substantialis, quia est de non esse ad esse, ut corruptio, quia finem non habebit, illud enim solum in nihil est uertibile, quod de nihilo factum est. Incommutabilis est etiam DEVS ex eo, quod non cadit in eum motus ex operatione. Nam soli DEO concurrit in operatione quietum esse. Vnde Boetius: O qui perpetua mundum ratione gubernas, Terrarum, cœliq; sator, qui tempus ab æuo Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri. His omnem fidem, & authoritatem mirum in modum adauget sacrum Concilium Toletanum primum: si quis dixerit, aut crediderit Deitatem conuersibilem fuisse, uel passibilem, anathema sit. hoc idem docent, post Sanctorum Ecclesiam, Ariani, Manichæi, Anabaptistæ, Donatistę, Bonosiani, Mahumetani, Vuicleuistæ, Hussitæ, Caluiniani, Bezani, omnes Sacramentarij, & alii, quorum quidam nempe Caluiniani exempli causa in medium adferuntur: Credimus, & confitemur, inquiunt, unum, solumque esse DEVM, qui est una, & simplex Essentia, Spiritalis, Aeterna, Inuisibilis, Immutabilis, Infinita, Ineffabilis, Incomprehensibilis, quæ omnia potest, quæ est omnisapiens, tota bona, tota iusta, & tota misericors.

D. Athanasius. — Ad Libe. Paf. — D. Cyrillus. — In Cate. 4. — D. Hylarius — Lib. 2. de Trin. — Eucherius. — De Spir. for. c. 1. — D. Ambros. — Lib. 2. de fide Ca. 13. — B. Alexander. — In Cop. T. S. De nat. Deit. lib. 1. c. 19. — Concilium — In assertione f. 10. — Coccius. — Thes. Cath. — Caluinista. — Conf. fid. Caluin. art. 1.

XII.

DEVS est Omnipotēs.

Amentia magna est Euripidis, Plinii, Iudæorum, Simonis magi, Elimæ, Valentini, Mahometi, Abailardi, Vuicleui, Ioannis Poliaci, Carolstadii, Zuinglii, Oecolampadii, Caluini, Curei, Erasti, Danæi, Bezæ, Thalmanni, & omnium Sacramentariorum, qui omnipotentiam DEI coangustant, propriæ intelligentiæ terminis coarctant, non posse facere, plusquam quod facit, uel intelligitur, contendunt, DEVMque Omnipotentem negant. Asserunt uero Diuina eloquia Gen. 28. 35. 43 48. 49. DEVS Omnipotens benedicat tibi: Ego DEVS Omnipotens: DEVS meus Omnipotens faciat uobis eũ placabilem: DEVS Omnipotens apparuit mihi in Luza: DEVS Omnipoten, benedicat tibi benedictionibus Cœli. His concordant omnino, præter alia plurima Scripturę loca ageographa spectatissimorum Patrum, ut protinus ex aliquot eorum testimoniis omnium sententiam indicabo. D. CLEMENS. Tu Domine benignus es, qui es omnipotens; adest enim tibi, cum uolueris, posse; Tuum namque robur æternum, & flammam

Coccius. — Thes. lat. li. 1. ar. 3 to. 1. — Lutzēburg. — Cat. hæret. — Romanus. — Conft. Apos. lib. 7. c. 36.

refri-

Digitized by Google

refrigerat, & Leones cohibet, & cætos mitigat, & ægrotantes erigit, & facultates naturæ conuertit in alias, exercitumque hostium, & populum superbè numeratum posternit. D. DIONYSIVS: Nos Diuinum Paulum pro viribus assequentes, eum qui supra virtutem est, DEVM Omnipotentem celebramus. D. IGNATIVS: Vnus est DEVS omnipotens qui seipsum manifestauit per CHRISTVM filium suum. D. MARTIALIS: Si resipuerint a malitia sua, liberatur ab eo, cui nihil impossibile est: DEO enim omnia sunt possibilia. D. CYRILLVS: Hęreticorum filij nesciunt omnipotentem DEVM: Omnipotens est qui omnibus dominatur, & omnium habet potestatem. D. ATHANASIVS: Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus sanctus, & tamen non tres omnipotentes, sed unus Omnipotens. Synodus præterea Nicęna Prima: Credo in unum DEVM Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, & Terræ. D. AGATO: Credimus in DEVM Patrem Omnipotentem Factorem Cœli, & Terræ. Concilium Toletanum Sextum: Credimus, & confitemur sacratissimam, & omnipotentissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Hactenus sanctissimi, & eruditissimi Patres Orthodoxi aduersus infideles omnes hæreticos, quos non solùm refutat Fidelium CHRISTI omnium Cohors, verum etiam ipsorum quoque infidelium hæreticorum caterua, uti Hussitarum, Græcorum, & Lutheranorum, qui palam confitentur; Credimus Omnipotentiam DEI, & Conradus ait; Verbum DEI testatur, soli DEO attribuendam esse Omnipotentiam, quæ nihil aliud est, quam facultas, seu potestas DEI, omnia sine ullo impedimento liberrima voluntate faciendi, gubernandi, & largiendi quæcunque vult. Atque etiam ex Sacramentarijs in lucem prodit Caluinus, & Lutheranis suis aduersariis, imo Catholicis assentiens, inquit; Verbo DEI nulla est impossibilitas obijcienda. Dehinc Viretus alioqui hæreticus, & ipse aggreditur eos, qui putant DEVM nihil posse super ordinem in natura iam a se constitutum, quicque primam omnium causam secundis, & creatis a se causis suis ita uolunt esse coniunctam, uel subnixam, ut nihil in his uel aliis rebus possit superaddere, immutare, uel detrahere, aut aliter quam initio de his constituere; concludens tales homines in eo errore uersari, qui nihilominus sit, quam insania furorque Epicureorum. Atque inter reliqua inquit; Credimus DEVM esse Omnipotentem, ut ostendamus in eo idem esse uelle, & posse tam in Cœlo, quam in terra proinde dixit; Ecce ergo æternus Dominus, & DEVS omnium creaturarum. Nunquid est mihi quidquam impossibile? Et alio loco. Omnia DEO sunt possibilia; Item; non est impossibile apud DEVM omne uerbum hoc est; nulla res. Et in Psalmis dicitur; Domine DEVS exercituum qui similis tibi? Potens es Domine, & uirtus tua in circuitu tuo; Tu dominaris potestati maris, & motum fluctuum eius tu temperas. Et in lib. Iob. Ille est qui transfert montes, & qui commouet terram de loco suo, & columna eius concutiuntur. Quis resistit ei pacem habuit? Hactenus Viretus Catholice cuius assertioni auctor clypei fidei Geneuensis, & Beza quoque suffragantur plurimum.

Ariopagita — *De D. N. c. 10.*
Antiochenus. Apostolus — *Ad Magne* — *Ad Thess. cap. 20.*
Hierosolymitanus. — *Catechc. 8*
Magnus — *In Symb.*
Concilium — *In Symb.*
Papa — *Epist. ad Herac.*
Synodus — *In confess. Fid.*
Luterani — *In confess. Vuit.*
Schlusselburgius. — *Thol. Calui. lib. 1. ca. de Omnip. Dei*
Caluinus. — *Ad cap. 1. D. Lucæ.*
Viretus. — *Instruct. Chri. fol. 653.*
In eadem fol. 651.
Caluinianus. Beza. — *In Exp. dial. ir. p. 196. Eloq. 7. Epig. ad Trac.*

DEVS est Creator omnium.

XIII.

Simonis Magi perfidia satis insignis est, quippe quod creaturam a DEO creari negabat, cuius perfidiæ astipulatur, qui Aquam a DEO non factam dicunt: Faustus quoque Manichæus Creatorem omnium negat; item Pauliciani, quippe DEVM Factorem Cœli, & Terræ, uisibilium, & inuisibilium in Symbolo non pronunciant, ac ideo Crea-

Lutzëburg. D. August. S. Philastr. Brixiensis Episcopus. — *Cat. hæret. Con. Faust. lib. 15. c. 5 Lib. de Hæresibus.*

Digitized by Google

torem DEVM non confitentur: & multo ab Ecclesiæ Fide, & professione Fidei abscedunt Catholica, qua iuxta DEI verbum dicitur Ecclesia. Vnus est Altissimus Creator Omnipotens. 2. Nunquid non Pater vnus omnium nostrum? nunquid non DEVS vnus creauit nos. Atque in Fidei confessione Apostolica, Nicæna, & Anathasiana affirmantur: Credo in DEVM Patrem Omnipotentem Creatorem, seu Factorem Cœli, & Terræ. Inde D. CLEMENS Pont. Max. dicit: Vnus est DEVS idem qui conditor mundi est. Vnus est DEVS hic ipse Iudæorum, qui est solus DEVS Cœli Creator, & Terræ, qui & omnium Deorum est DEVS. D. THEOPHILVS: Nos DEVM confitemur, unum Conditorem, Creatorem, Opificem huius uniuersi mundi. D. IRENAEVS: Traditio ab Apostolis, unius est testis successio Episcoporum in omnibus Ecclesiis, & maxime Romana, annuntiat unum DEVM Omnipotentem Factorem Cœli, & Terræ. Tertullianus: Quod colimus nos, DEVS vnus est, qui totam molem istam, cum omni instrumento elementorum, non solum spirituum uerbo quo iussit, ratione qua disposuit, uirtute qua potuit, de nihilo expressit. Hæc quidem credunt, & confitentur Catholici omnes quotquot umquam fuerunt, quibus ipsi hæretici, siue tacite, siue expresse aduersantur, omnesque qui Diuinam Scripturam admittunt, & eidem uere credunt, reclamant, itidem Vuicleuistæ, Græci, Caluiniani, Confessionistæ, & potissime Lutherus, ac Lutherani, qui Symbolum accipiunt Apostolicum. Quod etiam admittunt Galli Hugonostici, qui Creatorem omnium DEVM siue uere, siue ficte ita confitentur: Credimus DEVM, qui in tribus Personis cooperantibus, per suam uirtutem, sapientiam, & incomprehensibilem bonitatem, creauit omnia, non solum Cœlum, & Terram, & uniuersa, quæ in eis continetur, sed etiam spiritus inuisibiles.

[Left margin: D. Clemens; D. Theoph.; D. Irenaus.; Tertull.; Franc. Feuardentius; Caluinita. Right margin: Li. 2. Recog.; Ad Autol. lib. 3.; Lib. 3. c. 3. ad hær.; Apol. ad. gen. c. 17.; In Annota. lib. D. Iren. ad hær.; Confes. fid. Calu. art. 7.]

XIV.

[Left margin: DEVS est omniscius.]

Delirium Eunomianorum, & Theophronii adest, qui DEVM futura non prospicere, præsentia nescire, & præterita non meminisse arbitratus est; & hunc errorem hæretici, qui optime de DEO senserunt, refutarunt: Vnde inter recentes hæreticos Zuinglius inquit: licet CHRISTVS, vt DEVS sciret omnia, &c. Intelligit scilicet præterita recolendo, præsentia prospiciendo, & futura præuidendo, quod ante illos Ecclesia DEI tradidit. Vnde D. THEODORETVS: intellexisti cogitationem meam de longè: Nam ab initio, & a principio, & multis seculis ante meam creationem non modo meas actiones præuidisti, uerum, & futuras meas cogitationes. Deinde Sedulius: manifestum est, Solum DEVM esse qui nouit omnia consilia. Atque D. PETRVS Damianus. Est plane DEO coeternum posse omnia nosse, idemque semper existere.

[Left margin: Lutzēburg.; Sozomenus.; Huldericus; D. Theodor.; Sedulius; D. Dam. Right margin: Catal. hær.; Lib. 7. c. 17.; Ad c. 2. D. Luca.; Ad Ps. 38.; Ad cap. 11. Ep. ad Ro.]

XV.

[Left margin: DEVS omnium futurorum est Præscius.]

Præscientiam DEI quidam negarunt, quos Caluinianorum spurcissimos sectarius Caluinus sectatur, negans DEVM rerum omnium præscium: idque a parte Catholica satis in ore duorum perspicuum fiet. Horum prior est D. CYRILLVS: Soli DEO qui est super omnia a nobis est tribuendum futura, tum planè scire tum uero posse certa prædicere. Posterior est D. FVLGENTIVS: Firmissime tene; & nullatenus dubites DEO incommutabili non solum præterita, & præsentia, sed etiam futura omnia, incommutabiliter esse notissima, cui dicitur, DEVS

[Left margin: Petrus Lombardus.; Caluinus.; D. Cyrillus.; D. Fulgentius. Right margin: In li. 1. dist. 35.; Instit. 1. c. 18. 2. c. 4. & 3. c. 24. lib. ad Pig.; Inst. 3. c. 21.; In c. 6. Ma.; Inst. 3. c. 23; De ado. in spi. lib. 6.; De fid. ad Pet. c. 33.]

qui

Digitized by Google

qui occultorum es cognitor, qui scis omnia, antequam fiant. Hæc catholica orthodoxia, quin præter catholicos vniuersos nequaquam inficienter & præter Catholicos vniuersos inficiantur hæretici quamplurimi, vt clarius sit quam oporteat illud magis inculcari. Quin etiam Caluinus ipse Adami lapsum, & quæcunque per idem euentura erant a DEO præscita asserit, perditionemque impiorum non esse tribuendam Diuinæ Præscientiæ differit; atque demum hanc ueritatem hoc pacto comprobat: sicut ad sapientiam Dei pertinet omnium præscientia, sic ad potestatem spectat cuncta manu sua regere, ac moderari. Inde Beza: perditorum ruina DEI præscientiæ attribui non debet.

Beza. — In Harmonia.

XVI.

Ideas DEI si mente æternas hic.

Idearum in mente Diuina æternitatem imperite negabat Almaricus, in quem inuehuntur Theologi omnium peritissimi scholastici, reliquique Orthodoxæ sodalitatis Docti Diuino Veritatis lumine præditi, Doctrinaque scripturæ Ecclesiæ DEI repleti, quorum unus est D. DIONYSIVS Ariopagita: Per se, inquit, vita est principium uiuentium, & per se similitudo est principium similium, secundum quod similia sunt: & per se visio principium uetitorum, secundum quod vnita sunt: & per se ordinatio principium est ordinatorum, secundum quod sunt ordinata. Et quod dixi de his, etiam de alijs ideis, seu archetypis formis, uidelicet æternis rationibus verbi est sentiendum. Verbi gratia, per se bonitas, per se veritas, per se æternitas, per se virtus, & similia, quæ simpliciter, & æternaliter consistunt in verbo DEI, & primordialiter causant existentia omnia. Hæc ille, quæ probat, ac roborat D. ATHENAGORAS, dicens: Filius DEI est Verbum Patris in DEO, & efficacia, ab ipso enim, & per ipsum facta sunt omnia, cum Pater, & Filius vnum sint: aut Filius sit in Patre, & Pater in Filio, per unionem, ac potentiam Spiritus siquidem mens, & Verbum DEI Filius DEI est Primigenia hic est Patris progenies, quæ non ut facta, sed, ut rerum unitarum idea et perfectio foret, progressa est. D. SEVERINVS Boetius: O qui perpetua mundum ratione gubernas: & post pauca; Quem nos externæ pepulerunt fingere causæ, Maternæ fluitantis opus, uerum insita summi Forma, boni liuore carens, tu cuncta superno Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ille, Mundum mente gerens, similique in imagine formans. Vnde D. AVGVSTINVS affirmat, quod qui negat mundum Archetypum, negat Filium DEI. Ac rursum inquit: Quis uera religione imbutus audeat negare omnia quæ fiunt, & aguntur suosque cursu certo moderamine celebrant, summi DEI legibus contineri, & gubernari; ideo cuncta proprijs rationibus sunt creata. Has autem rationes ubi esse arbitrandum est, nisi in mente creatoris? Non enim quicquam extra positum intuebatur, & secundum illud constituerat, quod agebat. Ac iterum: Ideæ sunt rationes rerum stabiles, & immutabiles, quæ diuina intelligentia continentur: quæ cum non oriantur, nec occidant, secundum eas tamen formatur omne, quod oritur, & occidit. Et alibi: Ideæ sunt in mente Diuina, quas qui non credit, infidelem se esse non ambigat. Hactenus ille, cui concordant Diui THOMAS, BONAVENTVRA, ALEXANDER, ALBERTVS, AEGIDIVS, IOANNES, DIONYSIVS, & alij Orthodoxi Theologi, quos recentiores sectarij una cum factionis suæ gregalibus sectantur.

Margin (left): S. Vincētius Bellouacēsis Doctus. — Episcopus — D. Athenagoras. — Martyr — Episcopus — Scholastici.

Margin (right): In specul. Histo. — In lib. de sig. Ec. 15. ar. 3. — Leg. pro Christ. — In car. — lib. 8. quæst. — Li. 6. de C. D. — In 1. Mag. Sen. d. 36.

XVII.

Prouidētia Diuina asseritur. — Francisc. Feuardentius.

In Theoma. Caluin. lib. 1. de S. Trin. ca de diffid. Luthera. & Caluiniano & lib. 2. de S. T. p. ca. 6.

Sacrosanctā DEI Optimi Maximi Prouidentiam spiritu Gentilismi ductus pessimus Caluinismus eneruare, traducere, & aufere conatur. DEVM

D. Macarius. inquiunt, vel si mauis blasphemant, nulla solicitudine, aut cura malorum hominum tangi quotidie concinimus. A quorum insulsa, & perfidiosa doctrina plurimum abhorrent Sancti Patres: Sanctus namque MACARIVS, Aegyptius, D. ANTONII Discipulus ita asserit: Vides quod gradus, & modi sunt apud spiritum; quomodo item non in momento, sed paulatim uitium augescit, & imminuitur? Vniuersa fiunt prouidentia, & dispositione Domini. Hom. 15. D. Nemesius. Diuus insuper NEMESIVS: Si DEVS non prouidet, neque punit, neque viris bonis proemia tribuit, quis DEVM veneratur, qui nulla in re nobis sit adiumento? Deletur etiam Prophetia, & omnis Præscientia. De anim. fac. c. 43. Sed hæc non sunt consentanea cum ijs, quæ quotidie fere videmus accidere. Multis enim necessario ipsorum tempore DEVS apparuit, multa etiam in somnijs ægrotantibus auxilia dantur, & multæ præsentiones quibusque seculis prolatæ sunt. Hæc ille, qui & iterum plura asserit, quam his referri queant, quibus sublata Prouidentia, omnem euerti religionem recte concludit. D. Saluianus. D. præterea SALVIANVS octo libros de Prouidentia scripsit: Lib. 8. de ind. ex Au. Proinde optime affirmat, ac profusius demonstrat D. PAVLINVS Nolanus, Eos qui Prouidentiam negant, DEVM non credere. Ep. 36. Idem tradunt ceteri orthodoxi contra perfidiosissimos siue Ethnicas, siue hæreticos. Quorum iniquissimam hæresim Diuina sanctarum scripturarum oracula condemnant, illud vero idem tota facit Christianitas ab initio, quemadmodum ostendit octo libris D. SALVIANVS, & alii Orthodoxi Patres Doctores plurimi, & spectatissimi. Adeo ut tantorum Doctorum communi doctrina sacris munita sententijs, sacrosancto Euangelio roborata, commoti Lutherani a Veritate Catholica stant, atque cuncta per Diuinam Pro uidentiam seruari, regique recte profitentur. Caluinus. Addo præterea, quod ipse Caluinisticorum sectarius eisdem assentitur, docens per DEVM non stare, quo minus reprobi saluentur, quibus tamquam solicitus, ac prouidus de eorum salute, propterea etiam multa beneficia confert, & multa dona impertit. In Mat. 15 u. 13. & 23. u. 34. DEVS improbos damnat, inquit, quod propria malitia conuertunt in interitum omnia sibi in salutem oblata, quamuis optima, & salutaria: & ita sponte pereunt. Hucusque Caluinus, quem Caluinistæ in confessione sectantur, dicentes: Caluinistæ. In confess. Fid. Calu. consu. Feuard. art. 5. DEVS miras habet rationes ita utendi dæmonibus, & improbis hominibus, vt in bonum conuertat malum, quod committunt, & cuius ipsi sunt rei. Ita confitentes nihil sine Prouidentia DEI fieri, cum humilitate adoramus arcana, quæ nos fugiunt.

DEVS est eximie liber.

XVIII.

Feuardentius. Causæus. DEVM sūme libere agere, & sūmæ, ac infinite libertatis esse noui Epicurei, ac Stoici Caluiniani, Caluino, & Beza auctoribus nequiter diffitentur, Lib. de S. T. cap. 4. Clypeus f. c. Instit. 4. c. 17. & al. quod stoliditatis dogma constantissime confutant orthodoxi Catholici exempli causa D. AVGVSTINVS, qui sic habet: D. August. Certè DEVS ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? In ca. 9. ad Ro. vers. 11 D. Ambros. D. AMBROSIVS: Paulus dicit, quia omnia operatur unus idem Spiritus diuidens singulis, prout vult; idest pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Lib. 2. de C. D. Lombardus. Hæc ille, quæ Petrus Lombardus Scholiasticorum dynasta in medium affert aduersus Veritatis Christianæ hostes. Lib. de Tri. Lib. 26. c. 5. D. Albertus. Deinde D. ALBERTVS Magnus ait: In 1. sent. d. 25. q. 1. In DEO est liberum arbitrium summa, & excellentissima libertate, qui superliberrimus facit omne, quod vult, nec necessitate, nec indigentia, nec debito obligatur ad aliquid. Huic uero omnes omni schola subscribunt Catholici, sequuntur eos ipsi hæretici, vt in exemplo est Bartholomeus Causæus, quinimo ipse Caluinus sibi inconstans non raro ueritatem inculcat, ac falsitatem damnat, & explodit, quemadmodum vno loco citato alia abundare videbitur: Dominus in sua electione

gra-

gratuita liber est, & solutus ea necessitate, vt eandem omnibus gratiam ex æquo impertiat. Quin potius, quos vult, præterit, quos autem vult, assumit. Petrus præterea Viretus ex eadem factione hæreticus Catholicis stat, hoc modo scribens: His error a schola Stoicorum dimanauit, qui uoluerunt DEVM adesse quidem a se conditis rebus, sed in earum legibus astrictum, & colligatum, ut omnem ab eo libertatem, & potentiam aliter agendi remouerint. Non enim intelligere potuerunt, quod licet admirabilem rerum ordinem in natura posuerit, sese tamen eidem astringere noluit, sed liber semper in operibus suis permanserit, vt hunc ordinem, vel cum velit sequatur, vel eundem facilè immutet, atque superet. Insuper hunc eundem ordinem sic moderatur, ut subseruire faciat eum suæ uoluntati cum libet, vt exemplis suis nobis attestantur miracula uniuersa, quæ sacra scriptura commemorat. Hæc ille, de quo ipse Beza sic testatur. Viretus nemo fatur suauius.

Viretus — *Inst. Christ. fol. 653.*
Beza. — *In Icon.*
DEVS boni solummodo est Auctor.

XIX.

Pessimos cęterorum esse patet illos, qui mali auctorem DEVM constituunt, atque defendunt: hi uero sunt scelestissimi omnium mortalium, ac spurcissimi Sectarii Chrysippus Stoicus, Simon magus, Marcion, Apelles, Florinus, Hermogenes, Manes, Coluthus, Selucius, Hermias, Mahometes, Abailardus, Ioannes de Mercuria, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, Zuinglius, Vermilius, Caluinus, Marloratus, Beza, & alij Diaboli, Diabolorumq; gregales; contra quos pugnat spectatissimus Chorus uniuersæ Ecclesiæ, quæ est in Cęlo, & quæ est in Terra a CHRISTO omnibus seculis ad hæc usque nostra tempora, idemque ab eadem ante CHRISTI Aduentum planisime traditum est, quemadmodum venerandus, & doctissimus Iodocus Coccius illustrissime demonstrat scripturis plurimis sanctissimorum, ac sapientissimorum Patrum sententiis, quarum perpaucas in mediū protinus producam. D. CLEMENS Discipulus Apostolorum hæc asserit: DEVS non facit malum, sed qui ab eo creati sunt, dum se iudicandos esse non uident indulgentes voluptatibus suis a pietate, & iustitia deuoluti sunt. D. DIONYSIVS Areopagita: Non est in DEO malum, & malum Diuinū non est: neque ex DEO malum. D. IVSTINVS: Plato ingenitam materiem esse prodidit, ne DEVM mali auctorem esse dicere videatur. Platonis verba sunt hæc lib. 2. de Rep. Bonorum solus DEVS causa est dicendus, malorum autem quamlibet aliam præter DEVM quærere causam licet. Hæc ille, qui toties insuper hanc Christianissimam, & Christianis omnibus cantatissimam, & amplissimam sententiam approbat. Quam quidem non duntaxat Orthodoxi omnes, sed & ipsi Ethnici probauere philosophi Aristoteles, Plotinus, Homerus, Seneca, Plutarchus, Cicero, Sybillæ, & alii, imo ipsi Manichæi hæretici, qui DEVM boni tantummodo Auctorem (licet alterum mali auctorem confinxerint) confitebantur: Inde Armenii dicunt peccatum a Diabolo esse, non a libero arbitrio, ne dum a DEO: Colutiani non tantum criminum, sed nec etiam rerum malarum esse auctorem concedunt: Sed & Lutherus ipse prodigium inconstantiæ suæ demonstrat, dicendo: Iustum est, quidquid DEVS facit: nec vult quicquam iniusti, vel mali. Item Brentij de hoc non impium iudicium audire licet: Quod DEVS non velit, nec approbet peccata, sed extremo odio prosequatur, patefecit primum præceptis. Prohibet enim peccatum seuerissime, quemadmodum Decalogus testatur. Deinde suppliciis, quæ diuinitus, vel per magistratum, vel per alia organa sceleratis inferri solent. Postremo significauit se puniturum peccatum æterna pęna, & igni inferni; Quare si esset author peccati, & faueret ei, certe nec prohiberet ipsum, nec puniret tanta seueritate. Quis est ergo peccati author? Diabolus, quem vocamus Sata-

Sodocus Idem — *Thes. Cat. lib. 2. ar. 1. Inibi.*
S. Philastrius. — *De Heres.*
De Armenijs.
D. Clemens — *Lib. 10. Recog.*
D. Dyonis. — *De D. N. c. 4. par. 4.*
D. Iustinus. — *Orat. 1. ad Gent. & Dial. q. 58.*
Luterus. — *Ad cap. 9. Exodi.*
Brentius. — *In Catechismo par. 104. 105. & 106.*

Digitized by Google

Caluinus. *Feuardentius.* nam. Et Caluinus horum imitator egregius, idem & sibi reluctator magnificus ait: Ex hoc libertino dogmate tria execranda sunt notanda. Primum, confitendo DEVM authorem peccati nullum superesse discrimen inter DEVM, & Diabolum. Nam quis ab his effingitur DEVS, esset Idolum deterius cunctis demonibus. Secundum nulla homines modestia contineret a uitiorum sordibus, eosdemque nullus deterreret conscientiæ stimulus: sed velut bruta, suum non contraherent appetitum, ignorantes, quid inter bonum, & malum insit discriminis. Tertium, nemo imposterum auderet aliquid arguere, aut iudicare: sed cogeretur adulteria, homicidia, atque latrocinia laudare, & approbare. Omnia crimina, quamquã pessima, ut pulcherrima DEI opificis opera, miris laudibus efferre. Hactenus ille, qui propterea hanc hæresim sæpius respuit, & acerbissimis maledictis incessit, eam vero fatetur inter bonum, & malum omnem auferre differentiam; & ita DEVM cum cacodæmone confundere, vt alter ab altero uix possit discerni, aut separari. Atque hæresim iniquam, ait, prodigiosam, & nequiorem, quam vnquam ex Satanica exierit officina, Cum his quadrat Heshusius, qui aduersus eos, qui DEVM auctorem peccati asserunt, libellum scripsit, & inter multa dicit ista: Hoc sane doctore (Caluino) non Diabolus, sed DEVS erit pater mendacij. Eidem adstipulantur Petrus Vermilius, Castalio, Figurini, Zuingliani, Bernenses, atque Schusselburgius, dicens: DEVS non est causa peccati ulla ratione, nec vult peccatum, nec approbat peccatum. Demum Beza: DEVS nullo modo conscius eorum, quæ ubique fiunt scelerum: DEVS bonus nihil potest nisi bonum facere.

L. cõt. liber. c. 13. 14. 15. 16. 3. 4. & in præfa. ad Anal. et lib. Lib. de S. T. perfec. c. 12.

Titelmanus *Feuardentius.* *Conradus.* *Beza.*

Theo. Calu. lib. 1. ca. de Præd. *Theomac. 1. c. 12.* *Libel. 1. erro. Cal.* *In conf. pun. 3. ar. 4. p. 4. ar. 8.*

XX.

DEI Inimẽ ad æternam damnationem decreto suo absoluto prædestinauit. *Caluinus.* *Beza.* *Luterani.*

Docent Caluinus, & Beza, DEVM in æterno, & occulto suo consilio immutabile decretum fecisse, quod maiorem partem hominum non velit saluari, neque in CHRISTVM credere, & ad agnitionem eius venire, neque etiam pretium sanguinis illius illis prodesse, quod ad æternam damnationẽ eos prædestinauerit, ordinauerit, creauerit: quam dæmoniorum doctrinam damnant Catholici orthodoxi, & Lutherani detestantur, vt blasphemam in CHRISTVM, eiusque Passionem, & contra verbum DEI D. IOANNIS. 1. Ecce Agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et contra illud D. PAVLI 1. Tim. 2. DEVS omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire. Et contra D. IVSTINVM Apostolicum Patrem: Non DEI culpa, qui prænoscuntur, & futuri sunt iniqui, siue Angeli, siue mortales mali sint; Sed suapte pro se quisque culpa talis sit, qualis esse appareat. Huic concordat Origenes: Non sentiendum futurorum causam esse Præscientiam: Sed quoniam futura sunt secundum priuatos agentis impetus, ideo præsciuit. Et alibi, quantum ad se, homines non ad perditionem creauit, sed ad uitam, & gaudium. Ad hunc accedit D. GAVDENTIVS: Per scientiam quidem DEI non fallitur, sed nec homini concessa semel uoluntatis libertas aufertur, nec nihil de eo iudicare possit, qui liber non fuerit in agendo. His uerò succedat Concilium Arausicanum secundum, in quo sic sancitũ fuit. Aliquos ad malum diuina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam, si sunt, qui tãtum malum credere uelint, cum omni detestatione illis Anathema dicimus. Hæc illi Ecclesiæ illustris Proceres, quibus assentiuntur orthodoxi cuncti, imo hæreticus Caluinus ipse non sibi consentiens, suiq; oblitus diuitem epulonem in uitam immortalẽ consequendam fuisse creatum asseuerat. Docet iterum, a DEO improbos condemnari, quod propria malitia conuertunt in interitum omnia (sunt eiusdem uerba) sibi in salutem oblata, quis optima, & salutaria; & ita sponte perire. Quorum ruina (inquit) Præscientiæ Diuinæ non est tribuenda:

Inst. li. 3. c. cap. 23. *In colloq. Montisbel.* *In collo. Mõtisbelgartẽ.*

D. Iustinus. *Dial. cum Try.*

Origenes. *Phil. c. 35.* *Gaudẽtius.* *Tract. 24. in Matt.* *Tract. 3. de D. P.*

Synodus *Cap. 25.*

Caluinus. *In c. 16. D. Luc. u. 25.* *In Mat. 15. uer. 13. & c. 23. u. 34.*

Deinceps

Theodorus. Deinceps Beza Adam non fuisse cum tali iustitia, & sanctitate, & voluntarie, & sine vlla coactione diabolo sese coniunxerit. Cōf. pun.3. art.10.

XXI.

DEVS non est tentator malorū, sed permissor. Iodocus. Neminem a DEO excitante, inclinante, ac impellente tentari, sed prohiberi malum, atque tantum permitti negarunt olim Chrysippus Stoicus, Simon Magus, deinceps Albigenses, Lutherus, Melāthō, Zuinglius, Vermilius, Caluinus, Marloratus, & alii animorū proditores, & veræ Fidei perditores. Nam bifarie quispiam peccati causa est, probat D. DIONYSIVS, vel sui, vel alterius, scilicet directè quando voluntatem ad peccatum inclinat, & indirectè, vt quando peccatum non impedit, quando potest, & debet. Nullo autem horum modorum est DEVS causa peccati. Peccatum namque est recessus a debito ordine. DEVS vero est prima ordinis causa, & ipse omnia ad seipsum reducit, & mouet tanquam in primū principium, finemque vltimum, vt DIONYSIVS dixit. Hæc Orthodoxus ille, cui & veteres, & neoterici omnino concordant Ortodoxi qui plane omnes, unanimiter his repugnant hæreticis. Quos Diuinæ Scripturæ oracula condemnant, Concilia sacra Aurasicanum, Valentinum, & alia anethemate cum omni detestatione feriunt, Diuini Patres, & Sancti Doctores detestātur, & Sacrosancta Christi Ecclesia Romana dignissime abominatur. Quam inuitis animis eiusdem Ecclesiæ infensissimi hostes in hoc Dogmate sectantur. Vnde Caluinus dicit: Tentationes quæ nobis adueninnt, non sunt fortuitæ, nec satanæ voluntate commotæ, sine permissione Dei. Deus verbum a quibusdam subtrahit, permittendo eos perire. Milites a Iuda instructi, permissione Patris comprehenderunt Filium. Iudęi nunquam clamaturi erant, sanguis eius super nos, & super filios nostros, nisi DEVS permisisset. Diabolus exercet regnum suum tyrannicum permissione Dei. Iudęi non potuerunt Dominum morti tradere, nisi permissum fuisset. Hactenus ille, qui alio loco laudat veterum Patrum modestiam, quòd cęcitatem, & obstinationem improborum ad solam permissionem Diuinam, non ad operationem retulerunt, vt nullam relinquerent occasionem de operibus DEI male sentiendi, aut irreuerenter loquendi. Ceterum post magistrum venit discipulus, qui est Beza dictus, sic dicens nomine Caluinianorū gregalium eius: Non reiicimus vocem permissionis, aut concessionis: & nunquam nobis in mentem venit dicere, DEVM operari in impiis.

Margin: Li.2. de pec ca.hō. ar.1. — Cartusian. Sum.fid.Ortho.li.2. ar. 85.d.2. — Caluinus. In Mat. c. 4.8.9.26. 27. & 10. 10.14. — Beza. Aphor.29.

XXII.

DEVS non indurauit cor Pharaonis. S. Philastrius. Quorumdam innominatorū hæreticorū hæresis legitur, qua DEVS cor Pharaonis indurasse dicitur, secūdū illud dictum: Indurabo cor Pharaonis, & cetera: eiusmodi dicta de exęcatione, & obduratione reproborum sensu sinistro hæretice interpretantur. Quorum prauum morem imitatus est Caluinus (quidquid gāniat Beza) vna cum Serueto, & Beza pessime de DEO sentiente, quemadmodū pleriq; Catholici, & Lutherani hæretici idem notarunt. Hos perditissimos hæreticos perditissimus hæreticus Bucerus sectatur, ita in DEVM horribiliter blasphemando: Voluit DEVS Pharaonem iussui suo non obtemperare: imo ut ei repugnaret, ipse in eo effecit. Fecit Pharao quod DEVS uolebat eum facere, imo quod ipse faciebat in eo. Id autem olim omnino D. EVCHERIVS negauit optime dicendo: De Pharaone scribitur, in hoc excitaui te, ut ostendā in te uirtutem meam: neque enim dixit, in hoc te feci, ut talis esses, sed in hoc te elegi, & suscitaui, cum te talem ipse fecisse. Ergo & sic excęcati eorum oculi, & induratum cor esse dicitur, quia iam se ipsi hac cęcitate dignos fecerant. Excæcat autem, & indurat DOMINVS peccatorem deserendo, et non adiuuando.

Margin: De hæres hær.77. — Feuardentius. Lib.2. de S. T. perfectio. — Martinus. In c. 9. ad Rom. cit. a Calu. l. con libert. c.4. — D. Eucherius. In Ge.q.uel. & Test.

Hæc

Hæc ille aduersus impiam Buceri, & sequacium assertionem, quam rectè, ac fideliter negauerunt Patres omnes, omnes Doctores, omnes Christiani propter verbum DEI, & Ecclesiæ definitionem, nunc uero negant Orthodoxi omnes, negant etiam hæretici, proinde Caluinus obiurgatus a Catholicis ab impietate destitit, & Catholice sic aduersus seipsum scripsit: Improbam excæcationem, & omnia, quæ ipsam sequuntur flagitia, diaboli opera appellanda sunt, horumque causa extra hominum uoluntatem non est requirenda, a qua totius periculi radix procedit. Hæc ille a cuius pronunciato neutiquã descriminãtur Caluiniani, qui orthodoxã Scholasticorũ Theologorũ sẽtentiã, sic in cõfessione fidei suæ edunt; Nõ quod DEVS sit author mali, uel culpa possit ei imputari, cum uoluntas eius sit suprema, & infallibilis regula omnis iustitiæ, & ęquitatis. Hæc illi, qui insuper non immerito DEVM, & omnis iustitiæ, & omnis boni fontem uberrimum uocant. Extremo loco Conradus Schlusselburgius hæreticus Catholicæ Scripturæ loca edisserit. Quod ad phrases Scripturæ attinet; Indurabo cor Pharaonis; tradidit illos in reprobam mentem, &c. constat ex uerbo DEI de permissione Diuina illa dicta accipienda esse, qua sinat hominem furere in peccato, de iusto DEI iudicio, quo puniat peccata peccatis, nec tamen efficiat, aut approbet ea.

Ioannes. — *Inst. 2. c. 4.*
Scholastici — *In 1. Mag. sent.*
Caluiniani. — *In cõf. fid. Cal ar. 8.*
Conradus. — *Theol. Cal. lib. 1. ca. de Præd.*

XXIII.

PATER nullius passioni obnoxius. Bernardus Lutzẽburgẽsis. — *Catal. hær.*

Patripassiani Patrem sempiternum in tempore natum, crucifixum, & mortuum contenderunt, & Victorinus addit excitatum a mortuis in Cœlum ascendisse, ac sedisse; quorum ineptias hæreticas Christiana Ecclesia uerbo DEI suffulta Concilia, Patres, Doctores, Theologi, omnes, Christiani in Apostolico Symbolo confitentes Filium CHRISTVM Dominum, passum, mortuum, sepultum esse in Humana natura, quos sectantur, & hæretici quotquot fuerunt, ut cunctis liquet, respuerunt. Quod ex Superiorum hæreticorum sententijs clare perspicere licet, quemadmodum etiam ex inferiorum clarius licebit. Fere itaque omnes hæretici, vel omnes præter Patripassianos, cum Principe Apostolorum fatentur, CHRISTVM in carne passum, & cum D. AVGVSTINO, Petro Lombardo, & ceteris Orthodoxis CHRISTVM incarnatum, & secundum carnem passum docent, ac prædicant. Quamobrem Confessionistici de Ecclesiis malignãtium suis dicunt; Docent, quòd Verbum, hoc est Filius DEI, assumpserit humanam naturam, in utero B. MARIAE Virginis, vt sint duę naturæ, Diuina, & Humana, in unitate Personæ inseparabiliter coniunctæ, unus CHRISTVS vere DEVS, & vere Homo, natus ex Virgine MARIA, verè passus, crucifixus, mortuus, & sepultus, ut reconciliaret nobis Patrem, & hostia esset, non tantum pro culpa Originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

Apostoli — *In Symbo.*
Lombardus — *In pri. sent.*
Confessionistæ. — *Conf. Aug. ar. 3.*

XXIV.

PATER factor, & non factura est. Lutzemburgensis D. August. — *In hær. Con. Patripa.*

Vrbicus Poruinus delirat PATREM esse facturam, quem D. AVGVSTINVS probat non posse esse facturam, cum factor creaturarum ipse sit, proinde Vrbici huius portentum æquo libramento Græci Schismatici, recentes, & uetusti hæretici, ut pote Ariani, Sabelliani, & reliqui tamquam prauum hæresis dogma, Scripturis sacris ueteris, ac noui testamenti contrarium, & Christianæ Fidei ex diametro aduersum, post spectatos Catholicos omnis Orthodoxiæ Doctores, Patres sapientissimos, Theologos eruditissimos, ac præstantissimos, merito reijciunt, in Fidei Symbolis confitentes: Credo unum DEVM Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ.

Ecclesia. — *In Symb.*

Apud

Digitized by Google

PATER & FILIVS consempiterni.

XXV.

S. Philaster. Idem. Apud PATREM æterne fuisse SALVATOREM, sed in tempore FILIVM esse quidam garriũt, & Vrbicus factum dicit esse FILIVM. Contra vero habet Fidelis Ecclesia in Concilio Niceno, & in alijs ceteris Diuina Scriptura edoctis, Diuina prouidentia celebratis, & Diuino Spiritus sancti lumine vegetatis. Atque præterea ante ipsa hæc Concilia Apostolici Patres idem docuere. *D. Clemens.* D. CLEMENS Papa: Filium DEI vnigenitum inquit, dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. *D. Martialis.* D. MARTIALIS: Verbum in quod credidistis, Filius est vnigenitus ante omnem substantiam, ante omne initiũ, ipse.n.est principium: quia de principio ineffabiliter genitus est. *D. Iustinus.* D. IVSTINVS: intelligimus Filium a Patre prognatum, siue lumen e lumine promicans. Nam hac imagine refertur, & coæternitas, & essentiæ identitas, & passionis expers natiuitas. *D. Hyginus.* D. HYGINVS Papa: Nos non credimus Patrem aliquo tempore præcessisse, vt maior sit Filio, nec Filium postea natum esse, vt Diuinitate Patris minoretur. *D. Leo.* D. LEO primus: Filius consempiternus est Patri. Hæc omnino probant omnes Catholici, quin imo hoc insuper astruunt quidam hæretici, qui Patrem, & Filium Catholice confitentur, quibus Semiariani (vt vocant) consentiunt, *Lutzburg.* nempe coessentiales, coæquales, ac cumperpetuos Patrem, & Filium Orthodoxe confitentes. In quam sententiam hæretici recentiores (vltra alios, excepto Luthero dicente, *Luterus.* Odit anima mea vocem Homousion, & nolim ea vti, non ero hæreticus) pari consensu eunt, veluti infra quisque videre poterit. *Caluinus.* Sed interea Caluinum non omittam ita loquentem: Ex quo manifestatus in Carne CHRISTVS Filius DEI vocatur, non tantum quatenus ante secula genitus ex Patre fuit æternus sermo, sed quia Mediatoris suscepit personam, & munus, vt nos DEO coniungeret. Hæc ille, quibus SALVATOREM æterne FILIVM, & PATRI coeternum, ab eodemque æternis seculis genitum fuisse affirmat. Rursum vero ait: Quos alloquitur Pater dicens: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, certum est fuisse increatum: nihil vero increatum, excepto ipso DEO, & quidem uno. Hæc ille, cui as-*Beza.* sentitur Beza: Personæ Diuinæ sunt coessentiales, & coeternæ sine proprietatum confessione, aut inæqualitate, vt Ecclesia sacris exponit Scripturis contra Sabellium, Samosatenum, Arrium, & Nestorium, quorum errores ex animo detestamur.

Lib. de Har. In eodem. Lib. 2. Reg. c. 9. Ep. ad Burdegal. c. 16. In expo. fid. Epist. 3. Serm. 3. in N. D. c. 1. Cat. haret. In conf. Latomia. Instit. lib. 1. c. 13. Confes. p. 1. ar. 2.

TRINITAS omniũ creatrix.

XXVI.

S. Philaster. D. Hieron. SPIRITVM SANCTVM ijdem, qui paulo ante confessi sunt FILIVM PATRI eius consempiternum, dicunt Spiritum sanctum esse Creaturam, & Origenistæ Filium, & Spiritum sanctum dicunt esse creaturas, imo Poruinus, qui antea facturam, & creaturam constituit Patrem, & Filium, modo adijcit quoque Spiritum; & sic Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres creaturas constituunt. Aduersus hos militant Catholici omnes verbo DEI eruditi; communi Sanctissimorum Patrum consensu imbuti, sacrorum Theologorum sententijs roborati, Ecclesiæ Catholicæ fide firmati, quorum quosdam pro exemplo audire licet. *D. Epiph.* D. EPIPHANIVS: Tria sancta, triaconsancta, tria informa, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in substantia extantia, tria coestantia in substantia inter se conuersantia. Trinitas hæc Sancta vocatur, vna concordia, vna Deitas, &c. *D. Cyrillus.* D. CYRILLVS Alexandrinus: Quia vna Patris, & Filij, & Spiritus sancti natura est, ideo notæ sunt diuisæ operatio-

Lib. de har. Apolo. aduer. Ruf. In Ancora. Lib. 4. in Io. c. 18.

Digitized by Google

nes: sed quod ab vna Persona factum dicitur, id opus totius Trinitatis est. Cum enim consubstantialitate vnum sit Trinitas, vna perfectio & uirtus eius, atque potentia: Omnia enim ex Patre per Filium in Spiritu sunt. D. BASILIVS Seleucius: Trinitas in unitate cognita, vnitasque vicissim in Trinitate adorata, illorum omnium, quæ natura constant, est principium sine principio, illuminationumque omnium fons uberrimus, & uenustorum omnium uenustas uenustissima. D. IVNILIVS Africanus: Quod dicit faciamus: una ostenditur operatio trium Personarum. In eo uero quod sequitur ad imaginem, & similitudinem nostram, una & æqualis substantia eiusdem Trinitatis indicatur. Deinde Concilium Sextum Toletanum: Credimus, & profitemur sacratissimam, & omnipotentissimam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum DEVM solum, non solitarium, unius essentiæ, uirtutis, potestatis, maiestatis, utriusque naturæ, discretam inseparabiliter Personis, indiscretam essentialiter substantia Deitatis, CREATRICEM OMNIVM CREATVRARVM. Hæc omnes credunt, ac confitentur Catholici, atque insuper plurimi hæretici, quorum unum uel duos, aut tres citasse sufficiat Nicolaum Calabrensem, qui partim hæretice, partim vero Catholice imo quantum ad rem hanc (si tamen Catholice exponatur) prorsus Catholice asserit, Animam a Patre, Corpus a Filio, Spiritumque a Spiritu sancto creari, sicque DEVM Creatorem, Trinitatemque Creatricem non omnino male probat. Hoc idem Caluinus approbat: Concedat, ait, Patris, Filij, & Spiritus communem fuisse creandi potestatem. Deinde Hugnostici hanc confessionem præseferunt scriptis suis: Credimus DEVM qui in tribus Personis cooperantibus, per suam uirtutem, sapientiam, & incomprehensibilem bonitatem creauit omnia. Melius vero Beza more trito sibi repugnans ad Catholicas partes uertitur, in hunc modum Orthodoxiam Romanę Ecclęsiæ confirmando: Opera Trinitatis sunt inseparabilia.

(Left margin: D. Basilius. D. Iunilius. Concilium. Luxēburg. Caluinus. Caluinistæ. Beza.)
(Right margin: Orat. de Verb. Inc. In Gen. Cap. 1. Catal. hæret. pene omni. Instit. lib. 1. c. 13. 24. Confes. fid. art. 7. conf. apud Fenar. 15 li Theo. Confes. p. 2. art. 4.)

XXVII.

(Left margin: VERBVM est coessentiale DEO PATRI DEVS. S. Philastrius.)

Esseni Iudæi ante CHRISTI Aduentum, & post eum Ebionitæ, hæretici Alogi, Helchesaitæ, Acaciani, Metangismonitæ, Pelagiani, Gothi, Priscillianistæ, Albigenses, Fratres Familiæ Amoris, & alia bestiarum cohors, quorum capita fuerunt Cerinthus, Carpocrates, Asclepiodorus, Theodotus, Beryllus, Manes, Hierax, Arius, Asterius, Marcellus, Photinus, Aetius, Eunomius, Maximinus, Nestorius, Mahometus, Felix Vrgelitanus, Epiphandus Toletanus, Godscalcus, Belga Abailardus, Lullius, Hermannus Ruscuuich, Lutherus, Melanthon, Georgius Dauid, Seruetus, Caluinus, Gaspar Zuenkfeldius, Valentinus Gentilis, Danæus, Illyricus, Ochinus, Richerus, Blandrata, Sommerus, Aelianus, Franciscus Dauidis, Hugonoti, & alii prodigiosi Auerni scurræ, inter quos Beza contra Trinitarios dicit; Præter Anabaptismum, etiam Samosateni blasphemiam aduersus æternam Verbi hypostasin tuentur, VERBVM DEI FILIVM CHRISTVMq; negant esse DEVM, PATRI coeternum, coessentialem, uel minorem, uel similem, uel deniq; purum hominem aperte asserunt: quos respuit Fidelium Ecclesia ab initio. Quamobrem in sacrosancto, & Euangelico Concilio Nicęno Primo, ita statutum esse Spiritu sancto, cum inaspectabili, tum aspectabili auctore, & approbatore legitur: Credo in unum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Filium DEI vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, DEVM uerum de DEO uero lumen de lumine, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Huic succedit Concilium Sardicense; Confitemur unam esse Patris, & Filij Diuinitatem. Deinde sexta Synodus

(Left margin: Fenardentius. Beza. Concilium. Synodus. Concilium)
(Right margin: De Hæresib. Lib. 15. cōf. fid. Calu & 16. catec. Calui. c. 1. Con. Trin. In Symb. Lib. 2. c. 8. Hist. Eccl. ap. Theod. Act. 17.)

Con-

Concilium. Constantinopolitana: Profitemur CHRISTVM consubstantialem Patri secundum Deitatem, & ante sæcula genitum. Postea Toletanum Quintum: Filius à Patre intemporaliter, ante omnem creaturam sine initio genitus, non creatus. Nam nec Pater vnquam sine Filio, nec Filius extitit sine Patre. Sed tamen Filius DEVS de Patre DEO, non Pater DEVS de Filio DEO: ille autem Filius Patris, & DEVS de Patre per omnia coęqualis Patri, DEVS verus de DEO vero. Hęc comprobant, credunt, docent, & confitentur omnes qui in Ecclesiæ CHRISTI sunt, atque qui extra Ecclesiam habentur, vti Eutyches, qui Verbi Diuinitatem in CHRISTO agnoscit: Nazarei seu Nazorei CHRISTVM DEI Filium confitentur: Manichei eum esse DEVM credebant: Theodorus Mosphestanus, & Nestorius non negant FILIVM DEI esse consubstantialem Patri. Item Mahomet, Vuicleuistæ, Hussitæ, & Græci, qui Filium Patri consubstantialem iuxta Concilij Nicęni Definitionem credunt. Item Ecclesiæ Lutheranæ confitentur DEI Patri, Filium CHRISTVM vnum vere esse DEVM, & verum hominem. Idem profitetur Caluinus, qui Concilia præcipua probat ac docet Filium DEVM esse; qui præterea scribit: Arriani rabie correpti, qui quidem putauerunt IESVM CHRISTVM non fuisse æqualem Patri, ac si in vna, & eadem simplici DEI essentia, aliqua posset inæqualitas reperiri. Et Viretus; vt pueri ex patrum suorum propria substantia geniti naturam habent humanam, & his cum patre denominationem: Ita IESVS CHRISTVS est verus DEVS, vera imago Patris, ex propria eiusdem natura, & substantia repræsentando Patrem, vt verus, & naturalis Filius, ea generatione quæ conuenit Diuinitati incorruptibili, immateriali, & omnibus creaturis incomprehensibili. Iosias Simlerus ait: Ab eterna ac ineffabili generatione Deitas seu natura vel Essentia DEI Patri Filio tota, & ex integro communicata est: ideoque ille est verus DEVS, & naturalis Filius DEI, & verus, naturaque DEVS. Rursum Beza: Confitemur CHRISTVM quantum ad Diuinam naturam attinet, vnicum Patris esse Filium, sine matre ab ęterno genitum, non factum. Ac Melanthon ait: De Diuinitate Filij credo Nicęno Concilio. Idem Confessionistæ Caluinitæ, proinde eorum fidem probando sic profitentur: Credimus IESVM CHRISTVM secundum naturam Diuinam esse vnicum Patris Filium, coęternum, consubstantialem, & in omnibus, & per omnia DEO Patri æqualem. Atque demum vltra alios, Ioannes Pzribrauus asserit: Profiteor tenendum, & credendum ab omnibus firmiter, quod CHRISTVS verus DEVS & verus homo est.

[Left margin: Lutzēburg. Synodus. Maxitius. Mahomet. Græci. Petrus Canisius. Protestātes. Caluinus. Viretus. Simlerus. Beza. Caluinus. Beza. Philippus. Pzribrauus.]

[Right margin: In Fid. Cōf. al c. 1. In cat. hære. Syn 5. Oecu. In Fid. confes. In Alcora. In liturg. Græco. lib. 2. c. 17. de Deipa. Virg. Conf. Aug. art. 3. In cap. 1. Io. vers. 18. Instruct. Christ. Lib. 3. Conf. p. 3. ar. 1. Ad cap. 1. Ioan. Cōfes. punc. 3. artic. 1. Edit. 2. loco Com. cap. de leg hu. De Sac. ca. 13.]

XXVIII.

FILIVS essentiam habet à PATRE. A PATRE FILIVM non a seipso Essentiam habere negat Caluinus. Asserunt Catholici ab ineunte Ecclesia CHRISTI. Namque gloriosus CHRISTI Athleta, Paterque Orthodoxus D. IVSTINVS inquit; Cum ex substantia sua Pater Filium progenuerit, atq; ex eadem Spiritum produxerit, iure optimo qui vnam eandemq; participant essentiam, una eademq; dignantur Diuinitate. Vt uero Græco Latinū adijciā Patrem; adest D. LVCIFER qui dicit: Credimus in unū DEVM Patrem omnipotentē, uisibiliū, & inisibilium factorem; & in unum dominum IESVM CHRISTVM Filium Dei natum de Patre, hoc est de substantia Patris, DEVM de DEO, lumen de lumine DEVM uerum de DEO uero, natum, non factum, unius substantiæ cum Patre, quod Græci ὁμοούσιον dicunt. Idem omnes Catholici ac omnes qui sunt hæretici, ac etiam ipse, qui hoc negauit, asserit ipse Caluinus. Cogeris, inquit, fateri CHRISTVM suam a Patre naturam habere, propter quam Filius DEI est. Hæc ille, qui alias dixit: CHRISTVS lux

[Left margin: Caluinus. D. Iustinus. D. Lucifer.]

[Right margin: Instit. lib. 1. c. 3. & ad cap. 1. Io. In Ac. Serueti. ad c. 1. Io. 9. In Expos. fid. De nō parc. in DEVM delin.]

Digitized by Google

æterna fulgorem sibi ingenitum habet, non aliunde accitum. Huic autem postremo falsoq; dicto aduersatur Viretus; Scire debes (inquit) IESVM CHRISTVM esse Filium DEI quantum ad Diuinitatem, quod a Patre genitus sit ab æterno: & eandem cum eo habeat Essentiam. Proinde Caluinitæ hanc Regi Gallorum protulerunt confessionem: Pater prima causa est principium, & origo omnium rerum; Filius ab æterno genitus est a Patre, Spiritus sanctus ab æterno procedit ab vtroque.

Viretus. *Instructio Chris.*
Caluinitæ. *Conf. fid. Calu. art. 6. apud Feuar. l. 15 Theo. Eius. conf. confut.*

XXIX.

FILIVS Essentia nō distinctus a Patre. Caluinus. Feuardentius.

Multis contendit Caluinus Filium distinctam vere habere a Patre naturam atque Essentiam. Filius, scribit inter alia, est conformis Patri, ut habens substantiam distinctam ab eo. Hius execrando delirio subscribit Beza, contra quos Dogma Catholicum ponitur, quod tot ante secula in Ecclesia DEI a Sanctis Doctoribus prædicatum est. Sic itaque ante mille, & quingentos fere annos scriptum reliquit Christianissimus, & doctissimus. D. ATHENAGORAS: Quis non miretur, nos qui DEVM Patrem prædicamus, & DEVM Filium, ac Spiritum sanctum, ita ut unionis eorum vim, & ordinis distinctionem exponamus impios, & sine DEO homines uocari? Huic autem Græco Latinus accedat Lactantius Orthodoxũs inquiens: Cum dicimus DEVM Patrem, & DEVM Filium, non diuersum dicimus, nec utrumque secernimus: Quia nec Pater sine Filio esse potest, ne Filius a Patre secer ni: siquidem nec Pater sine Filio nuncupari, nec Filius potest sine Patre generari: Cum igitur, & Pater Filium faciat, & Filius Patrem; una utrique mens, unus spiritus, vna substantia est: Sed ille quasi exuberas fons est, hic tanquam defluens ex eo riuus: ille tanquam Sol, siue quasi radius a Sole porrectus: qui quoniam summos Patri, & Fidelis, & charus est, non separatur, sicut nec riuus a fonte, nec radius a Sole. Hęc Orthoxi plane quotquot in aliquo seculorum fuerunt, probauerunt, quod quidē ipsis quoque probatur hæreticis, inter quos Caluinus est, qui sibi repugnãs, dicit: Qui notam distinctionis in Essentia Diuina ponunt, manifestum in nihilum redigunt ueram CHRISTI Deitatem, eoq; modo infeliciter Essentiam DEI lacerant. Hæc ille, cuius pronunciato condiscipulus eius Viretus opitulatur, asserens; Licet distinctio personarum in Essentia DEI reperiatur; tamen essentia non separatur, sed semper remanet unitas perfecta, & integra.

Lib. de Act. Seru. de Et. D. F. c. 6.
D. Athenagoras. *Legat. pro Chr ſt.*
Lactantius. *Lib. 4. Insti. c. 8.*
Caluinus. *Inst. lib. 1. c. 13. 23. et in c. 1. Io. uer. 18*
Viretus. *Instru. Gal. pag. 669.*

XXX.

PARACLETVS est DEVS.

Paulus Iulanus eiusque in Transylvania cum socijs, Dicimus, inquit, vnum, & solum DEVM, non Trinitatem, sed tantum Patrem Atq; Leonichildus Hispaniæ Rex: Manifeste, inquit, cognoui CHRISTVM Filium DEI ęqualem Patri; Sed Spiritum DEVM penitus esse non credo. Hui consenserunt Macedonius, Ariani, Marcellus, Photinus, Aetius, Eunomius, Donatistæ, & inter neotericos, Caluinus, Melanthon, Ochinus, Beza, Seruetus, Ceruasius, Steinbach, Goniezius, Blandrata, Sōmerus, Christianus Frācus, & Familiani: sed insanius finxerunt. Macedonius, qui Paracletum esse creaturam dixit, Lullius, qui animam mundi finxit, Guilhelmus Farellus, qui motū esse in rebus creatū delirauit; Pneumachomachi, qui a matre eum procedere somniauit: ac demū inter uetustos Mōtanus, & inter nouos Matthias Anabaptista insanissime se Paracletum, ac Diuinum Spiritum esse dixerunt. Et hæcquidem impiæ perfidiæ dogmata damnat uerbum DEI, condēnat Ecclesia per sacras Partes, & summos Doctores Lectissima organa sua quorum consonantiam ausultamus. D. MARTIALIS Apostolus: Spiritus sanctus in quo omnia subsistunt, & hæc in Personis tria diuisa, in

Petrus Canisius. Iodocus Coccius. *De uer. Dei cor. præmon. Thes. Lat. li. 1. ar. 6.*
D. Leo. *Epist. ad Imp. et Hist. trip. 1. 14.*
D. Martialis. *Ep. ad Bordegal c. 10*

D. Cyprianus. Diuinitate unus DEVS indiuisus est. D. CYPRIANVS: Si Spiritum, & Dominum, & Creatorem, & Viuificatorem, & Nutritorẽ credunt omniũ, quæ sub ipso sunt conuenientem ad fidem habeant accessum. D. ZENO: Gladius Spiritus sanctus est, unum caput habens, id est unam substantiam, uirtutem, Deitatem, maiestatem, voluntatemq; Patris, & Filij. D. LIBERIVS Pontifex Maximus: Spiritum sanctum uere ex DEO naturaliter esse DEVM confiteor quo vna sit Trinitas sub vna substantia. D. HIERONYMVS: Eiusdem Spiritus sanctus cum Patre, Filioque naturæ est. D. AMBROSIVS: Quid vtique tentare Spiritum Dominum Act. 5. Primum intelligimus, quia Spiritum sanctum Spiritum Domini dixit, deinde cum præscripserit Spiritum, & addiderit: Non es hominibus mentitus, sed DEO: necesse est in Spiritu sancto, ut unitatem Diuinitatis esse intelligas: Quoniam cum Spiritus tentatur; DEVS fallitur, aut si vnitatem Diuinitatis excludere, secundum Scripturæ verba, ipsa vtique Spiritum Domini credis. Quod si vtrumque de Spiritu sancto accipimus, aut quod legis perfide negare conaris. Aut igitur vnitatem Diuinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti: aut Diuinitatem Sancti Spiritus in Patre, & Filio confitere. Vtrum dixeris in DEO vtrumque dixisti: quia & vnitas Diuinitatem astruit, & Diuinitas vnitatem. D. AVGVSTINVS: Non vis Spiritum dicere DEVM, cuius tantam Diuinitatem per laudem coactus, & confiteri: vt cum sit vnus, vbique sit præsens, & nemini sanctificando desit, vbicumque quisque Christianus esse, & DEVM orare voluerit, simul se omnibus exhibendo, siue in Oriente, siue in Occidente baptizentur in CHRISTO: hæc & nos dicimus talem, tantum absit a nobis ut DEVM negamus. D. GREGORIVS Magnus: Spiritus sanctus DEVS ante secula Patri, & Filio est coæternus. Atque Concilium Toletanum Quintum; Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnius Deitatis, atque substantiæ confitemur, in Personarum diuersitate Trinitatem credentes, in Diuinitate unitatem prædicantes. Inde Vndecimum; Confitemur, & credimus sanctam, & ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum DEVM naturaliter esse, vnius substantiæ, vnius naturæ, vnius quoque maiestatis, atque virtutis, &c. Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus sanctus omnipotens, singulariter dicitur, non tamen tres DII, sed unus est DEVS. Hæc Orthodoxi proceres contra hæreticorum perfidiosam persuasionem, quam quidem præter Ecclesiasticos omnes, hæretici quidem ipsi confutauerunt: Græci enim Spiritum sanctum confitentur esse DEVM, pariter Confessionistæ. Petrus Fullo credidit Spiritum sanctum esse DEVM. Ioannes de Rochesana Symbolum Athanasianum probabat, & Caluinus Nicænum approbat. Alij de eodem Spirito sancto recte sentiunt, qui nomen propriæ sectæ non sortiuntur; & Melanthon dicit; Spiritus sanctus est tertia Persona Diuinitatis, Patri, & Filio ὁμοούσιος eis.

[Left margin: D. Zeno. — D. Liberius. — D. Hieroni. — D. Ambros. — D. August. — D. Gregor. — Synodus — Synodus — Guido Carmelita. — D. Felix P. — Gulielmus Lindanus. — Lutzeburg. — Caluinus. — Melanthon.]

[Right margin: De Card. op. Christ. c. de Sp. san. — Ser. de Scm. Iac. — In conf. f. fid. apud Athe. — Ad cap. 66. Gen. — Lib. 3. de Sp. san. c. 10 — Lib. 2. contra Max. Aria. c. 11 — Cap. 1. — In Confess. fidei. — De haeres. — Epi. ad Pet. Ful. — In Panoplia Euan. — Cat. Hær. — Inst. 4 c. 9. — In def. Theo]

XXXI.

[Left margin: SPIRITVS SANCTVS non est a se ipso. Caluinus. — Hugo Eterianus. Lutherani Caluiniani.]

Spiritum sanctum non habere essentiam, seu Deitatem a Patre, & Filio per æternam productionem, aut communicationem inquit, imo blasphemat Caluinus in Spiritum sanctum, cuius peccatum non remittitur ei neque hic, neq; in futuro seculo. Cuius irremissibile, & irreconciliabilẽ errorẽ Græci Schismatici, qui eũ a Patre tãtum modo procedere æque pertinacissime, atque falsissime defendunt, displodunt, idemque alij a professione Catholica alieni ita frequenter faciunt, vt superuacaneum quidquam huc adferre censeatur. Etenim adeo dilucidis, ac perspicuis verbis Ecclesia CHRISTI Catholica Spiritum sanctum a seipso esse negat, & ab aliis procedere, & credat, & confiteatur, quod profecto tamquam de re euidentissima acturus

[Right margin: Inst. c. 8. 19. 23. — De Spi. san. con. Græ. — In con. Aug. — In cõf. Cal. in ca techi.]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

rus pertransco silentio, hoc tamen aliam ob causam protinus sequentis. Heresis ostensione, & confutatione lucidissime demonstraturus.

SPIRITVS SANCTVS a PATRE FILIOque procedit. Coccius. Hubo Ettenanus.

XXXII.

SPIRITVM SANCTVM a PATRE, & a FILIO procedere Eunomius, Nestoriani, Græci Schismatici atque hæretici, Ioannes de Vuesalia, Petrus Pseudomartyr, Gazonius, Gentilis, Sommerus, & Christianus Francus inficias eunt: quos damnat Apostolica Ecclesia tot ante secula. In primis D. ATHANASIVS Magnus inquit: Spiritus sanctus a Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. D. BASILIVS Magnus: Dignitate Spiritum sanctum secundum esse a Filio, cum ab ipso esse habeat, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit, &c. Spiritus sanctus & in dignitate, & ordine secundus a Filio est, non tamen alienæ naturæ esse, inde consequitur. D. GREGORIVS Nyssenus: Spiritus Filii dicitur, qui ab eo accipit, ab eoque procedit, & ex eo est, quemadmodum ex Patre. D. EPIPHANIVS: Spiritus sanctus, non genitus, non creatus, non Filius, sed ex eadem essentia Patris, & Filij. D. IOANNES Chrysostomus: Iste est Spiritus procedens de Patre, & Filio, qui diuidit propria dona singulis, prout vult. D. CYRILLVS: Ex Filio naturaliter, ac essentialiter Spiritum sanctum sicut ex Patre prouenire credimus, per quem Filius omnia inungens sanctificat. Synodus Alexandrina: Spiritus perinde a CHRISTO, atque a DEO Patre procedit. Hoc idem probant Concilium Ephesinum, Synodus 4. ait 1. & 5. Synodus 5. ait vltima, Synodus 6. ait 17. Synodus 7. ait. 7. Latini præterea Patres Græcis his omnino concordant, quod etsi nemini dubium sit aliquot tamen eorum testes citabo. D. HILARIVS: Pater plenus DEVS in seipso factus, Filius plenus DEVS ex Patre genitus, Spiritus vero Sanctus plenus DEVS ex Patre, & Filio procedens. D. GREGORIVS Magnus: Credo Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum, sed coæternum de Patre, & Filio procedentem. Atque Concilium Toletanum Tertium: Quicumque Spiritum sanctum non credit a Patre, & Filio procedere, eumque non dixerit coæternum esse Patri, & Filio, & coessentialem, anathema sit. Hæc comprobant plura alia Concilia, & omnes Orthodoxi Ecclesiæ, cui opitulantur hæretici quidam, qui Spiritum sanctum ab vtroque procedere asserunt, & Raymũdus Lullius, licet in eo errent, quia illi ceu a duobus principijs procedere, iste ab vtroq; concipi contendit. Dehinc Sommerus Pirnensis Satanæ pincerna de Spiritu sancto confessionem suam sic palam producit: Credimus Spiritum sanctum esse Dei Patris, & Filii Spiritũ. Lucidius uero Hugnostici habent: Filius ab æterno genitus est a Patre; Spiritus sanctus ab æterno procedit ab utroque. Atque inter Lutheranos Melanthon, hoc est, Flos niger in hoc aliquid albedinis refert, & sic Catholicam confitetur Veritatem: Spiritus sanctus est tertia Persona Diuinitatis, procedens a Patre, & Filio, & ὁμοούσιος eis.

Margin (left): D. Athan. — D. Basilius. — D. Gregor. — D. Epiph. — D. Ioannes — D. Cyrillus. — D. Hilarius — D. Gregor. — Synodus — Bonifac. 8 — Nicolaus Emerycus — Sommerus. — Caluiniani. — Melãthonis nomen etymologia.

Margin (right): Thes. Cat. c. 1. art. 7. — De Spir. sã. con. Græcos. — In Symbo. — Lib. 3. ad Eunom. — Homil. 3. sup. P. M. — in Ancora — Ho. in Sym. Apo. lib. 13. Thes. c. 2. — Ser. de Tri. — In prof. fid. — Cap. 1. — Sexto Dec. — Par. 2. Dir. Li. 2. in Tri. Caro. f. 171. — In catech. art 6. — Phil. Mel. in def. Theo.

SPIRITVS SANCTVS est adorandus. Geneuani.

XXXIII.

Sceleratissimi in Spiritum sanctum blasphemi Geneuanæ perfidiæ, seu Caluinianæ sub fidei specie infidelitatis magistri Spiritus sancti adorationẽ negant, quemadmodum peritissimus Theologus Parisiensis R. Franciscus Feuardentius pulchre ex ipsorum scriptis patefacit. Selectissimi autem Ecclesiæ Doctores secus sentiunt. Namque apud Græcos grauissimũ scilicet extat testimonium Concilii Niceni Primi, in quo ista confitentur; Credo in Spiritum sanctum Dominum & uiuificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Huic suffragatur apud Latinos Sacrum Concilium Toletanum octauum; Credi-

Margin (left): Franciscus — Concilium. — Concilium

Margin (right): Dial. 20. Cisp F. C. f. 376. Cu. 7. c. 6. et 7. de Spi. san. — In Symb. — Cap. 1.

Digitized by Google

Anhaldinus. Lutherus. Lutherani. Caluiniani

mus & in Spiritum ſanctum viuificatorem, ex Patre,& Filio procedentem cũ Patre, & Filio adorandum,& conglorificandum. His vero Schiſmatis rei aſſentiuntur Græci quos non male ſectantur Lutherani quorum princeps Georgius Anhaldinus ſcribit,quod Spiritum ſanctum adoraret,etiam ſi videret in ſpecie columbæ de Cęlo deſcendentem. Ita ſenſit Lutheranorum ſectarius, Lutherani, & Caluiniani eidem aſſentiuntur.

Cõcio.4. de Sacra. Alta fol.188. Ad ca. 47. Gen. & al. In Confeſ. Fid.

XXXIV.

SPIRITVS SANCTVS eſt inuocandus. Feuardentius. Caluiniſt.

Impia vox eſt atque fœtido ex impiorum Caluinianorum ore prolata, ſolum Patrem adorandum, & inuocandum, & apertius Spiritum ſanctũ non eſſe inuocandum dicentium. Quod in ſacris litteris reſpuitur, quandoquidem in Actis Apoſtolicis legitur, quod Apoſtoli manibus ſuper fideles impoſitis inuocabant Spiritum ſanctum qui repente ſuper illos deſcendebat. CHRISTVS quoque Saluator noſter inuocandum docuit, quando hanc Baptiſmi formam Eccleſiæ inſtituit, ac demandauit: Baptizate eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ad hæc accedit, quod Eccleſia eodem Paracleto auctore ab initio in Liturgijs vetuſtiſſimis per omnes Eccleſias inuocauit, & adhuc inuocat, quando dicit: Spiritus Sancte DEVS, miſerere noſtri. Græci autem, qui Schiſmatis uoluptati nimis propenſi indulgent, Spiritum ſanctum inuocat ac inuocandum tradunt. Hoc idem Lutheranis arridet. Hanc ob rem Georgius Anhaldinus Lutheranorum princeps ad hunc modum a doctrina Catholica cõcionatur: Si uiderem Spiritũ ſanctum in ſpecie columbæ de Cęlo deſcendentem, ingenua prouolutus, manibuſque in Cęlum leuatis, dicerem: Sancte Spiritus miſerere mei.

Lib.7.ca.8. de Sp.Sã.& Offic. eius. In ca.Calu. Fid. Dia.2.p.55

Guido Carmelita. Anhaldinus.

De erro.Græco. Cõcio.4. de charitſ fol. 188.

XXXV.

SPIRITVS SANCTVS eſt inſenſibilis. Damaſcenus. Iodocus. Origenes.

Meſſaliani SPIRITVM SANCTVM ſic dicebant accedere, vt ſentiretur: Vnde & Enthuſiaſtæ dicti ſunt: quod hæreticum deliramentum ſugillat Origenes, quando ſcribit: Vſque ad præſens nullum ſermonem in ſcriptis ſanctis inuenire potuimus, quare Spiritus ſanctus factura eſſe, vel creatura diceretur. Si ergo non eſt creatura, certe Creator eſt ac per hoc eſt inſenſibilis. Vnde D. IOANNES dicit: Spiritus ſanctus abſque materia, indiſſolubilis, ſupra omnem captum, & contemplationem incommutabilis, impollutus, imperueſtigabilis, imperſcrutabilis, impaſſibilis, incircumſcriptus, Spiritus, opifex, Spiritus in Deitate Perſonam habens. D. AMBROSIVS. Probat eſſe DEVM ex eo quod DOMINVS in Euangelio dicit: DEVS Spiritus eſt. Quod ſi ut hic, & cęteri Orthodoxi aſſeuerant, DEVS eſt Spiritus ſanctus, plane inſenſibilis quoque eſt. Vnde D. AVGVSTINVS: Accipite Spiritum ſanctum, neque enim flatus ille corporeus cum ſenſu corporaliter tãgendi procedens ex corpore, ſubſtantia Spiritus fuit, ſed demonſtratio per congruam ſignificationem, non tantum a Patre, ſed & a Filio procedere Spiritum ſanctum. Quare illorum hęreticorum ſtolidum commentum iure merito nũquam probauerunt Catholici Chriſtianæ Eccleſiæ, quæ utique nullatenus peccare poteſt in his, quæ Fidem ſpectant, nec hucuſque probant ipſi quidem hæretici, qui in unum omnes Spiritum ſanctum ex Diuina Eſſentia ſpiritalem, inuiſibilem, immutabilem, incomprehenſibilem, & inſenſibilem eſſe ſpiritum ac ipſum per Eſſentiam Deitatis Deum puriſſimum eximie confitentur.

Hæreſ.88. Lib.8. de Sig. Ec. art.3. Lib. 1. de princip.c.3. De cõſ.Tri.

D.Ioannes. D. Ambroſius. D. Auguſtinus. Caluiniani.

Lib. 3. de ſpir. Sanct. cap 11. De Trin. Lib.1.c.20. In Conf. & Catechi.

XXXVI.

SPIRITVS SANCTVS verbo DEI ſuã cõmunicat virtutẽ. Beza. Feuardent.

Negat Beza Spiritum Sanctum uerbo DEI ſuam communicare uirtutem. Spiritus ſanctus ait, ita uerbo, & Sacramentis vtitur, ut illis ſuam non

Confeſ.pun. 4.ar.4.34. Lib.7.c.13. de Sp Sã.& Offic.eius.

commu-

communicet virtutem. Sed conueniet nulli qui secum non conuenit. Inquit enim paulo superius: Spiritus prædicatione Euangelij vulnera purgare, quæ legis prædicatio in nobis detexit · in nobisque donum fidei creare. Eiusdem turpissimi discipuli turpissimus magister Caluinus vna cum Catholicismo Spiritum sanctum arcanam verbis Euangelij communicare virtutem docet, in verba illa: Domini Spiritus est qui viuificat. Quia de arcana Spiritus virtute loquutus erat, eleganter hoc ad doctrinam suam transfert, quod spiritualis sit. Porro spiritualis vocat sermo qui nos sursum incitat, vt CHRISTVM duce Spiritu in cœlesti gloria sua quæramus. Vitam ab effectu nominat sermonem suum quasi uiuificum. Hoc idem, & alibi confirmat. Olim vero id tradidere Patres Orthodoxi. D. HIERONIMVS: in Actibus Apostolorum, qui Ioannis Baptismate fuerunt baptizati, ac credebant in DEVM Patrem, & CHRISTVM, quia Spiritum sanctum nesciebant, iterum Baptizantur, imo tunc uerum accipiũt Baptisma. D. AVGVSTINVS: Cum sit unus, ubique sit præsens, nemini sanctificando desit, vbicumque quisque Christianus esse, & DEVM orare voluerit, siue in Oriente baptizantur in CHRISTO, siue in Occidente. D. EVCHERIVS: Videamus attentius inscripta generationis sacrosancta mysteria quid agat Spiritus sanctus. Secreta ac ineffabili potentia lauat culpas, infectas ad infectum redigit maculas, absoluit reas, & purificat consciẽtias, quarum solus emendator, solus est cognitor. Ipse ad regenerandas animas steriles benedicit aquas: ipse sacri fontis irriguum illa qua dudum MARIAM locupletauit, virtute fœcundat. Hæc iuxta DEI verbum, & Paracleti documentum docent omnes Orthodoxi in Ecclesia CHRISTI vsque ad hunc diem. Deinde Lutherani: Per verbum, & sacramenta, tanquam per instrumenta donatur Spiritus sanctus. Demum istud dogma, apud Schismaticos, Lutheranos, & similes, Catholicum recte creditur, & constanter defenditur.

[Margin: Caluinus. — In Ioan. 6. vers. 63. — D. Hieronimus. — Ad Habr. in q. 9. — D. Augustinus. — lib. 2. — D. Eucher. — Ho. de S. Trin. — Lutherani. — In Confess. Aug art. 5. — Caluinus. — Ad Cor. 1. c. 14. n. 24.]

XXXVII.

[Margin: SPIRITVS SANCTVS datur sine externo Verbo.]

Spiritu Satanæ pleni, Spirituque Sancto euacuati hæretici Lutherana scabie infecti metam ponunt Spiritui Sancto, negantque aliter posse dari seu obtineri, quam verbo externo, & Sacramentis. Sæpe quidem inculcant & fuse docent hæc: Spiritus sanctus datur, & est efficax per verbum DEI, & per Sacramenta. Ad hæc autem sic respondet Catholicus Andreas Fabricius Leodius: Damnant Anabaptistas, & alios, qui non ab hominibus, sed a DEO per intimam inspirationem doceri uolunt, quod minime improbant Catholici. Deinde Ioannes a Dauentria; Damnant Anabaptistarum hæreses; quas nemo non damnat. Sed rationem ob quam eos damnant, non probamus. Damnant eos vel ob hoc solum, quod sentiunt sine verbo externo Spiritum sanctum contingere hominibus, per ipsorum præparationes, & opera. Hoc est totum, quod in Anabaptistis eis displicet, alios tacent errores, & quod suæ repugnat sententiæ, damnant. An hoc quod isti eis impingunt ut erroneum, sentiant Anabaptistæ, nescio, Sed quod multi sine externo verbo Spiritum sanctum accipiant, non item. Cur ita. Sit ex Christianis quispiam peccator, multis peccatorum sordibus implicatus, qui ubi miserante DEO cœpit, uel modicum extra lutum pedem alterum subleuare, gemit, plorat, lamentatur, si non ore corde tamen precatur Deum, ut sui tandem misertus, gratiam, qua iustificetur, qua sanctificetur, elargiatur. Interim ieiunat, sese deijcit, miseretur pauperum, & nihil non facit vt misericordem DEI animum ad commiserationem flectat. Huiuscemodi ne peccatorum remissionem, & Spiritu Sancti gratiam negabit? Num infirmius internum DEI verbum externo? Num increatum DEI Verbum sine ullo uocis externo strepitu in humano corde non potest loqui?

[Margin: Lutherani. — Conf. Aug. art. 5. — Leodius. — Animad. art. 5. Conf. Aug. — Dauentriacus. — Refu. art. 5. Con. Aug.]

Digitized by Google

qui? Quorsum ergo illud: Audiam quid in me loquatur Dominus DEVS: Quod potest homo, idem non poterit DEVS? Adorat Patrem homo in Spiritu sine uerborum sono, & in ueritate adorat: & DEVS uicissim non loquetur sine uerbo externo homini? loquitur plane, & humiliatos, & corde contritos, siue verbo externo per opera ipsorum, & præparatione, consolatur gratiam eis mittens Spiritus Sancti, ut omnino tandem e peccatorum cloaca mundi habeant. Eadem Ioannes Hoffmeisterus probat, item cuncti Orthodoxi Catholici. Quibus capita ab Orco reuocatæ impietatis subscribunt hæresiarchæ, & hæretici. Lutherus enim iactauit suam impietatis Diabolicæ doctrinam se accepisse de Cœlo, non autem per verbum externum, & externa Sacramenta. Zuinglius itidem, qui præterea a DEO non ab hominibus doceri voluit. Intrepide enim affirmat, se certum esse, quod a DEO eruditus sit. Pariter videntur hos sectari Carlstadius, Caluinus, & alij Impietatis amasii, qui iactant, ut facilius seducant, se a Spiritu Sancto intrinsecus edoceri. Denique Anabaptistæ, ut ipsi Lutheranæ factionis satellites attestantur, sentiunt Spiritum Sanctum contingere sine verbo externo hominibus.

Hoffmeisterus. Lutherus. Zuinglius. Oecolampadius. Protestātes. — *Iud. sup. ar. 5. Cō. Aug. Con. Reg. An. & al. Lib. de claritate Dei. Li. de V. C. In artic. 5. Conf. Aug.*

XXXVIII.

Spiritus Sāctus cōtingit hominibus per ipsorum pparationes & opera.

Ignaui nebulones, ociosi popinones, bonorum operum persecutores, & extenuatores iniquissimi, ac nequissimi Lutherani Spiritum Sanctum cuiquam per ipsius bona opera, & præparationes contingere negant impijssime. Ad quorum perfidiam insanam, seductoriam, & hæreticam sic respondit uir Catholicus Ioannes a Dauentria: Damnant hæreticos, qui sentiunt ad Spiritus Sancti receptionem præparationes, & opera facere. Quis hoc æquo ferat animo? Si ad receptionem Spiritus Sancti nihil faciunt præparationes & opera, cur CHRISTVS præmittit ante se Ioannē, ut uiam Domino dirigat? ut corda præparet? Si ad receptionem Spiritus Sācti nihil faciunt præparationes, & opera, cur dicitur per Samuelem Israeli: Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte DEOS alienos de medio vestri, & præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli. Iterum dico: si ad receptionem Spiritus Sancti, nihil faciunt præparationes, & opera, cur toties requirit DEVS nostram pœnitentiam, quo paratiores simus indulgentiam, iustitiam, & Spiritum Sanctum accipere? Cur dicit in Actis Apostolorum Petrus: Pænitemini, & conuertimini, ut doleantur peccata uestra. Et post plura. Hoc commodum adiecero, quod ad deuotas hominum petitiones CHRISTVS ratiocinatur Patrem suum Cœlestem, Spiritum Sanctum daturum, hoc modo: Si uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater Cœlestis dabit Spiritum bonum petentibus se? Vide hic orationem præparatoriam, qua sine Pater Cœlestis alioqui beneficentissimus nemini adulto det Spiritum Sanctum. Doceant hic, si possunt aduersarii, orationem, præparationem, & reliqua opus non esse. Non est igitur quod hæreseos insimulent eos, qui doctrinæ CHRISTI inhærent mordicus, præsertim quū ipsi nihil ęque urgeāt, atq; ut sui ex CHRISTI verbis, & promissis toti dependeant. Non solum autē hæreseos nos insimulant, sed cum pestilentissim is damnant Anabaptistis. O impudentiā, o contumaciā plusquā ferinā, quæ damnat eos, quibus CHRISTVS, quibus Apostoli, quibus uicaria eorum successio normam dedit recte viuendi, recteque credendi. Hactenus ille, ad quem accedit Ioannes Hoffmeisterus eximius Augustinianæ Familiæ professor, qui eadem asserit, & addit: Philippus Eunucho illi, post auditum Euangelium petenti Baptismum, ait; Si credis ex toto corde, &c.

Lutherani. Dauentriacus. Hoffmeisterus. — *Conf. Aug. ar. 5. Ar. 5. Con. Aug. Resu. Art. 5. Cōf. Aug. iudic.*

Digitized by Google

Apertius est, quod de Saulo legitur. Huic enim dixit Dominus; Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Capite item sequenti. Qui Cornelij illius opera non uidet, plane cęcus est. Scrutare obsecro Scripturas, & uide num Baptista aliquem excepto CHRISTO, baptizarit, qui non antea egerit pænitentiam, & confessus fuerit peccata sua. Facite fructus dignos pænitentiæ inquit, &c. Item: Baptizabantur a Ioanne in Iordane confitentes peccata sua. His adijciam testimonia Patrum: Venturi ad baptismum, ait Hilarius, prius confitentur se credere DEI filio, & in passione, ac resurrectione eius, & huic professionis sacramento fides redditur. Atque vt hanc verborum sponsionem quædam rerum ipsarum veritas consequatur, toto in ieiuniis Passionis Dominicæ tempore demorantes, quadam Domino Passionis societate iunguntur. Huic addam Augustinum; qui in hæc verba scribit: Agunt homines ante Baptismum pœnitentiam de prioribus peccatis suis, ita tamen, ut etiam baptizentur, sicut scriptum est, loquente Petro ad Iudæos, & dicente. Pænitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, &c. Agunt etiam homines pænitentiam si post Baptismum ita peccarint, ut excommunicari, & postea reconciliari mereantur. Eadem uero eodem confirmat auctore, & adiicit illi, auctoritatem D. GREGORII Theologi, D. BASILII. Ab his autem non discrepant Græci quantumuis Schismatici, non abscedunt Hussitæ quantumuis hæretici, nec dissentiunt Flagellantes, nec Anabaptistæ, quos immerito sic damnant damnati Lutherani, una cum eisdem Catholicos impie traducentes. Damnant Anabaptistas, & alios, qui sentiunt Spiritum Sanctum contingere sine verbo externo hominibus, per ipsorum præparationes, & opera. Cumque hominibus sine verbo externo Spiritum Sanctum contingere demonstratum sit superius, eumdem eisdem contingere per ipsorum præparationes, & opera, nunc satis confirmatum est.

Lutzèburg. Protestantes. — *Cat. hær. Conf. Aug. art. 5.*

CHRISTus fuit secūdū Diuinitatē ante Incarnationem.

XXXIX.

S. Eusebius. S. Hiero. — *Lib. 2. c. 26. In Catalo.*

Beryllus Bostrorum Episcopus asseruit CHRISTVM ante Incarnationem non habuisse propriam in se diuinitatem, sed solam Patris in eo extitisse, idest negauit CHRISTVM quo ad Diuinitatem fuisse ante Incarnationem. Cuius falsissimus error ab omnibus propemodum exploditur hæreticis, quippe qui in hoc Catholicis sane concordãt. Ceterũ ex his unum eorum testimonium pro multis sufficiat. Inquit enim Viretus hoc modo: Sicut dicitur in confessione Symboli Niceni: Credo in vnum Dominum IESVM CHRISTVM Filium DEI vnigenitum. Et ex Patre natũ, ante omnia secula. Hæc hęreticus roboratus auctoritate Cõcilii Nicęni Græci, cui ex Latinis Conciliis addo decretum Cõc. Bracarensis: Si quis dicit Filium DEI Dominum nostrum antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Photinus, & Priscillianus, dixerunt, anathema sit.

Viretus. — *Instr. Chris.*

Concilium. — *Cap. 3.*

CHRISTus homo ante Matrem nō extitit.

XL.

Theodorus. — *Col. Montis beli. fol. 77. & con. Heshus. pag. 2. 2. 84.*

Furit Beza cũ suis gregalibus hominẽ ante D. MARIAM extitisse CHRISTVM. Quod uniuersus Catholicismus reiicit in sacrosãctis Symbolis Apostolico, Niceno, Athanasiano, asserendo Filium incarnatum fuisse ex D. Maria Virg. hominemq; factum esse, perfectum DEVM, verumq; hominem, ex anima rationali, & humana carne subsistentem extitisse eodem modo

vtuntur

Conradus.

vtuntur Lutherani, vt in exemplo profertur: Schlusselburgius inquit: Fuit CHRISTVS verus homo ante Incarnationem? Ita nimirum magis abripi oportet in præcipitia, quibus regia via incedere non placet, seu qui semel a recto tramite deflexerunt. Et iterum: Ergo falso dixit Angelus: Natus est vobis hodie Saluator mundi, cum iuxta doctrinam Bezæ, & Geneuensium natus fuerit tempore Abrahæ, & multo ante.

Theo. Calu li. 1. c. 17. et 2. cap. 7.

CHRISTVS vera carne mundo apparuit.

XLI.

Coccius Canonicus. Lutzëburg. Ord. Prædicatorum. Lutherani. Caluiniani.

Emergunt qui negant CHRISTVM in carne venisse, Saturninus, Basilides, Martion, Cerdon, Theodorus, Gaiani, Bogomili, Albanenses, noui Manichęi, noui Anabaptistæ. Contra quos pugnant Valentinus, Apelles, Apollinaris, Eutyches, Arnoldus de Villa noua, Gaspar Suuenckfeldius, & nuper Fratres Familiæ Amoris, atque Lutherani, Caluiniani, & alij qui CHRISTVM veram habuisse carnem, verumque corpus, post Catholicos Patres, Doctores verbo DEI Euangelico edoctos, & maxima Ecclesiæ auctoritate confirmatos, credunt, & confitentur, vt in Synodo Quinta Constantinopolitana statutum fuit: si quis non confitetur eum, qui ante secula, & sine tempore ex Patre natus, esse DEVM Verbum in vltimis diebus descendisse de cœlis, & incarnatum esse de Sancta, & Gloriosa Dei Genitrice, & semper Virgine MARIA, & hominem factum, natum ex ipsa: talis anathema sit.

Lib. 2. ar. 1. de Chri. Sal. Catbare. In Confess.

Concilium.

Act. 4.

CHRISTus carnem ex Virgine assumpsit.

LXII.

Coccius. Lutzëburg. Synodus.

Non desunt, qui IESVM SALVATOREM nostrum ex D. MARIA carnem adsumpsisse negant Saturninus, Samosatenus, Valentinus. Apelles, Valentiniani, Manichęi, Anabaptistæ, & Sethiani, qui Seth Adę filiũ CHRISTVM fuisse delirabãt. Quorum insanum delirium sic condemnat Ecclesia CHRISTI mille prope sunt anni, per Concilium Lateranense: Si quis secundum Patres sanctos non confitetur proprie, & vere ipsum vnum sanctæ, & consubstantialis, & venerandæ Trinitatis DEVM Verbum e Cœlo descendisse, & incarnatum ex Spiritu sancto; & MARIA semper Virgine, & hominem factum crucifixum carne, propter nos sponte, passum, sepultumque, & resurrexisse tertia die, & ascendisse in Cœlos, atque sedentem in dextera Patris, & venturum iterum cum paterna gloria, cum assumpta ab eo intellectualiter animata carne, iudicare viuos, & mortuos, sit condemnatus. His autem nullatenus repugnant vna cum Fidelibus Apollinaris, Syluanus, Ebionius, Mahometus, Aphthardocitæ, Fratres Familiæ Amoris anno 1579. Item Lutherani dicentes: Docent quod Verbum, hoc est, Filius DEI, assumpsit Humanam naturam in vtero B. MARIAE Virginis, vnus CHRISTVS vere DEVS, & vere homo, natus ex Virgine MARIA. Hos plane sectantur Caluiniani, Trinitarij, & alij in hanc vsque diem in hæresum tenebris vitam miseram degentes.

Lib. 2. ar. 1. de Chri. Salnato. De haret. Conf. 5. ca. 12.

Confessionista.

Art. 3. Con. f. Aug.

CHRISTus Animã suscepit.

XLIII.

S. Vincētius Lirenensis. S. Philastrius. Concilium.

Rursum operarii iniquitatis, zizaniorumque satores Animam a DEI Filio assumptam renuunt: Apollinaris enim atque Apollinaristæ, & alij a CHRISTO susceptam fuisse animam inficiãtur. Quos Patres Orthodoxi communi vniuersæ Ecclesiæ fide, doctrina, & confessione in Concilio Bracarensi his verbis condemnatum reliquerunt: Si quis Christũ in vera hominis natura esse non credat, sicut Cerdõ Marcion, Manichæus, & Priscillianus dixerũt, anathema sit. Hæc ille, quibus, quotquot claruerũt Orthodoxi vete-

Ad. prophan. om. her. nouatio. De heres. Cap. 2.

Digitized by Google

D. Theoph. tes,& recētes assentiūtur. Proinde D. THEOPHILVS Alexādrinus dānat dogma illius qui negat animam ratione præditam a Saluatore susceptam, quod inquit impium est credere, & procul ab Ecclesia fide. Ac D. GREGORIVS Nyssenus sic eximie disputat: Ab istis ego qui animam mentis expertem cum carne assumpta coniungunt, quæsiuerim, ecquam animā Dominum habere dicant. Si ratione carentem responderint; CHRISTO non hominem, sed iumentum adiungent: sin utentem ratione, rationem sequitur cogitatio. Quam qui animam ratione præditam dicit, & cogitationis compotem confitebitur: Cogitatio vero mentis est motus, & actio. In quo si Dominus animam habet ratione præditam, eam vtique, & mente præditam habet, & nulla in re a natura hominis discrepantem. Hęc ille. Item eidem ceteri Catholici astipulantur aduersus eos hęreticos, quibus quidem inter reliquos hæreticos hæreticissimus alioqui, & hæresiarcha quos reprobat Lutherus, Lutherani, Caluinus, Caluiniani, Confessionistæ, & ceteri, qui uel Symbolum Apostolicum, vel Nicęnum, vel Athanasianum accipiunt, & CHRISTI Humanitatem confitentur, qui utique multi sunt, ut in confesso est. Quemadmodum exempli causa Caluiniani confitentur: Credimus IESVM CHRISTVM cum sit sapientia DEI, & Filius ęternus induisse carnem nostram, vt esset DEVS, & homo in vna Persona, & homo similis nobis patibilis in corpore, & anima.

Margin notes: D. Greg. — Ep. 1. Pal. con. Apollin. — Orat. cont. Apollina. — Lutherus. Caluinus — Caluiniani — Postil. de F. Nat. Ad c. 1. D. Ioan. — Conf. Calu. fid. ar. 14.

XLIV.

Nequaquam deficiunt Macarius, Monothelitæ, & Maronitæ, quorum patriarcha Romæ sub Innocentij Papæ Concilio Romanæ, se simul cum suis reconcillauit associis Ecclesiæ; & Euticiani; qui unam CHRISTI Voluntatem solummodo confitebantur, quos quicumque CHRISTI Humanam naturam (veluti hodie omnes hæretici confitentur) confessi sunt una cum Ecclesia verbo DEI oppignerata, a Spiritu Sancto edocta, quam CHRISTVS utique dilexit, & utraque voluntate seipsum tradidit pro ea, recte sentiunt, quemadmodum Sancti Ecclesiæ CHRISTI Patres, & sacri Christianitatis Doctores iam olim Spiritus Sancti nutu in vnum congregati Sexta Synodo Constantinopolitana nobis tradiderunt, iuxta Christianæ fidei professionem ita profitentes: Profitemur CHRISTVM Consubstantialem Patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, ante secula quidem ex Patre genitum secundum Deitatem, in vltimis autem diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem de Spiritu Sancto, & MARIA Virgine proprie, & veraciter DEI Genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque CHRISTVM Filium DEI unigenitum, in duabus naturis inconfuse, inconuertibiliter, inseparabiliter, indiuise cognoscendum, nunquam extincta harum naturarum differentia propter vnitionem, saluaque magis proprietate utriusque naturæ; & in unam personam, & in vnam substantiam concurrentem, non in duas personas partitum uel diuisum, sed unum eundemque vnigenitum Filium DEVM Verbum Dominum IESVM CHRISTVM, & duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiuise, inconuertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum Sanctorum Patrum doctrinam adæque prædicamus, & duas naturales uoluntates non contrarias, sed sequentem eius humanam uoluntatem, & non resistentem, vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius, atque omnipotenti Voluntati. Oportebat enim carnis uoluntatem moueri, subiici uero uoluntati diuinæ, &c. Hactenus Orthodoxi Christianismi proceres.

Margin notes: Duæ in CHRISTO Voluntates. — Bernardus Lutzēburgēsis. — S. Maxim. Petrus Lombardus. — Synodus — Catal. pene omnē hæretica. Cō. Monot. — Lib. 3. sent. dist. 17. — Act. 17.

Non

CHRISTVS corpus corruptibile sumpsit. *Coccius.*

XLV.

Non deerunt Aphthardocitæ, Armenij, Gabaonitæ, qui CHRISTVM assumpsisse corpus incorruptibile docent, quorum doctrinæ aduersantur Mahometus, & omnis, seu pene omnes hæretici qui CHRISTVM passum, crucifixum, mortuum, ac sepultum cõfitentur, more Catholico reluctantur: namque apud Catholicos hoc tam clarum, & euidens est, quam quod clarissimum, & euidentissimum, vt superuacaneum censeam accersire rei euidentissimæ testes, nisi uel garrulorum ratiocinatorum ora opillarem, & impiorum hæreticorum cauteriatam conscientiam uehementius confunderem. Sanctissimi itaque, ac pariter sapientissimi Synodi Nicenæ Primæ Patres, sic luculentissimam Christianæ fidei Veritatem confessi sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato: Passus, & sepultus est. Postea uero non multo tempore idem apud Latinos Orthodoxos in Cõcilio Toletano Primo roboratum est hoc pacto: Filium DEI, DEVM natum a Patre, ante omne principium sanctificasse vterum Virginis MARIAE, atque ex ea uerum hominem, sine uirili semine generatum, suscepisse, duabus naturis duntaxat; id est, Deitatis, & carnis, in unam conuenientibus omnino Personam, id est Dominum nostrum IESVM CHRISTVM credimus. Nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verum: Hunc & esuriisse, & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse. Hactenus apud hoc Concilium, cui subscribunt omnes Catholici, etiamque plurimi hæretici, ut antea studiosum Lectorem monui.

Lib. 2. ar. 1. *Synodus* *In Symb.* *Concilium* *In assertio. fid.*

Indignũ nõ est CHRISTVM ex Virgine carnẽ sũpsisse. *D. Hier.* *B. Theodoretus.*

XLVI.

Manichæi adsunt, qui indignum esse existimabant, ut Diuina Maiestas per sordes, & squalores feminę transisse dicatur: hoc nequaquam indignũ censet populus DEI, quin imo, nec Diaboli sectatores, hæretici scilicet omnes, quos hodie terra sustinet, & multi quos olim sustinuit. Vt enim exemplum proferam, Valentinus CHRISTVM dixit in Cœlo carnatum, & per Virginem transiuisse, sicut aqua per riuulum, aut canalem illabitur. Sed alij, qui CHRISTVM in Terra, non in Cœlo ex Virgine carnem assumpsisse credunt luculentius sentiunt, hoc est neutiquam indignum putant, ut ex ea sacratissima Virgine conceptus in lucem proditus fuerit. Quapropter optimam scribit sententiam in quam Patres omnes Catholici Doctores, ac omnes Theologi eunt D. BASILIVS Seleucius: DEVS possibile corpus induit ut impatibilem Diuinitatis naturam nulla ex parte læserit. Si enim Sol per sordida, & graueolentia loca transiens nullas puritati suæ sordes asciscit: quanto minus iustitiæ Sol impollutam Virginem sua luce illustrans, & sacrosanctum Corpus ex ea sumens, secundum Diuinitatem in se ipso impatibilis mansit?

Sup. Iohes. ex Cat. har. *De Valentino.* *D. Basilius.* *Orat. de Inc. Verbi.*

CHRISTVS nondum uenisse negatur. *S. Philast.* *Lutzẽburg.* *Lindanus.*

XLVII.

Comperti sunt in Mundo impij, ac stulti, ut Herodiani, qui Herodem regem Iudæorum percussum ab Angelo ipsum ut CHRISTVM sperantes, expectant. Iudæi quoque in similem perfidiæ hæreticæ amentiam eunt. Simon Magus negat uenisse CHRISTVM. Paulus Samosatenus de Cœlo descendisse inficiatur. Hæbreistæ in Germania Messiam uenisse inficiantur. Quos respuunt omnium Christianorum chorus, & omnium Patrum, ac

Lib. de har. *Cat. haret.* *In Tabula.*

Doctorum

Doctorum Senatus atque Catholici omnes,omnesq; hæretici,qui illorum sectæ non adiunguntur non solum recentes, sed etiam vetustissimi hæretici,veluti ex his Diui ISIDORI Hipalēsis uerbis coniectare libet: Natus est DEI Filius ex homine,non per hominē,id est non ex viri coitu,sicut Ebion dicit,sed uirgineam carnē ex Virginis corpore trahens,non de cœlo secum adferens,sicut Marcion,& Eutyches affirmant: nec in phantasia,id est absque carne, sicut Valētinianus dicit; neque phantastice,id est putatiue imaginatum, sed corpus uerum. Non tamen carnem ex carne, sicut Marcianus; sed uerus DEVS ex Diuinitate,& uerus homo ex carne,unus Filius in Diuinitate,& unus homo ex carne: Filius in Diuinitate, Verbum Patris,& Deus in homine; anima,& caro. Anima non absque sensu, & ratione, ut Apollinaris,neque caro absque anima,ut Eunomius,sed anima cum ratione sua,& corpus cum sensibus suis, per quos sensus ueros in passione, & ante passionem carnis suæ dolores sustinuit.

D Isidorus. | De doct. & fid. 1. dog. cap. 2.

CHRISTus ex SPIRITV SANCTO conceptus fuit. D. Hiren. | Lib. 1. c. 25. ad hær.

LXVIII.

Iudæorum peccatis adijciuntur inter antiquiores Cerinthus, & inter recentiores Lucas Sternbergius,qui CHRISTVM ex Sancto Iosepho Diuaque MARIA natum asserunt. Sed hi repudiantur ab Ecclesia quæ est sine ruga,& sine macula,ab Vuicleuo, Husso,Luthero, Brentio, Bucero,Bullingero, Melanthone, Oecolampadio, Beza, a Græcis, Confessionistis, plurimisque Nouatoribus,& ab alijs vetustis ac neotericis hæreticis, qui CHRISTVM ex SPIRITV SANCTO conceptum catholice credunt,quemadmodum in Fidei Symbolis Catholici dicunt de ipso CHRISTO: Qui conceptus est de Spiritu sancto.

Canisius. Coccius. | Præfat. in Opus. Marial. Thes. Cat.

Ecclesia | In Sym.

Conceptus CHRISTI omnibus numeris primo momento fuit absolutissimus. Bucerus.

LXIX.

Diuinum CHRISTI conceptum a SPIRITV SANCTO peractum minime primo momento perfectum esse stolidi negantur Buceriani cum turpissimo Sectario illo suo Bucero, cui ex diametro repugnat verbum DEI,Doctrina Spiritus Sancti,& Ecclesia,cuius præcipuus,maximusq; Doctor D.HIERONIMVS dicit: Super hunc florē requiescet Spiritus Domini; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem Diuinitatis habitare corporaliter,neque unquam per partes,ut in ceteris Sanctis, sed iuxta Euangelium eorum,quod Hæbreo sermone conscriptum legunt Nazarei: Descendet super eum omnis fons Spiritus sancti. Dominus autem Spiritus est, & ubi Spiritus Domini,ibi libertas. In eodem Matthæi volumine legimus illud,quod in consequentibus scribitur: Ecce puer meus,quem elegi: Electus meus in quo complacuit animæ meæ: pona Spiritum meum super illum: iudicium gentibus proferet: ad Saluatoris referri intelligentiam, in quo requieuit Spiritus Domini,id est, æterna habitatione permansit: non ut auolaret,& rursum ad eum descenderet: sed iuxta Baptistæ testimonium iugiter permaneret. Hactenus ille, cui suffragatur D. BEDA qui pulchre, & enucleate dicit: Iuxta hominis quippe naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo,qui a prima Cōceptionis hora Spiritu sapientia plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat, sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrando. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia,non per accessum temporis accipiendo, quod non habebat,sed pandendo donum gratiæ, quod habebat. Huic accedit organum Spiritus sancti. D.BERNARDVS dicens; Neque minus habuit sapientiæ,vel potius non minus fuit sapientia IESVS conceptus,quam natus, paruus,quam magnus. Siue ergo latens in utero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans Doctores in Templo, siue iam perfectę

In enarrat. 2. cap. D. Lucæ.

D. Hieron. | Ad ca. 11. Esa.

D.Beda | Ad cap. 2. Luc.

D. Bernar. | Ho. 2. sup. Mis. est

ætatis

Digitized by Google

ætatis docens in populo, æque profecto plenus fuit Spiritu Sancto. Nec fuit hora in quacumque ætate sua, qua de plenitudine illa quam in sui conceptione accepit in utero, uel aliquid minueretur, uel aliquid eidem adijceretur, sed a principio perfectus, a principio, inquam, plenus fuit Spiritu sapientiæ, & intellectus, Spiritu consilij, & fortitudinis, Spiritu scientiæ, & pietatis, & Spiritu timoris Domini. Hactenus ille, quem qui rectam in DEVM fidem habent, & pietatem retinent, sectantur, ac præsertim qui sapientia cæteris percelluntur Theologi Scholastici, quos etiam id quod mirandum censetur Catholicis consentiens Doctrinis asseruit Lutherus, qui eodem momento CHRISTVM omnibus numeris plene perfectum facit.

Scholastici. Lutherus. CHRISTI Anima semper perfecta fuit. Petrus Canisius. — *In 3. Mag. dist. 14. In explica. Euange. de Conc. Mar.*

L.

Sicut Impietatis ita impiorum nullus est finis: namque Nouatores in sacratissima CHRISTI Conceptione Animam eius non ita Gratia abundasse, quo minus amplius proficere potuerit, nugantur, atque blasphemant. Vt enim D. FVLGENTIVS asserit: Si animæ CHRISTI non ad mensuram dedit DEVS Spiritum, necesse est ut nihil minus habeat sapientiæ, nihil minus scientiæ. Spiritus enim ille, Spiritus est sapientię, & intellectus, concilij, & fortitudinis, scientiæ, & pietatis. Ac per hoc non solum ad Diuinitatem CHRISTI, sed ad eius quoque animā illa prærogatiua pertinet, quam ipsi CHRISTO B. assignat Apostolus, dicens: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Si enim non ad mensuram accepit Spiritum sapientiæ, & scientiæ, necesse est ut omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ habeat. Quod si ei aliquid eius plenitudinis demitur, consequens est, ut ad mensuram accepisse Spiritum prædicetur. Hucusque Orthodoxus ille, quem sequuntur Orthodoxi omnes, propter quod D. ALCVINVS dicit: Durum est, & a firmitate fidei penitus alienum, ut dicamus, animam CHRISTI non plenam suæ Deitatis habere notitiam, cum qua naturaliter vna creditur habere Personam. Vnde Ioannes Baptista CHRISTO singulariter ac sine mensura, datam Spiritus largitatem dixit. Non enim ad mensuram dat DEVS Spiritum, quia omnis plenitudo Diuinitatis in eo habitat. Ipse est enim qui dat Sanctis, ipse est qui accipit, & qui potens est ad mensuram dare, ideo non potuit ad mensurā accipere: in forma enim DEI manens Spiritum dat formam serui accipiens, Spiritum accepit. ipsum enim quem ad mensuram dat, totum accepit. Hæc egregie probant Ecclesiastici omnes. Atque post Ecclesiam Orthodoxam, Lutherus Animam CHRISTI, Diuinissimam perfectam credit atque Gratia plenam tradit. Et Caluinus, CHRISTVM ab initio omni Gratia mirifice exuberasse crebrius fatetur. Et idem, inter aliqua scribit, Non est ex mensura donatus Spiritus, quasi gratiæ qua pollet, facultas ad aliquem modum finita sit. Item hęretici Caluiniani Caluino assentiunt, dicentes: Christus Spiritum sanctum recepit cum uniuersis gratijs eius atque plenitudine.

D. Fulgen. — *Lib. 3. c. 22. de Deipa. M. V.* — *Rep. 3. ad Fer. Diaco.*
D. Albinus. — *De S. Trin. lib. 2. c. 10.*
Lutherus. Caluinus. Caluinita. — *Cōcio. B. V. Ad. c 3. 7. Mat. & ad 4. D. Lu. In c. 1. Ioā. ex Feuard. 4. c. 6. de F. D. Inc. In Catechi. Do. 6.*

LI.

Somniauit Valentinus CHRISTVM per Virginem trāsiisse, sicut aqua per riuulum illabitur, & Bogomili descendisse de Cœlis, & per aurem Virginis dextram influxisse, carnem induisse: Succenckfeldiani ex Beatissima Virgine natum negant. His obsistit Ecclesia, quæ nullo, neuo nulla quidem vel exigua macula erroris labefactatur. Concordat ei Mahomet, & Hussus, qui inquit; Credendum est, quod Beata Virgo, post Christum hominem sit sacratissima, & super omnes excellentissima, quæ Virgo existens, & Mater genuit Christum. Lutherus uocat Deiparam, quia peperit Christum, qui Diuinitatem, & Humanitatem in se continet. Idem alij plurimi confirmant

CHRISTus ex D. MARIA Virgine natus. D. August. Euthimius Zigabenus. D. Dionysius Carthusianus. Lindanus. Hussus. Lutherus. — *De hær. lib. Panopli. par. 2. tit. 23. cap. 7. Lib. cō. Tur. Tab. Anali. Quest. de Credere. Postil. 1. Dom. ab Epipha.*

Digitized by Google

Confessionistæ — firmant hæretici, iuxta Symbolum Apostolorum CHRISTVM vere ex Virgine natum, ac confitentes, ideo hic immorandum non libet, quanquam licet, vt pro parte Catholica qui supradictæ hæresi aperto marte repugnat, audiatur D. GREGORIVS cognomento Theologus: Si quis CHRISTVM per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea diuino modo, quia absque viri opera: humano, quia iuxta patiendi consuetudinem formatum esse dixerit, atheus est. — A. 3. Conf. Aug.

Nazianzenus — Orat. 51. Ep. 1. ad Cledon.

LII.

CHRISTus est Omniscius.

Obuiam uenit stultorum caterua, qui perfectissimam, CHRISTI Animam ab initio suæ creationis sapientia perfectam CHRISTVMque adhuc paruulum plura nescire, & adultum quoque diem postremum non sciuisse, ac uirum constitutum multa ignorasse, nec omnia nouisse blasphemant. Gnostici hi sunt & Agnoitæ, Carponius, Picardus, Lutherus, Zuinglius, Lambertus, Bucerus, Gualterus, Caluinus, Molineus, Galasius, Lossius, Aelianus, & alij recentissimi in stolidorum secta conspirantes, quos Spiritus oris DEI difflat per Sanctorum Ecclesiæ potentissima scripta. An credibile esse possit, inquit D. HILARIVS, vt aliquid ex omnibus nesciat qui omnibus ad id, quod sunt, atque erunt auctor est. Si enim omnia per CHRISTVM, & in CHRISTO, & ita per ipsum, vt omnia in ipso sint, id quod neque extra eum, neque non per eum est, quomodo non etiam in scientia eius sit, cum plerumq; scientia est etiam, quę neque in se, neque per se sint, per uirtutem naturæ, non nesciæ apprehendat? &c. Non patitur in nobis Doctor gentium Paulus hanc impij erroris professionem, vt ignorasse aliquid Vnigenitus DEVS existimetur, ait enim: Instituti dilectione, in omnes diuitias, adimpletiones intellectus, in agnitionem sacramenti DEI Patris, & CHRISTI, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, absconditi. DEVS CHRISTVS sacramentum est: & omnes sapientiæ, & scientiæ thesauri in eo latent. D. PROSPER: CHRISTVS cum omnia norit, aliqua se nescire dissimulat, ut est illud de Lazaro. Vbi posuisti illum? D. HVGO: Ex quo Humanitati Diuinitas coniuncta est, ex ipsa Diuinitate Humanitas accepit per gratiam totum quod Diuinitas habuit per naturam: ita ut secundum illam ineffabilem unionem, & DEI esset in Humanitate sua totum, quod humanitatis erat: & hominis esset in Diuinitate sua totum, quod Diuinitatis erat. Sic ergo humanitatem Verbi in anima rationali a prima Conceptione sua, ex ineffabili unionis diuinitatis plenam, & perfectam sapientiam, & potentiam, & uirtutem, & bonitatem accepisse credimus D. LAVRENTIVS: CHRISTVS verbo vnitus ignorare nihil potuit. Nam ab instanti suæ Conceptionis, DEI fruens faciali uisione, ut homo omnia cognouit, finita quidem cognitione actuali, infinita uero non nisi cognitione habituali, uel excessiua, sicque CHRISTI anima per comprehensionis gloriam capiebat quantumcumque natura finita unita infinito capere potuit. His assentiuntur Orthodoxi omnes. At licet impiorum magna sit multitudo, pauci tamen hæretici his aduersantur ex professo: Lutherus fatetur ab origine Conceptionis suæ CHRISTVM Gratia plenitudine refertum fuisse. Et alibi adijcit: Competit Diuinæ Sapientiæ ipsi scilicet CHRISTO, &c. eum uero sequitur Caluinus, dicendo: Quamuis singulari Spiritu Gratia usque ad miraculum CHRISTVS excelleret, tamen se quasi priuatus homo continuit, usque dum producendus esset a Patre. Hæc ille a purissimo Catholicæ Ecclesiæ fonte hausit, & delibauit, quemadmodum & illud: CHRISTVM, qui omnium præscius erat, minime latuit quid futurum esset. Item: Tametsi Spiritus donatus fuit ad summam usque perfectionem, tamen a Patre accipere dicitur, &c. In hoc a nobis differt CHRISTVS, quod Pater immensam Spiritus sui copiam in

Marginal notes (left): Iodocus Coccius. — Lutzeburg. Feuardentius. — D. Hilarius — D. Prosper — D. Hugo — D. Laurent. — Lutherus. — Caluinus.

Marginal notes (right): Lib. 2. & 8. ar. 3. — Cat. hær. Lib. 4. ca. 7. de F. D. Inc. — De Trin. lib. 9. — De pro. & præ. p. 2. c. 31 — De Sac. lib. 1. par. 1. c. 6 — De cast. cl. Ver. & an. c. 10. — In Euāg. de N. D. B. M. — Ad c. 3. D. Mat. & 14 uer. 13.

eum effudit. Rursum: erat hoc mirabile gratiæ, & virtutis Spiritum, quod CHRISTVS à nullo Magistro edoctus, eximia tamen Scripturæ intelligentia pollebat: imo qui nunquam fuerat discipulus, præstātissimus erat doctor, & Magister. Atque Iacobus Andreas, qui sic argumentatur: Nos CHRISTO homini Omniscientiam realiter communicatam asserimus: cuicunque enim datus est Spiritus sine mensura, huic Omniscientia data est: Sed CHRISTO homini datus est Spiritus non ad mensuram: Ergo data est illi etiam Omniscientia. Probatio minoris, Non enim ad mensuram dat DEVS Spiritum, Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus eius.

Iacobus Andreas. | *Collo. Monpelg.*

CRISTVS sapienti, & irreprehensibili eloquētia semper locutus fuit. Fernardensius. Presbyter.

LIII.

Impijssimi Hugnostici impie Dominum esse frequenter impropriè, impurè, ac sine ratione locutum cauillantur. Cōtra quos pijssime militat Ecclesia Christi, cuius strenuus miles Victor Antiochenus sic contra hæreticos pugnat: Stupebant super doctrina eius. Cur stupebant? quia non loquebatur ad gratiam; neque vlli prorsus adulterabatur; nec auditorum laudes captabat; Sed erat Sermo eius in potestate. Hortabatur enim non ad quæuis promiscue; Sed ad Cœlestia, & animæ salutaria, perfidisque, & obstinatis peccatoribus, imperterritè supplicia comminabatur. Inde fortiter pugnat D. BASILIVS: Hoc commodi hinc consecuta est quod à lectu (Martha) nō nihil releuata est; eiusmodi enim Sermonum CHRISTI vis est. Ecce docet, quod CHRISTI Sermo moestos recreat. Sed quorsum multa? Ex Propheticis enim ex Euangelicis scriptis Sermonis CHRISTI eximias excellentias, & summas prærogatiuas didicimus, vt paucis elici potest eiusmodi oraculis: Eloquia eius fuerunt eloquia casta, & velut argentum igne examinatum, & terra purgatum septies. Admirabantur turbæ super doctrina eius. Omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Et omnes testimonium illi dabant de ore ipsius, ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Nunquam sic locutus est homo. His quadrant Scripturæ Sacræ plurima loca, Sanctorumque Patrum Sententiæ, inde Lutheranorum secta eidem consentit Luthero auctore sic scribente: labia quidem molis fuerunt in facunda, impedita, irata: CHRISTI vero plena gratiæ & verborum eius suaue plenum consolatione & fiducia. Noster Rex habet sapientiam, quam nullus hominum habet nempe sapientiam dulcissimam & suauissimam, quia fouet contritos, consolatur afflictos, reuocat desperatos, erigit elapsos humiliatos, iustificat peccatores, viuificat morientes, & quicquid præterea est quod verbum salutis efficit, hoc facit copiose. Est igitur suauis & iucunda sapientia, digna tanto præconio. Hinc in Isaia dicit, DEVS dedit mihi linguam dotam, Dominus dedit mihi linguam disertam.

Lib. 4. de F. D. Incar. c. 11. & 12. Ad c. 1. D. Mar | *Archiepiscopus.* | *De Resuscita. Laz. ar. 2.* | *Luterus.* | *In Ps. 44.*

CRISTVS est Omnipotens.

LIV.

Sacramentarios omnes negare CHRISTI Omnipotentiam palam est cunctis qui in illorum scriptis, vel vna hora versantur: quos eorum aduersarij Lutherani repudiant, & ante illos Arnoldus de Villa noua perfecit: quippe qui nulla impotentia æque laborasse atque DEVS; erudijt: Idem etiam sensit Sacramentarius Caluinus, male sibi constans & solito more repugnās. Alter vero Sacramentarius Ioannes Ietzlerus Scaphusianus cunctis mortalibus fidem facit, quantum Lutherani suos Sacramentarios taxent, Clamant, inquit, nos negare CHRISTI Omnipotentiam. Sed Lutheranorum hæc doctrina de Omnipotentia CHRISTI ab eiusdem Vniuersali Ecclesia susceperunt. Cuius sententiam loco omnium protulit D. CYRILLVS Archiepiscopus Hierosolytanus Sapientissimus, hoc pacto dicendo: Ob-

Eymericus. | *Par. 2. Directo. q. 2.* | *Caluinus.* | *Vlti. admo. ad vuestphal.* | *Schaphusianus.* | *De diutur. bel. Eucha. pag. 77.* | *S. Cyrillus.* | *In catech.*

murescant, qui dicunt hunc Mundum Angelorum esse opificium, qui vnigeniti dignitatem abripere volunt. Siue enim visibilia, siue inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue quocunque nomine vocentur; Omnia per CHRISTVM facta sunt. Regnat filius super ea quæ ab illo facta sunt, non alienam rapinam sibi vsurpans, sed suis opificijs dominans, sicut Ioannes Euangelistas dixit; Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Omnia per ipsum facta sunt Patre per Filium operante. Omnia fecit CHRISTVS, &c. Ergo CHRISTVS est omnipotens. Vnde D. BASILIVS Seleucius vel nutu quidem solo CHRISTVM astruit esse Omnipotentem. *S. Basilius.* *Orat. de v. inc.*

Vna in CHRISTO Persona.

LV.

Coccius. Ignorantia equidem crassissima laborauerunt Samosatenus, Felix, Sommerus, Caluinus, & Beza quippe in CHRISTO duas hypostases, vnam esse Carnis cum Anima, alteram Humanitatis cum Diuinitate fingunt. Diffitetur hoc Nestorij commentum Ecclesia Apostolica, atque Catholica in sacrosancto Concilio illo Oecumenico Chalcedonensi, cui sexcenti, & triginta Patres Orthodoxi omni sęculo spectantissimi interfuerunt. Sequētes Sanctos Patres, vnum eundemque confiteri Filium, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, consona voce omnes docemus, eundemque perfectum in humanitate, DEVM vere, & hominem verè, eundem ex anima rationali, & corpore, coessentialem Patri secundum Deitatem, coessentialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato; ante secula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter salutem nostram ex MARIA Virgine Theotoco secundum humanitatem, vnum eundem Christum, Filium, Dominum vnigenitum, in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata essentia naturarum propter vnionem, magisque salua proprietate vtriusque naturæ, & in vnam personam, atque existentiam concurrente, non in duas personas partitum, atque diuisum, neque disiunctum, sed vnum & eundem Filium, vnigenitum DEVM Verbum IESVM CHRISTVM, sicut ante Prophetæ de eo, & ipse nos IESVS CHRISTVS erudiuit & Patrum nobis Symbolum tradidit. Hæc rectissime, & certissime omnes Catholici ab initio vt Iodocus in Thesauro demonstrat, semper crediderunt, semper docuerunt, ac semper confessi sunt in DEI Ecclesia, cui multi ex vetustis hęreticis fauerunt, atque itidem ex recentibus fauent plerique: hæresiarcha enim Lutherus ipse eidem opitulatur, quando ista scribit: CHRISTVS IESVS in vna & eadem persona verus DEVS & homo est. Huic succedit Oecolampadius Luthero doctior doctrina aliqua nequior, in hoc eidem assentiens, imo Catholicis iacula, quæ in ipsos hæreticos iaciuntur sic subministrat, dicendo: Sane vni quidem Filio, Pater omnem communicauit honorem, quem & caro eius, vt purpura eius suscepit, quamuis neque illa similitudo quadret: Regia enim purpura à rege solet deponi. Christi autem caro, simul ac esse cępit, nunquam fuit, neque erit à Diuinitate separata. Non enim templum est profanabile, neque θεοφόρος, vt Prophetarum animæ, sed cum anima Deitate in vnam personam vnita. Huic suffragatur alter dissidij sator ac iniquitatis operarius Caluinus, dum hæc scriptis suis prodidit: Non CHRISTVS ita carne fuit vestitus, vt quasi duplex esset, duasque haberet diuisas personas. Ac rursum in illud: Verbum Caro factum est, edisserit; In hoc articulo nos seruare oportet vnitatem Personæ non impedire, quominus naturæ distinctæ maneant. Atque iterum illud: DOMINVS meus, & DEVS meus commen-

Marginalia: *Lib. 2. ar. 2. T. L.* — *Lutziburg. Concilium.* — *Cat. hæret. Actione 5.* — *Lutherus.* *In conf. sua* — *Oecolampadius.* *Lib. 3. ar. 5. de V. D. ap. Roff.* — *Caluinus.* *Ad c. 1. D. Ioan.* *In c. 1.*

tatur:

tatur. Hic uidetur unitas personæ in CHRISTO IESV expressa, quando vnus,& idem IESVS CHRISTVS vocatur DEVS,& Dominus. Et iterato tradit: Hoc vos scandalizat, propterea quod duæ in CHRISTO naturę vnam tamen constituunt personam,non est noua illi loquendi forma, uni tribuere quod proprium est alteri. Hæc ille,quibus concordant Hugnostici,qui Nicęnum,& Athanasianum Symbolum per quod ceu per os Ecclesia CHRISTI Fidem suam profert, vt vnicam in CHRISTO personam profitetur,admittunt. Denique his consentiunt Lutherani, quippe vnicam tantum in CHRISTO Personam agnoscunt, & Beza propterea hæreticum Nestorianum appellat eum, qui duas in CHRISTO constituit personas. Atque eius commilitones aiunt; Credimus CHRISTVM carnem nostram induisse, vt esset DEVS,& homo in vna Persona.

Feuardentius. *De at. Dei. fil. li. 3. c. 8.* *Lutherani* *In Colloq. Montis belgart.* *Beza* *In Bren.* *Caluiniani* *Conf. fid. Calu. art. 14.*

LVI.

Duæ sunt in CHRISTO Naturæ distinctæ, & coniunctæ.

Nouissimam ceterarum existimo insaniam Polemij, Eutychetis, Acephalorum, Monophysitarum, Monothelitarum, Armeniorum, Lutheri, Brentij, Suenckfeldij, Iacobi Andreæ, Chemnitij, Schmidelini, & Sommeri, qui unam tantum in CHRISTO naturam CHRISTIque carnem in Diuinitatem esse conuersam prædicant. Quod Catholice Beza deforme monstrum iudicauit ex duobus furijs Nestorio, & Eutychete in humanam perniciem conflatum. Idem applaudent Sacramentarij reliqui, quorum princeps Caluinus clare inquit: Non obstat personæ unitas, quin distinctæ naturæ maneant. Quinimo inconstantiæ omnis prodigium Lutherus ipse idē tenet: dicit enim in hunc modum: Hæc in CHRISTI verbis præcipua cura, primarium est studium, ut quænam Diuinæ, quæ rursus Humanæ naturæ conueniant. Deinde Lutherani: Docent, quod Verbum, hoc est, Filius DEI, assumpserit Humanam naturam in vtero B. MARIAE Virginis, vt sint duæ naturæ Diuina,& Humana, in vnitate Personæ inseparabiliter coniunctæ, unus CHRISTVS verus DEVS, & verus homo. Idem ante istos Hussitæ, Vuicleuitæ, Græci,& alii hæretici, ac potissimum sacri Ecclesiæ Doctores docuere, Concilia decreuere, ac Pontifices Maximi professi sunt, ut exempli gratia D. EVSTACHIVS Papa, GAIVS Papa, & FELIX Papa, qui: Credimus, inquit, in unum Dominum nostrū IESVM CHRISTVM ex Virgine MARIA natum: credimus autem hunc esse æternum DEI Filium,& Verbum: non autem hominem a DEO assumptum, ita ut alius sit ab illo: neque enim hominem suscepit DEI Filius, ut alius ab ipso existat: Sed cum perfectus DEVS esset, factus es simul homo perfectus, ex Virgine natus. Atque in Toletano Concilio Sexto: Solum Filium fatemur ad redemptionem humani generis humanitatem sine peccato de Sancta semper Virgine MARIA assumpsisse, vt idem Filius DEI Patris, esset Filius DEVS perfectus, & homo perfectus: vt DEVS perfectus, & homo esset, vnus CHRISTVS, naturis in duabus. Huic concordant Concilia, Hispalense secundum, Matisconense, Toletanum Quartum, & ante eadem Toletanum Primum, in quo ita statutum fuit: Si quis dixerit vel crediderit Deitatis, & carnis unam in Christo naturam esse, anathema sit. Perpetuo itaque anathemate hæretici qui huic Dogmati aduersantur, percutiuntur. Quamobrem hoc vitantes hæretici Franciæ Caluinitæ, qui multas ob alias causas ab Ecclesia explosi, excommunicantur, sic cum Catholicis consentiunt, confitentes: Credimus in eadem Persona Christi duas esse naturas, inseparabiler coniunctas, & vnitas: manet tamen quælibet in sua distincta proprietate, sicut in hac coniunctione natura Diuina retinens proprietatem suam manet infinita, & replens omnia, & natura humana manet finita, suam habens formam, mensuram, & proprietatem.

Coccius. *Lib. 2. ar. 2.* *Canisius* *Pramon de cor. ver. Dei* *Caluinus.* *Ad c. 1. Io.* *Luterus nūquam sem sibi constans.* *In Post. Na. Chri.* *Lutherani* *Conf. ar. 3.* *D. Felix* *Ep ad Max. ep. Alex.* *Concilium.* *Cap. 1.* *Concilium.* *In asser. fid.* *Caluiniani.* *Conf. fid. Calu. ar. 15*

Digitized by Google

LVII.

In CHRISTO tres naturæ non sunt. *Eymericus* O nouum portentum Raymundi Lullij & gregalium, qui tres etiam in CHRISTO naturas confinxere Quod plurimum Catholici cuncti semper solidi, semper integri, semperque incorrupti abhorrent, id quod in Concilio Arelatensi Quarto apertissime traditur: *Concilium.* Dominus IESVS CHRISTVS vnus de Sancta Trinitate, anima, & carne perfectum sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat; æqualis Patri secundum Diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem; habens in una Persona duarum naturarũ proprietatem. Naturæ enim in illo duæ DEVS, & homo. Non enim duo filii, & dii duo; sed idem una Persona in utraque natura; perferens passionem, & mortem pro nostra salute, non in uirtute Diuinitatis; sed in infirmitate Humanitatis. Hæc illi Catholici idem ad unum omnes, quibus plurimi ex his, qui hactenus citati sunt hæretici contradicunt, duasque solummodo in CHRISTO distinctas naturas confitentur, quemadmodum ex hactenus dissertis palam est. *Direct. p. 2.* *In Cõf. fid.*

LVIII.

CHRISTus vere crucifixus, ac mortuus est. *S. Theodoret.* *Nicetas.* *D. Hylar.* *D. Leo Pa.* *Mahomet.* *D. Antoni.* *Io. Cochlæus* *Concilium.* Plane commentum est illud Basilidis, qui non CHRISTVM sed eius loco Simonem Cyreneum passum asseuerauit; cuius fictio arridet Marcioni, Cerdoni, Mahometo, Manichæis, Priscillianistis, Albanensibus, & Anabaptistis. Quod negligit Ecclesiasticus Catholicorum Chorus, & Christianorũ omnium concistorium in Symbolis Fidei omnibus, dicentium; Passus, crucifixus, & mortuus est. Itidem in Concilio Vuormatiæ; Filius DEI ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit, mortique addictus, & cruci ueram carnis mortem accepit. His auget summam fidem Sanctissima *Pont. Max.* Sedis Apostolicæ Sanctio; Sic enim D. DAMASVS Papa sanxit; Si quis dixerit excruciatum carne DEI Filium, & carne mortem gustasse, fuisseque primogenitum, & mortuũ, quatenus vita est viuificus DEVS, anathema sit. Hæc probant præclarus Orthodoxorum omnium Senatus. Item Græcorum, Hussitarum, Lutheranorum, Caluinianorum, Confessionistarum, & aliorum, quin Gentilium, & Iudæorum factiones. *De Basilid.* *De heres.* *Lib. 6. de T.* *Epi 94. c. 4.* *Azora. 2.* *P. 4. t. 11. c. 7* *In err. An.* *In Conf. fid.* *Prof. fid. ad Paul. Thes. Ep.*

LIX.

CHRISTVs numquam desperauit. *Canisius.* Optime mihi hic Scripturæ locus probatur; In multiplicatione impiorũ multiplicabuntur scelera, & ruinas eorum Iusti uidebunt; Schmidelinus enim, Brentius, Spem hominum, & Angelorũ CHRISTVM qui est, ut D. *Papa* SIXTVS III. ac Sãcti oẽs affirmãt spes nostra, nostra salus, nostra redẽptio, spei, salutis, redemptionisque causa, fons, atque origo, in cruce desperasse, vel desperabũdum orasse asserunt. Quod quidem hactenus a Catholicis, & pariter ab hæreticis inauditum est commentum, & omnibus seculis, vel excogitatu horrendum iureque Lutheranis acerrime impugnatum. Quin *Caluinus.* imo tantæ impietatis antesignanus Caluinus ipse ait: Quamquam sensu carnis exitium apprehenderet, fixa tamen stetit eius fides in corde, qua Deum *Feuardent.* præsentem intuitus est; &c. in hoc cruciatu illæsa fuit eius fides. Atque denuo: Non tamen cessauit ubique spem in Domino fixam habere in medio omnium istarum angustiarum. *De no. car. & sect. pręmonit.* *De diuit.* *Ad ca. 27. D. Mat.* *Cate. Calu. conf. Dom. 10. lib. 16 Theomac. Calu.*

LX.

CHRISTus omnis peccati expers. *Stens* Excedit omnem impietatem, quod cum Familianis Caluinitæ de CHRISTO blasphemant in CHRISTVM, quem peccatorem fuisse audent dicere: *In Elisab. p. 11. 95.*

Caluinus. *Ad 3. c. ad Gal.*

cere: istorũ enim impijssimus sectarius Caluinus; CHRISTVS, inquit blasphemus, in assumpta humana natura vere peccator fuit, & reus maledictionis Diuinæ. O linguam blasphemam, & impudentissimam, quam CHRISTVS ipse condemnat, dum Iudæis, qui hæreticorum specimen retulerunt, dixit: Quis ex uobis arguet me de peccato? Quam sancti omnes, & omnes Ecclesiæ CHRISTI Doctores carpunt. An non ait D.SOPHRONIVS Patriarcha Constantinopolitanus, cum ab omni peccato vacuus, sanctusque, & per omnia impollutus esset. (Peccatum enim non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius) nostri causa peccatoribus annumeratus est? D. APONIVS: Sine causa laborem impendit quærendo, qui æqualem hominibus absque peccato, & coæternum Patri, non fuerit, eumque natura confessus DEVM, qui redemit hominem, & per quem redemit perditos DEVS. Ac D.BERNARDVS; Electe puer DEI mei, quid tanta amaritudine, quid tanta confusione dignum commiseras? Prorsus nihil. Ego, Ego homo perditus totius perditionis tuæ causa extiti. Ego Domine uuam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt; quia quæ non rapuisti, tunc exoluebas. Hæc sanctus ille aduersus impiam filij Antichristi blasphemiam, quam condemnat ipsius Caluini signifer Zuinglius, cum testatur CHRISTVM fuisse omnium sanctissimum, adeoq; beatum, ut etiã Mater eius, & Vbera beata sint? Inde Oecolampadius secundus Sacramentariorum signifer ait: An non semel peccatum mundi totius expiauit Agnus sine macula? Et hæc quidem ceteris præteritis hæreticis, post Catholicos, confirmant Caluinici se credere CHRISTVM purum fuisse ab omni macula cõfitentes. Hoc idem potissime firmat ipse Caluinus, cum ad hunc modum scribat: Christus omnem habuit nobiscum sensum, non autem appetitus incompositos. Et alibi; In Christo absolutum iustitiæ exemplar enituit. Et iterum ait, CHRISTVM integrum purumq; ab omni labe fuisse. Quod etiam sępius confirmat, atq; ex uno eodem ore calidum, & frigidum efflat. Sed dignum profecto, ut adagium habet, patella operculum, labraq; similem habent Lactucam.

D.Sophron. *In Chr.Na. Orat.1.* — *D.Aponius.* *In Cãt.li.5* — *D. Bernar.* *Ser. de Paß.* — *Zuinglius* *In ca.2. D. Luca.* — *Oecolamp.* *Lib.3.ca.de V. D.* — *Caluinita* *Caluinus* *Conf. fid. Calu.ar.14* *Ad c.4. D. Mat.* *Ad c.6. D. Lu.* *Ad cap.26. D. Mat.* *Ad ca. 11. D. Io.*

LXI.

CHRISTus vota habuit irreprahensibilia.

Vota CHRISTI Saluatoris nostri optima, atque sanctissima Hugnostici Iano eorum Caluino doctore apertissime, & impudentissime negant. Contra porro asserit Apostolica tuba Heb.7. Talis decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Inde uero plane CHRISTVM modis omnibus irreprehensibilem asserit gloriosa CHRISTI Ecclesia Romana, & uniuersa hæreticorum recentiorum cohors. Quin imo Caluinus ipse Hugnosticorum turpissimus sectarius sese: quippe docuit Protei more se in alteram speciem commutans, hæc verba profert: Memoria tenendum est humanos affectus puros in CHRISTO fuisse, & a peccato immunes. Ratio est, quia compositi erant, & temperati ad DEI obsequium. Hoc idem alias comprobat & longe adauget. Rursumque alibi dicit: Certum est nihil fuisse in CHRISTO vitiosum, quod corrigi deberet.

Feuardent. *Lib. 5. de Chris.pat.c. 3.* — *Caluinus suo se gladio confodit* *In c.12.Io. n.27. In c. 11.Io.n.33* *Ad cap. 4. 1.Ep.Pet.*

LXII.

Orationes CHRISTI sanctissima, & prudentissima fuerunt.

Maledicta bestia, maledicẽtissima rabula, blasphemaq; Galliæ harpya hęresiarcha Caluinus omnium quotquot fuerunt, sunt, ac futuri sunt improbissimus, impijssimus, pessimus, ac blasphemus, qui adeo fuit CHRISTO infensus iudæus, ac prior omnibus Scribis ac Pharisæis, ut Deitate, sanctitate, eloquentia, & prudentia eum spoliare modis omnibus iubente Satana

Deo

DEO suo tentauit. Hic enim CHRISTI orationes in monte Oliuarum fuisse sanctissimas, & prudentissimas negat, & posteaquam fusius easdem traducere conatus est tandem pessime sineque fine blaspheme sic concludit: Certe in primo CHRISTI uoto non apparet illa moderatio quam dixi: quia Mediatoris officio defungi, quãtum in se est, renuit ac detrectat. Quē damnant veteres omnes Sancti Patres & noui quoque Catholici Doctores Orrhodoxi, inter quos D. DIONISIVS Carthusianus doctissime scribit: CHRISTVS turba dimissa ascendit montem causa orandi, ostendit quod aliorum præsentia frequenter impedit orationis instantiam ac feruorem, & quod locus sublimis, seu opportunus occasionaliter proficit ad excitandum mentis feruorem in orando, laudando, contemplandoque DEVM: & itē, quod Prælatus, Prędicator, ac Doctor Dominici gregis semper cum potest, redire debet ad locum quietum, in quo solum cum Domino occupetur, atque ab eo purgetur, illuminetur, ac perficiatur, ita vt rediens memoriam abundantiæ suauitatis Dei gustatæ suis eructet, gratiamque perceptam alijs administret. Hæc ille, cui concordat Hilarion Benedictinus trium linguarū eloquentia, ac sapientia rerum Diuinarum peritissimus: Egregie à Sanctis dictum externa CHRISTI facta ad nostram animorum eruditionem reduci commodissimum esse, & secundum eas nos componi oportere. Quid ergo est? numquam rite orationi & precationi operam dederis, nec in spiritualium rerum fructuosa speculatione, vt par est, totus esse quiueris, si non affectuum mundanorum turbas, ac tumultus per quam longe à mente relegaris. Hoc anima præ se tulit hoc externo facto Dominus: Ostendit, quod vnicuique actioni suum vt tempus prudenter impertiamus: Sed iterum Carthusianum audiamus alibi dicentem: Pater mi, qui es singulariter Pater meus, videlicet per veram generationem, & naturam, aliorum vero Pater es per creationem adoptionisque gratiam, si possibile est, transeat à me Calix iste, id est, passio tam acerba. Non orat absolute, nec secundum orationē deliberatam vt liberetur à morte, sed conditionaliter, & secundum naturalem appetitum, quo refugit mortem, tamen secundum voluntatem, & rationis iudicium paratissimus fuit ad passionem; ideo subdit. Veruntamen non sicut ego volo, hoc est appeto secundū sensitiuum, naturalem, & inferiorem appetitum, sed sicut tu vis, sic fiat. Ecce quam blanda, humilis, sobria affectuosa oratio, cuius formam imitari debemus, DEVM in oratione Patrem vocando, ei nos humiliter prosternendo, rationabilia postulando, nostramque voluntatem Diuinę in omnibus subijciendo Denique CHRISTVS dixit. si possibile, quoniam nouerat impossibile esse, vt non biberet calicem passionis, per respectum ad ineffabilem Prouidentiam Dei, quam nouerat decreuisse, vt moreretur pro mundi salute. Fuit tamen possibile quantum ad causas secundas, & proximas, & per comparationem ad libertatem voluntatis humanæ. Sed cur CHRISTVS orauerit aliquo modo, quod nouerat nullatenus impleri debere? Dicendum, quod illis de causis orauit, propter quas tristitiam, & timorem assumpsit. Quemadmodum enim CHRISTVS totam passionis suæ amaritudinem, & processum certissime præcognouit, sic sponte sibi in sua imaginatione passionem tã horrendam proponit, qua considerata tenerrima, ac nobilissima eius natura inferior vltra omnem æstimationem expauit. Vnde in tertia oratione factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram secundū Lucam. Sed iterum audiamus Hilarionē: Consideremus quid in oratione dicit Dominus: Pater mi si possibile: Quæ profecto verba tantum abest, vt quemquam offendere debeant, vt magis confirment nos in fide, quod non imaginarius esset, sed uerus homo: doceantque & commendent erga nos eius benignissimam, & gratuisimam caritatem. Nota uerae naturæ nostræ erat abhorrere mortem: & cum etiam præstantissima temperatura esset (quoad Corpus attinet) ad hoc, & quia Deus erat; cum atrociora supplicia, quæ im-

Caluinus. — *In cap. 26.*

Carthusianus. — *Enar. in cap. 14. D. Mat.*

Hilarion. — *In cap. 14. D. Matt.*

Carthusianus. — *In cap. 26. D. Matt. Onar. ar. 43*

Hilarion. — *In cap. 26. D. Matt.*

Digitized by Google

pij in ipsum congesturi erant in conspectu haberet euidentissime; maximū in modum non affligi, ac torqueri non poterat: in tantum vt doloris mole (vt alio Euangelista referente scimus) sanguinem (quod inauditum erat) sudarit. Expressit itaque sic naturę natiuum, inculpatumque affectum: idque vero potissimum eo nomine, nequando similes angustias perpetiēdo, molestijs varijs exagitati animo concidamus. Firma alioqui mens nostra sit, & in DEI volūtate inhærescens altas radices egerit: non erit sane ad detrimētum amara luctatio; sed ad coronam conducet. Quæ ad se pertinet loquatur vox carnis, & sensuum: animus tamē diuina gratia fultus proferat illud: veruntamen non sicut ego: Ad manum semper sit hæc sententia; potissimum dum precationi insistimus. Deprecari namque sibi aduersa nostra natura non nequit: Sed tamen ratione non recusanda illa; sed amplectanda sūt, si DEO libeat. Hactenus Catholici & Orthodoxi, a quorum sentētia vniuersali minime discrepant Lutherani, & alij hęretici atque schismatici quinimo cum ipse sibi reluctetur Caluinus, ceteros silentio prętèritos se ipsum mutantem faciem Proteum denuo audiamus iugulantem se suis quidem

Caluinus. iaculis: Scimus quam facile minime quibusque auocamentis cōcidat prædicandi ardor, vel remissius languescat: tametsi hoc vitio nō laborauit CHRISTVS. Et rursum: CHRISTVS tristitia & metu sic turbatus fuit vt tamen aduersus DEVM non insurgeret, sed maneret compositus ad veræ temperantiæ regulam. Nec enim mirum est cum integer esset, purusque ab omni labe puros & liquidos ab eo fluxisse affectu, quamuis humanę infirmitatis testes forent. Ad ca. 14. Mat. v. 23. Ad ca. 26. Mat. v. 23.

LXIII.

CRISTVS vltro se morti dedit.

Caluinus. Caluinus exufflante Satana in ista scōmata prorupit: CHRISTVS Mediatoris officio defungi quantum in se est, renuit atque detractat. Hæc ille, cuius blasphema verba exhorrent non Catholici solum sed etiam ipsi hæretici qui eum sectantur alijque reliqui ex aduerso cum eo pugnantes sicut Catholici faciunt. Namque S. ANASTASIVS Patriarcha Antiochenus cōfutat hæreticos, qui CHRISTVM nolentem, & inuitum incarnatum fuisse asserebant, propterea quod iussum paternum non posset recusare, vt qui Patrē amaret. Atque S. CYRILLVS Patriarcha Hierosolymitanus: Nō propter auaritiam perductus est ad mortem, nihil enim possidendi erat Magister. Non propter concupiscientiam condemnatus: Ipse enim apertè dicit; Quicunque aspexerit mulierem ad concupiscendum iam mechatus est. Non propter temeritatem percussus, & verberatus, præbebat enim alteram maxillam percutienti. Non propter legis contemptum; leges enim impletæ erant. Non quod Prophetam affecit contumelia, ipse enim erat à Prophetis prædicatus. Hoc interuertens pretium, ipse enim sine pretio, & gratis curabat. Non verbis peccans, non factis non conuersationibus. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui conuitijs affectus nō retulit conuicium patiens non minabatur, qui non inuitus, sed sponte sua venit ad passionem: Et etiamsi quis dissuadens, illi dicat etiam nunc misereare tui ipsius Domine dicet rursus: Vade post me Satanas. Ac si vis amplius tibi persuaderi, quod sponte ad passionem venit, alij quidem aut inuiti, aut nescientes moriuntur. Hic autem prædixerat suam passionem: Ecce tradetur Filius hominis ad crucifigendum: scisne quam ob rem mortem non fugit benignus Dominus? vt ne totus peccatis perderetur mundus. Hęc ille. Idem omnes Orthodoxi, & multi hæretici. Ceterum cum ipse Caluinus plurimum toties se suo confodiat gladio, fas est vt ipsum ceteris surdo aure præteritis, plusculum audiamus: CHRISTVS non moritur coactus, sed sponte se pro salute gregis offert. Non ignorat quid futurum sit, sed voluntarius ad immolationem occurrit. Ideo mors CHRISTI piaculū

Margin notes: Feuardentius. S. Anastasius. S. Cyrillus. Caluinus. — In cap. 26. Mat. v. 39. In Thesma casu. Li. 1. in Hera. Cat. 11. Ad ca. 10. Io. v. 18. Ad ca. 12. Io. uers. 18.

fuit

fuit pro peccatis nostris,quia voluntarium fuit sacrificium iuxta illud Pauli: Obedientia vnius,iusti facti sunt multi. Ipse suo arbitrio mortuus est.

CRISTVS Saluator mundi.

LXIV.

Coccius. Rursus insaniunt impij,qui errandi meta nulla perstringuntur, in quorũ numero adnumerantur Pseudoapostoli, Alexander Hymenæus,Menãder, Bassus,Helchesaitæ, Mahometus, Hermanus Risuuic, Abailardus, Petrus Arragonus,Lutherus, Libertini, Osiander, stancKarus, Molinæus, Caluinus,Boquinus,Pincerius, Clebitius, Hieronymus Zanchus, Simon Simonius,Maledictus Aretius,Blandrata,Franciscus Dauidis,Aelianus, Familiani,& pseudo Christianus Francus,qui negant CHRISTVM fuisse humani generis SALVATOREM, Incarnatione, Obedientia, Passione, Morte, Resurrectioneque Humanum genus saluasse. Quib.hæreticis oẽs Catholici reclamant,atq; etiam hæretici. Sed inter Catholicos ab ipso Ecclesiæ initio florentes Diuus IGNATIVS Deifer ait: Nemo erret nisi crediderit CRISTVM IESVM in carne conuersatum,& crucem illius confessus fuerit,& passionem,& sanguinem,quem effudit pro mundi salute, non assequitur vitam æternam, siue Rex fuerit, siue Sacerdos, siue Princeps, siue priuatus homo. D. POLYCARPVS: Christus sustulit peccata nostra in corpore suo super lignum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus, sed propter nos omnia sustinuit, vt viuamus in ipso. D. MARTIALIS: Maximè viuimus per passionem agni incontaminati, qui a Iudæis in cruce pro salute mundi passus est. Ipsius sanguis vulnera lauit animarum nostrarum, quibus à morte fatigati, & per lignum vetitum vsque ad passionem Domini, & mortificati, & consopiti, ineffabili dolore prosternebamur. Nunc autem ex quo resurrexit à mortuis,iam viui, iam immortales,iam in sanctitate plena exultabimus. D. CYPRIANVS: CHRISTVS hominis Filius esse voluit, vt nos Filios DEI faceret;humiliauit se,vt populus, qui prius iacebat,erigeret: vulneratus est,vt vulnera nostra sanaret; seruiuit, vt ad libertatem seruientes extraheret: mori sustinuit, vt immortalitatem omnibus exhiberet. Ex his duobus Patribus Orthodoxis Græcæ Ecclesiæ,totidemque Latinæ, liquet,quid ceteri sentiant. Atque inter hæreticos, vt omittam vetustos,ex recentibus Caluinus dicit: In CHRISTI morte totum salutis nostræ complementum, & singulas partes docemur contineri. Iterum CHRISTVS non destitit esse Saluator mundi: Et rursum: CHRISTVS passus est pro peccatis totius mundi. Atque Oecolampadius,CHRISTVM verum certumque mundi Saluatorem nosque inæstimabili sanguine eius pretio saluatos agnoscit; quando dicit: Loquebatur olim nondum in carne exaltatus in Cœlis CHRISTVS in terris,per Angelos,per Prophetas,per Sacramenta,& per Scripturas,loquitur & nunc ad dexteram Patris sedens, & in cœlesti spiritualique populo regnans, per Scripturas, & Sacramenta, sed longe maior nostra culpa, præsertim in hoc beneficio; quo sanguinis inæstimabili pretio nos redemptos agnoscimus. Et Bartolomæus Causæus dicit: CHRISTVS adimpleuit legem: Mortuus est indifferenter pro omnibus. Sicque amplissimum omnium hominum facit Saluatorem. Idem alij, qui nequiter dicunt CHRISTVM ita pro omnibus satisfecisse, vt minus sit opus quidquam facere Rabbenus prærerea Hoccados,Hardasan,Ioses,Haschirim,& Ruth Iudæi de Saluatore mundi probe scriptis suis commendarunt.

[Left margin: *Lutheburg.* — *D. Ignatius* — *S. Polycarpus.* — *D Martialis.* — *D. Cyprianus.* — *Caluinus.* — *Oecolampadius.* — *Causæus.* — *Iudæi.*]

[Right margin: *Thes. Cat. l. 2. ar. 7.* — *Catal. hær.* — *Ep. ad Smy.* — *Ep. ad Phil.* — *Ep. ad Bur. c. 9.* — *Ser. de oper. & alie.* — *Ad ca. 19. Ioan.* — *Ad ca. 23. Luc.* — *L. de V. P.* — *In Cly. fid.* — *L. 2. ar. 7. Ex Coccio.*]

CRISTVS nõ proelectis tãtũ passus, & mortuus est, sed pro omnibus.

LXV.

Lutzéburg. Hæresum nullus erit finis: sed dicenda est Veritas etiamsi rumpatur Orbis;nouissimi Nouatores hæresum, post Petrum Arragonum, qui totum *Cat. hæret.*

mun-

Coccius. mundum esse saluatum olim negauit, Boquinus, Pincerius, Clebitius, Zanchus, Simonius, Aretius, CHRISTVM omnium hominum genus redimisse, pro omnibus omnium hominum peccatis crucifixum, ac mortuum esse negant: sed tantum pro Fidelibus & solis Electis satisfecisse asserunt. lib. 2. ar. 7.
Non autem ita hucusque tradidit Ecclesia Catholica, quæ per D. EVSEBIVM inquit: Oportebat Agnum Dei, qui a Maximo Pontifice assumptus fuerat, pro reliquis cognatis, & pro humano grege Deo victimā offerri. Per D. BASILIVM: Quid vsque tanti momenti est quod potuit homo dare pro redemptione animæ suæ? Inuentum tamen est vnum pro omnibus simul hominibus dignum pretium Sanguinis D.N.I.C. pro nobis omnibus effusi. Quamobrē pretio sumus empti Per D. GREGORIVM: In CHRISTO exiguæ cruoris guttæ orbem vniuersum instaurarunt atq; idem, quod lacti coagulum, hominibus præstiterunt, in vnum nos coniungentes, & cōstringentes. Per D. HILARIVM: Dominus solus passurus, omnia omnium peccata soluebat. P. D. AMBROSIVM: Veniens Dominus IESVS peccatum omnibus, quod nemo poterat curare, donauit, & chirographum nostrum in sanginis effusione deleuit. Hoc est quod ait: superabundauit peccatum per legem, superabūdauit autem gratia per IESVM. Qui postquam totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatum abstulit. Per D. AVGVSTINVM: Venit Redemptor, & dedit pretium, fudit sanguinem suum, & emit orbem terrarum. Quæritis quid emerit? Videte quid dederit, & inuenite quid emerit. Sanguis CHRISTI pretium est. Tanti quid valet? Quid nisi totus orbis? Quid nisi omnes gentes? Hæc quidem Catholica docet omnis Ecclesia, quam non immerito columnam & firmamētum Veritatis Diuus appellat PAVLVS. Verum nec quidam ex hæreticis ea reprobant; Oecolampadius enim sic profert suam paucis sentētiam: An non semel peccatum mundi totius expiauit agnus sine macula? An non aduocatus & propitiatio est, pro peccatis nostris mundique totius. Deinceps Caluinus etiam alioquin hæreticissimus de hoc Catholice, isto loco scribit: Hæc communis scholarum sententia vera est: CHRISTVS pro toto mundo sufficienter passus est, efficaciter autem pro solis Electis.

(Margin: D. Eusebius — L. 10. in pra.; D. Basilius — In Ps. 38.; D. Greg. — Orat. 42.; D. Hilar. — Ad c. 14. D. Matth.; D. Ambr. — L. 9. Ep. 71.; D. Aug. — Enar. in Ps. 292.; Caluinus — Ad ca. 2. I. D. Io. & c. 3 ad Rom.; CRISTVS vt homo sibi & aliis meruit.)

LXV.

Bernardini Ochini vesania notanda venit, CHRISTVM vt hominem sibi aliisque meruisse falsum esse propter apostatum sectarium Satanā mentientis: quemadmodum Caluinus mentitur, et Lutherus, qui ipsum Saluatore eguisse nugatur. Quoniam omnis CHRISTI Ecclesia id refellit, lingua eius Diuo AVGVSTINO loquente: Vt CHRISTVS resurrectione clarificaretur prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium. Idem D. AMBROSIVS, post D. PAVLVM Apostolum tradentem sibi CHRISTVM meruisse impassibilitatis, ac immortalitatis gloriam, quia humiliatus est per passionis obedientiam. Idem Signifer Scholasticorum Orthodoxorum Petrus Lombardus, & omnis sublimium Theologorum Schola ac ipsa Lutheranorum factio idem perpetrat, vnde Hethusius hoc dogma Caluinianorum execrans, ait, aduersus eorum verba quibus illud probare conantur: Hæc an sint simul & in CHRISTI meritum, ac longe præciosissimum Sanguinem contumeliosa, & nobis perniciosa, dum nos non ex merito solius CHRISTI pendere docent, sed ab alia quadam priore gratia, ex cuius gratuito fauore ipsum etiam CHRISTI meritum suam dignitatem, & robur accipiat, facile est cuiuis Christiano statuere. Quod mihi Lutherus visus est satis probasse, vbi hæc in medium protulit: Totus CHRISTVS DEVS, & homo nos redemit, crucifixus,

(Margin: Canisius — De v. D. et sac. pramo.; Feuardentius — Lib 4. c. 17. de F. D. Inc.; D. August. — Ad 2. Phil.; Magister — L. 3. d. 18.; Tilmannus — Adß. lib. de pra. eo. Chr.; Lutherus — Ad c. 3. Exodi.)

Feuardentius. *Caluinus.*

mortuus est,& resurrexit in carne.Ergo vt homo vel si mauis iuxta Humanam naturam Diuinæ coniunctam Naturæ sibi omnibusque alijs meruit. De quo quidem explicatius Caluinus contra Caluinitas,consentiens Luthero & Lutheranis sibi vero repugnans ad hunc modum disserit: Hæc prece ius seruandi omnes Animas sibi CHRISTVS peperit. Hocque idem iterum constabilitum in suis scriptis reliquit.Idem alij confirmant. Sed rursus Caluinus paulo fusius audiatur: Ostendit Paulus, quam merito CHRISTVS hanc sibi in nos potestatem vindicet, cum eam tanto pretio ipse acquisierit. Nam mortem pro salute nostra obeundo, dominium sibi acquisiuit, quod nec morte solueretur: resurgendo autem totam vitam nostram in peculium accepit. Morte igitur & Resurrectione sua promeritus est, vt tam in morte, quam in vita gloriæ nominis sui seruiamus.

lib 1. de S. Trin. *Ad ca. 27. D Mat.* *Ad 9 Epist. ad Hebr. & ad c. 14. ad Roma.*

CRISTVS carnem habuit uiuificatricem.

LXVI.

Feuardentius.

Pseudoeuangelista Caluinus Euangelio, & Ecclesiæ Catholicę per quam nobis Euangelium proditum fuit,aduersatur cauillando CHRISTI carnem non esse efficientem viuificatricem, sed per illam, seu per canalem, ac meatum nobis defluere. Idque cum verbo Dei,tum Doctrinæ Ecclesiæ repugnat, quemadmodum ex vno Sanctorum Ecclesiæ CHRISTI Patrum audito, DEI verbo roborato reliquorum sententia perspicua fiet. Diuus CASSIODORVS eximius Orthodoxus: Vita nostra, quæ re vera DEVS est, qui carnem sumptam ex Virgine MARIA sibi vniuit, eamque propriam fecit, viuificatricem eam esse professus est, sicut ait in Euangelio. Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in nobis æternam. Quæ licet ex humana natura sumpta sit, non tamen eum, vt vnius hominis ex nobis existimare debemus, peccati alicuius contagione pollutam: sed adorabilem; salutiferam, viuificatricem, quæ peccata dimittit propter Verbum, cui adunata est. Hæc ille illustrissimus Romæ Senator, vbi Fides Christiana nidum habet aduersus perfidiorum impiorum hæreticorum dogma. Quod quidem etiam si Oecolāpadius,et alii hæretici plurimi refutant se more assueto refutantem audire magis licebit. Mirificum, inquit Caluinū sane DEI consilium,quod in ea carne, vbi sola prius mortis materia erat, vitam nobis proposuerit; Atque rursum: CHRISTVS æternum exitium denunciat omnibus, qui vitam à carne sua petere recusauerit. Acsi diceret; si caro mea vobis contemptui est, scitote non aliam vobis spem vitæ restare:contemnite me, vt libet, propter humilem,& abiectum carnis meæ conspectum: tamen inclusa est in contemptibili hac carne vita: qua si vos priuatis, non alibi reperietis,quod vos viuificet.

D.Cassiodo. *Caluinus Caluinum confutat.*

lib. 4. de P. D. Incar. c. 3. *Ad Psa. 33.* *In cap. 6. Io. v. 51.* *In eo. v. 53.*

In Passione, & Morte CHRISTI sperandum est.

LXVII.

S. Philastr. *Lutherus.* *Papa.*

Sperandum esse in CHRISTI angustiis,doloribus, precibus, cruce, ac morte Basilides,Manichæi, Ariani, & alii, qui illum hominem, vel fecerunt purum,vel non passum finxerunt,non credebant, pariter negant, post Lutherus,qui ob amorem Satanæ Christum vilipendit, Caluinus eodem spiritu seductus. Sed eisdem aduersantur Fidei Catholicæ Doctores, Summque Pontificis Diui SIXTVS Tertius, LEO Primus, & alii quorum prior inquit: Cuius vulnere tua curata sunt uulnera? quis te ad uitam reduxit à morte? quis de inferis te reuocauit ad Cœlos?

De Op. Lar. *Ad c. 16. & 27.* *De diuit.*

Non

Digitized by Google

Papa. Non Patriarcha, non Propheta, nō aliter quicunque Sāctorum: sed IESVS CHRISTVS Dominus, ipse enim spes nostra, ipse salus, ipse redemptio. Posterior vero: Quam sibi in huius sacramenti presidio spem relinquūt, qui in Saluatoris nostri corpore negant humanę substantiæ veritatem. Dicant, quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sint redempti? Qui est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam DEO in odorem suauitatis? Aut, quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit, His autem omnes subscribunt Catholici, & hæretici, adeo, vt Caluinus secum ipse pugnās, dixerit: Omnes Euangelistæ, diligenter mortem CHRISTI exprimunt. Nec immeritò. Nam hinc nobis vitæ fiducia, hinc etiam secura aduersus mortem gloriatio, quod eam vice nostra obijt DEI Filius, & cum ea luctando superior euasit. Hactenus ille, qui idem alibi fusius constabilit. Denique illud omittere nolo, quod in spem nostram dicit: In cruce admirabilis facta est rerum conuersio, ostensa omnium hominum damnatio, abolitum peccatum, reddita hominibus salus; toto denique mundo reparato, omnia in ordinem restituta.

Ser. 11. de passio. c. 3.

Caluinus. D. Mat. & 14. D. Io. & in conf. Ad c. 6. & 12. & 19. & 13. D. Io.

CRISTVS virtutis ac iustitia omnibus propositum exemplar.

LXVIII.

Libertinus & Epicureus præ alijs suæ sectæ Caluinus in despectionem purissimæ sponsæ CHRISTI, & in odium omnium fidelium eius, CHRISTVM absolutissimum Christianæ vitæ vnicuique exemplar optima sobrietatis, & temperantiæ exempla nobis reliquisse inficiatur, atque hunc ad modum nugas blaterat blasphemiæ: Neque a cibo, & potu abstinuit CHRISTVS, vt temperantiæ documentum ederet. Hæc ille, quibus consensum præstantes Caluinitæ, dicunt, quod constanter negant Dominum Quadragesimale ieiunium seruasse, ut exemplum abstinentię relinqueret. Contra uero ut in Euangelio est sancti Patres tradiderunt, Doctores sapientissimi, ut pote Diuus Augustinus, qui inquit: Altera causa est, ut nos quos sanguine suo redemit a uitiis, atque criminibus, non solum doctrinæ auxilio, & gratiæ; sed etiam exemplo ad studium Sanctitatis accenderet. Hæc Orthodoxus Pater, quem Orthodoxi sectantur Patres, Diui Ambrosius, Hieronymus, Eusebius, Basilius, Ioannes, Chrysostomus, Cyprianus, Ignatius, Clemens, & Apostoli ab ipso CHRISTO eruditi. Quos merito Ariani, Græci, Hussitæ, & nouissimi Anglicani sectantur. Qui imo Caluinus contra seipsum arma ministrat Ecclesię, quibus ipse cōfodiatur, dum scribit: In CHRISTO non solum viguit naturæ integritas, sed absolutum iustitiæ exemplar. Et iterum: CHRISTVS mansit ad ueram temperantiæ regulam.

Caluinus. In c. 4. Mat. vers. 1.
Genemmi. Har. in c. 4. & 6. Mat.
Feuardentius. L. 4. de F. D.
D. August. Ser. 8. de tt. Inc. c. 14. et in libr. 1. de S. Trin.
Anglicani. In c. 6. Luc. v. 8.
Caluinus. In cap. 26. Mat.

CRISTVS mortem non timuit.

LXIX.

Metuisse CHRISTVM mori iam olim asseruerūt hæretici, quos sequitur Caluinus, qui eum dicit fuisse metu perculsum, & anxietate constrictū, ut necesse foret inter inolentos tentationum fluctus alternis uotis quasi uacillare: ijs & eiusmodi commentis hæreticis hæreticus sacrilegus, impius nebulo, scelestissimus blasphemus subscribit Melāthon his blasphemis, & horribilibus scriptis vtens: Tertia causa pauoris CHRISTI fuit, eademque summa, sensus quidam desertionis, & iræ Diuinæ, quo fluctuabat CHRISTVS inter infernum, & vitam. In hoc pauore facta est despoliatio donorū in CHRISTO, vt iam non concludat argumentum de caritate, vbi quod vbi sit perfecta caritas, ibi non sit timor. In CHRISTO fuit perfecta caritas, nihilominus pauor: nam in hac afflictione, & angustia, despoliatio quędam caritatis facta est, quod scilicet subtrahente se Diuinitate, non flagrauit

D. Hilar. L. 10 de Tr.
Caluinus. Ad cap. 26. Mat.
Melāthon. Ad ca. 26. Mat. cit. ab Hoffmeisto. 3. arti. Con. Aug. confes.

caritas. Hæc ille impijssimus blasphemus hæreticus, cui ex diametro rectissime & pijssime omnes repugnant Catholici, qui semper recte, digne, sæperq; pie de CHRISTO iudicarunt, quorū vnum audiamus, qui fuit Alexandriæ lumen, & Patriarcha D. THEOPHILVS, qui ad hūc modū dixerit: Dominus pro nobis patiens non fugit mortem, ne nos, timore mortis, eius pro pietate bellantes, victoriamque perderemus. Hanc si timuisset crucem contraria ijs, quæ docuerat gentes; quis Discipulorum eius, libens, pro religione pugnasset? Hæc ille, idem reliqui Orthodoxi: quibus arridet ipsa Caluini assertio, quæ talis est: CHRISTVS tristitia, & metu sic turbatus fuit, vt tamen aduersus DEVM non surgeret, sed maneret compositus ad ueram tēperantiæ regulam. Nec enim mirum est, cum integer esset, purusque ab omni labe, puros & liquidos ab eo fluxisse affectus, quamuis humanæ infirmitatis testes forent. Et aliubi enucleatius disputat: Si quis roget, quomodo eousque mœroris redactus fuerit, vt sanguine sudaret: respondeo vtrumque fuisse necessarium, vt mortem horreret, ac nihilominus intrepide perageret omnes Mediatoris partes.

Dam. *D. Theophilus.* *Caluinus.* | *Ibidem.* *Ep. pasq. 3.* *In Mat. cit. loc. li. 8. de Sig. Ec.* *In c. 19. Io. vers. 3.*

CRISTVS descēdit ad inferos.

LXX.

Sāctus PHILASTRIVS ob aliud inter innominatos hæreticos recenset, qui quippe recte dicunt DOMINVM in Infernum descendisse. Idem assertum esse Chrisolytis recēset Diuus IOANNES Damascenus. Hisq; opem ferūt Lutherus, & Lutherani, & post, Bullingerus, & Oecolampadius, & antea Græci, imo Catholici, quod non tam impudenter quam impie Caluinismus vniuersus improbat. Etenim Diui Apostoli in Symbolo sic inquiunt: Passus sub pontio Pilato crucifixus, mortuus, & sepultus est; descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Hos secuti sunt eorum Discipuli, ac Patres primitiuæ Ecclesię, vt puta D. IGNATIVS, D. THEOPHILVS, D. IRENAEVS, D. CYPRIANVS, D. ZENO, D. HILARIVS, & reliqui. Atque in Concilio Ariminensi anno 350. celebrato referente id Diuo ATHANASIO Magno ita fidem confessus est Catholicam: Credimus Filium DEI secundum Patris voluntatem crucifixum, & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi quod sui officij erat peregisse: quem ianitores inferorum conspicati exhorruerunt, eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & versatum cum Discipulis fuisse. Verum Catholicis prætermissis, atque etiam hæreticis omissis, qui id fatentur, ac docent in Germania, Illyrico, Vuigando, Megio, Lossio, Sarcero Confessionistis, & ceteris placet Conradus mihi audire: Catholica (ait) & Orthodoxa CHRISTI Ecclesia ab initio usque ad hæc tempora Descensum CHRISTI semper credidit, & inter articulos Fidei semper numerauit, eumque Scripturæ testimonijs semper probauit. Ideo non est ferendum, vt Articulus ille, tamquam additus, cum alij confundantur, vel prorsus ab ostinatis Zuinglianis, Inferno dignis, tollatur.

Brixiensis. *Damascen.* *Lutherus.* *Bullingerus* *Apostoli.* *D. Athan.* *Feuardentius.* *Lutherani.* *schlusselburgius.* | *De hær. nu. 74.* *De hęres.* *In Psal. 16.* *In c. 2. Act.* *In Symb.* *Ap. D. Ath. de Syn. Ari.* *L. 6. c. 1. de mor. Christ. fruct. conf. Aug. art. 3. Theol. Cal. lib. 1. c. 27.*

CRISTVS vera sua pręsentia ad inferos descendit.

LXXI.

Multis contendit, & euidentissime, & clarissime cum fide furit pessimus hæresiarcha Caluinus CHRISTVM sua virtute ac efficacia, nō autem sua præsentia vera ad inferos descendisse. Secus vero credit ac docet Romana CHRISTI Sodalitas. Vnde D. SYMMACHVS Papa aduersus Anastasium Imperatorem sic scribit: CHRISTVS DEVS veraciter totus, & totus homo est, sic conceptus, sic editus, sic conuersatus in seculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus. Hucusque ille, cui proximè succedit. D. HORMISDA Papa: Sepultus est CHRISTVS, ad Iustinum Imperatorē

Caluinus. *Lutherus.* *D. Symmachus.* *D. Hormisda.* | *In cap. 27. Mat. v. 52. & ad c. 4. 1. Ep. Pet. Tom. 3. opera in Ps. 15* *Apol. ad Anast. Imp.* *Ep. ad Iust. Imp. c. 3.*

tra-

Digitized by Google

tradit, iuxta id quod homo voluit nasci: & iuxta id quod Patri esset similis, resurrexit: patiens, & Saluator ægrorum: vnus defunctorum, & viuificator obeuntium: & ad inferna descendens, & a Patris gremio nō recedens. Hæc ille astruxit, quod demum in Concilio Lateranensi Oecumenico sic corroboratum est. Vnigenitus Filius in ligno Crucis passus, & mortuus descendit in anima, resurrexit in carne, accepit spiritum in vtroque. Hæc in eo iuxta Sāctorum omnium, Patrum omnium, Orthodoxorum omnium, Theologorum omnium, & Ecclesiæ omnis verissimam doctrinam cuius subscribit doctrinæ Lutheranorum secta, quorum caput sic habet: Magna pars ausa est spiritui contradicere, animam CHRISTI non fuisse in inferno, nisi per effectum. Optimi scilicet glossatores verbi DEI, Non derelinques animam meam id est, effectum animæ meæ in inferno. Descendit ad inferos, idest, effectum fecit apud inferos. Verum, contemptis his friuolis, & impijs nugis, verba Prophetæ: simpliciter dicta, simpliciter intelligamus: & si intelligere non possumus, fideliter credamus. Maior est huius scripturæ authoritas, quam totius humani generis ingenij capacitas, ait Augustinus: Vere enim anima CHRISTI secundum substantiam descendit ad inferos.

Concilium. *Cap. 3.* *Lutherus.* *In Ps. 15.*

CRISTVS Sanctorum Animas ab inferis liberauit.

LXXII.

S. Philastrius. Lutzēburg. D. Cyrillus. D. Ioannes. D. Hieron. Concilium. *De Her. ha. 74. Additio. de har. innom. Cate. 4. ser. de Pas. In Psal. 15. Cap. 1.*

In eo quidem peccāt nominati superius innominati hęretici cum Luthero: quandoquidem CHRISTVM descendendo in Infernum omnium pœnas exoluisse, ac omnes ibidem liberasse credunt. Error est a Fide Catholicorum alienus, & exul, vt paucis demonstrabo. D. CYRILLVS: Descendit CHRISTVS ad inferos, cum multis autem inde ascendit. D. IOANNES Chrysostomus: Sol Iustitiæ CHRISTVS ascendit Euangelizatis, Sanctorum, animas ab inferis eleuans secum corpora Sanctorum, tāquam choros syderum spiritualium. D. HIERONYMVS: Non relinques animam meam in inferno: quia propterea illuc descendit, vt electos suos exinde eijceret, & Diabolum ligaret. Deinde, omissis innumeris propemodum Orthodoxorum Patrum sententijs, Concilij Toletani Quarti confessionem in medium profero: Descendit ad inferos, vt Sanctos, qui ibi tenebantur, erueret, & deuicto mortis imperio resurrexit. Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides, hanc confessionem seruamus, atque tenemus. Hæc quidem Ecclesia contra hæreticorum innominatorum, & Lutheri persuasionem plane hæreticam, cui alij innominati hæretici, qui omnes homines liberatos à CHRISTO non credunt, repugnant: atque ex ambarū sectarum colluuione Catholica probatur veritas, aliquos scilicet Fideles tantum ab eo liberatos fuisse, magis tamen hoc a priore secta eliçi posse arbitror. Lutherus prçterea ait: Placent mihi picturæ, & cantica de Descensu CHRISTI ad inferos, & Patrum redemprione. Inde Patriarchas & Fideles seruatos esse per CHRISTI Descensum ad inferos asserit Bullingerus, Oecolampadius, Pellicanus, Caluinus, & Carolus Molinæus, qui veterum & recentium Theologorum sententiam, vt sacris sententijs nixam, & probatam de antiquorum Patrum a Limbo ereptione plurimum laudat. Cuius constanti veritati prorsus assentitur ex Caluinianis Marlæus, Plessæus, fatendo etiam Rabbini Haccadosch testimonio, Messiam morte sua Adami stirpem saluasse, Patrum animas ab inferis eduxisse, ac proinde recte iureque Saluatorem appellari.

Lutherus. *Par. 2. Isle-bieto ad ps. 16.* *Bullingerus Fenardentius. Caluinus. Molinæus. Plessęus. Iudæus.* *De descen. Chr. ad inf. De Chris. mor. fru. 51. 6. In Pet. 1. In Harmo. Li. de verit. relig. Chri. c. 27.*

CRISTVS corporea morte suanobis plurimū profuit.

LXXIII.

Lutzēburg. *De har.*

Haudquaquam Simon magus, Basilides, Manichæi, & ceteri pares corpoream CHRISTI mortem plurimum nobis profuisse crediderunt, quo-

rum

Caluinus. rum perfidiæ perfidiosus est sectatus Caluinus, quando ait: Nihil actũ erat si tantum corporea morte defunctus erat CHRISTVS. Verum enim vero controuersatur ei & suis assechis Orthodoxi omnes quotquot olim claruerunt, & adhuc clarent. Sed de recentioribus nullus hæreticorum hæsitat, quando ex professo eosdem impugnant hæretici, propterea libet quosdam ex veteribus in medium producere. D. IVSTINVS Martyr, qui floruit anno 150. a CHRISTO, inquit: Neque amplius hircorum, aut ouium sanguine, sed fide per sanguinem CHRISTI, & mortem eius purificatur; quia ipsa de causa mortuus est. D. THEOPHILVS Patriarcha anno 170. Mortem ad se venire permisit, vt eam aduersum se colluctantem, dimicantemque prosterneret: & quæ per serpentem regnum inuenerat, cum ipso serpẽte postea fieret captiua per CHRISTVM. D. CYPRIANVS anno 250. Mori sustinuit, vt immortalitatẽ omnibus exhiberet. D. ATHANASIVS. CHRISTI mors, nostra immortalitas. D. LEO Papa anno 450. Quamuis in conspectu Domini multorum Sanctorum pretiosa mors fuerit, nullius tamen in Sãctis occisio propitiatio fuit mundi (supple) vt mors CHRISTI fuit. Rursum: Vt per mortis vinculum vnius præuaricatione contractum, vnius morte, qui solus morti nihil debuit, solueretur. item B. ESAIAS Abbas, & B. VICTOR Vticẽsis, & alij Orthodoxi docent CHRISTI mortem nobis uitam tulisse, salutem nobis factam esse, per quam peccatum deletũ est perpetuũ, Gratia, Gloriaque perenni donata. Deinde concordant Catholici, recentiores hæretici, post veteres, quorum testimonia quorsum citabo? ipse enim Caluinus secum, vti sepissime assolet, repugnat, sic scribit: Reconciliatio mundi cum Deo, semel morte CHRISTI peracta quotidie ad homines defertur. Et alio loco. Quisquis nutritiam sibi esse cupit CHRISTI carnem, eam in cruce oblatam consideret, vt nostræ cum Deo reconciliationis esset pretium. Hæc ille. Ceterum capræ & hirci sectarium sectantur & Lutherum Lutherani, & Caluinũ Caluiniani, quorum priores dicunt: Passio CHRISTI fuit oblatio, & satisfactio, non solum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, vt ad Hebræos scriptũ est: Sanctificati sumus per oblationem IESV CHRISTI semel. inde posteriores: Credimus quod illo sacrificio, quod Dominus IESVS obtulit in cruce, reconciliati sumus Deo: In morte CHRISTI integram satisfactionem habemus, vt a peccatis & iniquitatibuss liberemur, & non nisi hoc remedio possumus liberari. Et alibi: IESVS CHISTVS semel in Cruce corpus obtulit ac sanguinem in remissionem peccatorum nostrorum. Et rursum: Mors & passio IESV CHRISTI eius virtutis est, vt eius participatione, quasi sepulti simus peccato.

Marginalia (left): D. Iustinus. — D. Theoph. — D. Cyprian. — D. Athan. — B. Esaias. — B. Victor. — Caluinus. — Lutherani. — Caluin.

Marginalia (right): lib. 2. inst. c. 16. — De ver. Ch. rel. — Lib. Allego. in Matth. — Ser. de ope. & Eleemo. Penatu etc. con. Apoll. Se. 2 de pas. & Ep. 83. Orat. 23. De persecu. vand. — In Harmo. Euang. & ad c. 22. D. Luca. — Conf. & catech. Calu. cũ conf. Fenar. l. 17.

LXXIV.

Noui Christicidæ Caluiniani Federicus AulaKius, Ioachimus Curęus, Thomas Erastus, Germanus, Danæus, Andreas Osiander passim sceleratissime blasphemant CHRISTI Sanguinem ante annos 1500. computruisse corruptum, ac dissipatum fuisse. Quod quidem execrantur Catholici, quorum vnum pro omnibus citabo testem equidem fidelissimum, & luculentissimum D. AVGVSTINVM differentem: Fortassis accepta occasione sanguinis vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet, si sanguis in corpore CHRISTI resurgentis fuit, cur non & pituita id est phlegma, cur non & fel flauum idest cholera, & fel nigrum id est melancholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari etiam medicinæ disciplina testatur? sed quilibet quisque addat corruptionem addere caueat, nec suæ fidei sanitatem castitatemque corrumpat. Valet enim Diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibus dam manentibus auferre quas voluerit qualitates, vt absit labes corruptionis, absit effigies, adsit motio, ab-

Marginalia (left): CRISTVS sanguinem suum incorruptibilem reassumpsit. Fenardentius. — D. August.

Marginalia (right): L. 5. de Chr. pat. c. 15. & An. in 5. li. Ireneo c. 14. in conf. fid. Calu. conf. & in Cate. Calu. Epist. 146. ad Cresc.

D.Thomas Scholastici. fit fatigatio, adfit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas. Hactenus Sanctus Pater Orthodoxus cui præ alijs D.THOMAS fauet omnino. Itē & alij cordati Theologi cōplures, qui Christiana pietate imbuti horrent, abhorrent atque etiam abominantur Caluinisticum impiorum hęreticorum dogma, quod quidem detestantur hæretici vtpote Husitæ Luterani, Hugnostici vbique locorum et alij omnes, qui Sanguinem CHRISTI in cęna fidelibus (licet Lutherani negēt speciem, sanguinem tamen exhiberi non negant, quod hac re nil refert) sub specie vini vere exhiberi religiosissime fatentur, sapientissime docent, ac constantissime defendunt. Ad 3. pa. q. at. 2. In Mag. d. 43.

CRISTVS apud inferos nulla pęnacōstrictus fuit.

LXXV.

Canisius. Impijssimi Caluinus, Coruinus, Aepinus, Oluianus, Schmidelinus, & impuri Hugonotę aduersus Verbum DEI, ac Immaculatam eius Ecclesiam in contemptum, & dedecus Christianorum CHRISTVM etiam post mortem gustasse flammas, & pœnas Inferni pertulisse dicunt, quinimo horribiliter, & sacrilege blasphemant aduersus Verbum DEI, & fidem Ecclesiæ CHRISTI, cuius Patris Orthodoxi loco reliquorum à me mox allegabitur hoc testimonium vtique fidelissimam, & Christianissimum: Hoc Diuinitas CHRISTI virtutem suæ impassibilitatis ostendit, quæ vbique semper atque ineffabiliter præsens, & secundum animam suam in inferno sine doloribus fuit, & secundum carnem suam in sepulchro sine corruptione iacuit: quia nec carni suæ defuit, cum animam suam in Inferno dolore non fineret, nec animam suam in inferno deseruit, cum in sepulchro carnem suam a corruptione seruaret. Dignum namque fuit vt carnem sepulchri nō corrumperet locus, quam peccati non corrupit affectus & anima dolor non contingeret infernus, quam seruitus nequiuit tenere peccati. Hactenus D. FVLGENTIVS contra hostes CHRISTI, quos etiam ipsi CHRISTI alioqui hostes depellūt Zuinglius, Bullingerus qui solam CHRISTI virtutem descendisse contendunt, & Bucerus, Brentius, Beza, Sarcerius, qui verum CHRISTI Descensum refragantur: Atque Augustinus Marloratus dicit; quod Anima CHRISTI non sit relicta in Inferno, significare, quod non manserit sub tirrannide Diaboli, peccati, & mortis. Lutherani denique, & Græci alioqui hæretici in hoc Catholicis consentiunt. Demo. cor. pręmon. D.Fulgent. li. 3. ad tra. sim. 31. 34. Caluinita. In Catech. Dom. 10. L. 2. art. 4.

CRISTVS a mortuis resurrexit.

LXXVI.

Coccius. Lutzēburg. Sadducæi Samaritani, Himenæus, Philetus, Basilides, Manichæi, Dauid Georgius anno 1545. & 1550. Libertini in odium Ecclesiæ CHRISTI, & in gratiam Iudęorum fratrum scilicet eorum CHRISTVM a morte resurrexisse non credunt. Id quod non solum Apostolicæ & Catholicæ CHRISTI Ecclesiæ Patres ac Doctores omnes, verum etiam hæretici propemodum omnes, vel etiam omnes, qui vsque in hanc diem misere perseuerant, quasi perfidiam falsissimam execrantur. Lib. co. ar. 4. do qua. nou. Cat. har.

CHRISTI Resurrectio facta est.

LXVII.

Coccius. Cerinthus præterea cum suis gregalibus CHRISTI Resurrectionem a mortuis non dum effectam magno deliramento, summa ineptia, ac magna perfidia asseruit, ac ideo futuram præstolatur, ita vt credat Resurrectionem CHRISTI, sed neget adhuc factam esse, quem merito improbant hæresiarcharum colluuies, ac moderni hæretici, item & ueteres tum hæresiarchę, tūque hæretici. Sed ab Ecclesia Dei, quæ magistra totius Veritatis & perpetua hæresis condemnatrix omni seculo probatur, hoc addidicerunt, dicente in Fidei Symbolo: CHRISTVS terti die resurrexit a mortuis. Lib. 8. ar. 3. de Sig. Ecc. Lutherani Caluiniani. In conf. Ecclesia In Sym. Ap. Conc. Nice. & D. Ath.

Por-

Digitized by Google

LXXIII·

CRISTVS propria uirtute resurrexit. Caluinus. Græcus. Latinus.

Portentosissimus Proteus Caluiniariorũ dicit, CHRISTVM non potuisse seipsum a morte suscitare. Quod negat iuxta verbum DEI, & Ecclesiæ fidem D. EPIPHANIVS, dicens: Excitauit corpus, quod seipso efformauit vna cũ anima, & tota incarnatione perfectissime. Diuus vero PROSPER. asserit. Fideles qui nobis commissi sunt instruere debemus; quod CHRISTVS oscidi voluit, tertia die resurrexit: in Cœlo hominem de nobis assumptum sua virtute leuauit. Idem probant cuncti Orthodoxi, quod etsi reprobet Caluinus, tamen errorem animaduertens, ac detestans more tristissimo contra se palinodiam canendo Catholicam Fidem ita profitetur: CRISTVS habuit potestatem resurgendi. Equidem CHRISTVS ex se ipso resurrexit, propriaque uirtute. Diuina potentia ideo in CHRISTI resurrectione effulsisse dicitur, quod suapte virtute resurrexit, ut testatus est aliquoties. Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Nemo tollit animam meam a me ipso.

In ca. 8. Ro. & in c. 2. Io. in c. 8. & in c. 1. Rom. in c. 5. Io. com. Contr. Apol. har. 4. De vit. con. c. 18.

LXVIII.

CRISTVS e clauso Sepulchro resurrexit. D. Guitmũdus. Caluinus. Gualterus. Vermilius, & Surens. Beza. Coccius. D. Iustinus. D. Epiphan. D. Petrus.

Clauso monumento CHRISTVM resurrexisse perfidiose inficiantur Berengarius, Caluinus, Gualterus, Vermilius, Ecebolius, Surçus, & Beza. Cõtrarium credunt, & prorsus sentiunt aduersum quicunque Orthodoxiam continent, & nullo perstringuntur errore: inter hos potissimum solidissimi uigent Catholici, uti tradidit luculentissimum DEI uerbum, ac semper, & uenerãda, & spectãda Diuinorum Patrum Antiquitas, certissima sacrorum Doctorum assertio & summa Ecclesiæ Catholicæ & Romanæ Auctoritas. D. enim IVSTINVS Martyr aniquissimus: Non propter resurrectionem ablatum fuit saxum a monumento, sed vt declaretur spectantibus resurrectio: Non mutatione corporis in spiritum ingressus est ad eos, sed cum crassus corpore Diuina potestate effetrice rerum quę sunt supra naturam. D. EPIPHANIVS: Quemadmodũ CHRISTVS IESVS naturalibus Virgineæ naturæ claustris, oĩno integris, vteroque materno vndiquaq; clauso ex Virgine in lucem prodijt; ita idem ille Sepulchri sigillis nequaquam reseratis, ex mortuis resurrexit. D. PETRVS Chrysologus: Diuinitatis insigne est, clusam Virginem reliquisse post partum: de sepulchro clauso exisse cum corpore est diuinitatis insigne. Rursum: Scio quia IESVM, qui Crucifixus est, quæritis: non est hic: sic dixit Angelus, qui aperuit hoc sepulchrum, non vt inde exiret CHRISTVS, qui ibi iam non erat, sed ut ibi CHRISTVM iã non esse mostraret. Hæc Orthodoxi omnes, ab eisdem que, nec ipsi quidem abhorrent schismatici, a quibus non dissentiunt hęretici, qui a Lutheranismo prodierunt, quorum vnius testimonium duntaxat allegabo, hæc verba asserentis: Vel hoc vno Caluinistarum figmento meridiana luce manifestius est eos, qui credere nolunt CHRISTVM potuisse exire e sepulchro nisi lapide ab Angelo remoto, non etiam credere posse, CHRISTVM mortem vicisse. Hæc Conradus Schlusselburgius. Cuius assersioni Caluinus alioqui passim huic verissimæ veritati aduersarius asserit, CHRISTVM exire potuisse tumulo clauso firmoque manente, ac vere resurrexisse, & vere ante lapidis reuolutionem inde exisse. Hęc ille apertissime scribit ad c. 28. D. Matthæi cuius Catholicã sententiã omnino probans Beza eidem concordat, dicendo: An clauso lapide sepulchro resurrexerit Dominus, quoties a nostris dictum est? Sit ita. Atque aliubi serio ait. Ita esto.

Schlusselburgius. Caluinus. Beza.

Inst. 4. c. 17. l. de Incar. l. fru. in ort. In Th. Cat. Apud Fena. l. 6. c. de m. c. Quæst. 117. Ora. de Ch. S. p. Ser. 75. Ser. 80. Theo. Calu. c. 31. Ad ca. 28. Mat. v. 24. Ad can. Tubig. the. et in creophag.

LXIX·

CRISTVS ianuis clausis ad Discipulos intrauit.

Ianuis clausis ad Apostolos intrasse CHRISTVM postquam a morte excita-

Henricus. Petrus Benedictus Quintinus. Lu ber ni D. Epiph.

citatus fuit, & ceu rem impossibilem Omnipotentissimo penetrationem omnem corporum detestabili perfidia & execranda impietate negant Berēgarius, Caluinus, Bullingerus, Pseudo martyr, Gualterus, Aretius, Beza & Quanrius, quibus absit vt a Catholicis consentiatur. Nāq; ex Græcis D. EPIPHANIVS dicit: Resurrexit, & clausis foribus ingressus est, vt crassarum partium corpus tenuium partium ostenderet, ipsum quod erat cum carne, & ossibus. Nam vbi ingressus esset ostendit manus, & pedes, & latus: ossa itē & neruos, & reliqua, ut ne esset imaginatio ea quæ videbantur. Atque ex Latinis D. AVGVSTINVS: Nec nos moueat, quòd clausis ostijs ubito cū apparuisse Discipulis scriptum est, vt propterea negemus illud fuisse corpus humanum, quia contra naturam huius corporis videmus illud per clausa ostia intrare. Omnia enim possibilia sunt Deo. Nam & ambulate super aquas contra naturam huius corporis esse manifestum est, & tamen non solum ipse Dominus ante passionem ambulauit, sed etiam Petrum ambulare fecit. Ita ergo & post Resurrectionem suam de corpore suo fecit, quod voluit. Si enim potuit ante Passionem clarificare illud sicut splendorem Solis, quare non potuit, & post Passionem ad quantam vellet nobilitatem in temporis momēto redigere, vt per clausa ostia posset intrare? Hoc credunt, & docent omnes Catholici iuxta DEI Verbum, & Spiritus Sancti eruditionem, contra perfidiosum impiorum hæreticorum dogma, quod ipsi quidem verentur Græci, & cuncti abijciunt Lutherani, quod paucis indicat Schlusselburgius dicendo: Sane veteris Ecclesiæ de penetratione CHRISTI per ianuas clausas manifestus, & perspicuus est consensus, &c. Hæc ille & alia multa, quibus aduersatur Caluinianæ perfidiæ & Veritatis Catholicæ tutatur fidelitatem.

Ad ca. 20. In Dia. f. 95 Ad c 95. Ad c. 1. Io. Disp. Leuer. Apud Feu. 1 l. de Tri. Her. 20. De age. Ch. c. 24. Conradus. Tho. Cal. c. 31.

CRISTVS ascendit in Cœlum.

LXXXI.

Qui Acta Diuorum Apostolorū omnino reiecerunt, vel CHRISTVM verum corpus habuisse abnegauerunt, CHRISTI ad Cœlum Ascēsioni abrenunciarunt, & hi quidem extitere Saturninus, Cerdon, Marcion, quos sectantur Hermanus Risuuichqui Fidem & sacram Scripturam pro fictionibus & fabulis habent, & pariter eam traducunt Libertini: Inde Christolitæ occurrunt, qui CHRISTVM asserunt, cum excitatus est ab inferis, ibi corpore cū Anima relicto, cum sola Diuinitate Cœlum ac supera petijsse. Basilides quoque & sui similes veram SALVATORIS Ascensionē inficiatur. Idē Armenij, Lutherani Brentiani, Hugnostici, Vbiquistæ & alii, qui Humanitatē CHRISTI vbique fu isse vt Verbum post Incarnationē, ac Resurrectionem, vel ēt ante mundi creationem affirmant. Quod quidem perfidiosę impietatis documentum vellicant & repudiant Christiani in professione Fidei palam confitentes: Ascendit in Cœlum. Ac D. CLEMENS Romanus: Filius DEI pro salute generis humani de Cœlo descendens, de Virgine nasci dignatus est, mortem pertulit, sepultus est, & resurrexit, & in carne ipsa ad Cœlos ascendens, ad dexteram DEI Patris consedit. D. AVGVSTINVS. Qui est qui sedet ad dexterā Patris homo Christus. Nam in quātum DEVS semper cum Patre, & ex Patre. D. GREGORIVS Magnus: Is qui Diuinitate est vbique, carne ad Cœlestia ascendit. Et in Concilio Lateranensi generali: CHRISTVS descendit in anima, resurrexit in carne, ascenditque pariter vtroque. Hæc confitentur uniuersi Catholici, omnesq; itidem heretici, qui ab illorum sectis abhorruerunt. Tamen inter illos sunt, qui post Ascensionē CHRISTI Humanitem vbique præsentem asserunt, ac ita Ascensionē Dominicam cum Catholicis confitentur quemadmodum extat in Diuorum Apostolorum Symbolo, quod cum Lutherani, tum Caluiniani, tumque alii qui alij credere profitentur, & contra illos Inferni habitatores in Sacrosanctis Symbolis Fidei Resurrectionem confitentur.

D. Epiph. Lutzēburg. Caluinus. Damascen. Feuardentius. Papa. D. August. Papa. Concilium. Coccius. Feuardentius.

De hære. De hære. De lib. c. 9. De hæres. Li. 3. de at. F. D. Ep. 1. ad Ia. De Sym. li. 3. c. 7. Hom. 8. in Ezec. ap. 1. L. 2. ar. 2. In Thesau.

Cælum certus est locus quo CHRISTVS ascendit. Iodocus.

D. August. *D. Eucherius.* *D. Petrus.* *Caluinus.* *Caluinitæ.* *Beza.* *Sacramentarij.*

1.ar.6.de Chr.Salu. *De fid.& sym.c.6.* *Ind.in.5. Cru.* *Ser.61.* *In ca.4.ad Eph.in c.16 Mat.v.19.* *In Cat.Do. 12.c.60.* *Vide Feua. l.6.ca.7 de M.C fruct.* *Epis.co Malbr.p.225.et 230.*

LXXXII.

Cœlũ non esse certum locũ quo CHRISTVS corporaliter ascenderit, quod CRISTVS in Cęlum vt ad certum locum vere non ascenderit, sed sicte, vel antea eo fuisse corpore quo ascendit, vel vbique locorum pręsentẽ fingunt Brentius & ceteri Vbiquistę. Cõtra iudicatum volunt omnes Fideles, & Symbolo Fidei traditur in illo articulo: Ascendit in Cęlum D. AVGVSTINVS: Vbi & quomodo in Cęlo sit corpus Dominicum, uanissimũ & superuacaneum est quærere, tantummodo in Cęlo credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ Cęlorum secreta discutere, sed est nostræ fidei de Dominici corporis dignitate sublimia, & honesta sapere. D. EVCHERIVS: Descendit CHRISTVS de Cęlo, non locum mutando, sed se humiliando, & carnem suscipiendo: ascendit vero quantum quidem ad Humanitatem, locum etiam mutando. D. PETRVS Chrysologus: Ascendit in Cœlum CHRISTVS hominem ferens illò, vbi semper mansit. Idem erudiunt Catholici ceteri. Inde Græci hæretici, & Caluinitæ idem credunt, ac docent. Quocirca Caluiniticæ factionis antesignanus sibi more hæretico reclamans recte ait: Super omnes Cęlos perinde est, ac si diceret, extra Mundum hunc creatum. Nam cum dicitur CHRISTVS in Cœlo esse, non sic accipere debemus, quasi resideat inter spheras, vt stellas numeret, sed illic Cœlum significat locum, spheris omnibus superiorem, qui post Resurrectionem Filio DEI est destinatum. Non quod proprie locus sit extra mũdum, sed quia de Regno DEI loqui, nisi more nostro non possumus. Hucusque ille, cui cohęrent Caluiniani, dicentes: Patet nobis aditus Cœlorum per Ascensionem CHRISTI. Postea Beza: Nos dicimus corpus CHRISTI menti præsens esse, licet in uno loco Cœli contineatur, & absens sit a terra. Insuper Bullingerum, Vermilium, & alios Sacramentarios, Dillerus, Boquinus, Oleuianus, Dathenus & Vrsinus aduersus Vuittembergenses fassi sunt CHRISTI nostraque corpora in Cœlesti gloria certo aliquo loco esse oportere. Velint, inquiunt, in colloquo Malbrunensi, nolint aduersarij, fateantur necesse est, CRISTI & electorum corpora, non nisi vno loco esse, siue in Cęlo, siue alibi pro ipsorum gloriæ ratione.

Dominus post Ascensionem aliquando apparuit. Feuardentius. Beza. Ministri.

L.6 c.10.de M.C fruct. *In col. Mõp. 150.et 151* *Coll. Malb.*

LXXXIII.

CHRISTVM ab Ascensione sua in Cęlos aliquoties vere κατὰ humanitatem apparuisse in terris, Zuingliani, Caluiniani, & Bezani negant. Beza siquidem manifesto inquit: CHRISTVS, post ascensum suum in Cœlum suo corpore in terris nunquam amplius præsens fuit. Huic Brentius & alij Lutherani contradicunt, quamobrem Tubingenses sic edisserunt veritatẽ Beza audito dicẽte: Reuelatio de qua Act. 23. scribitur, qua CHRISTVS Paulo apparuisse dicitur nocturna visio fuit? Inspiciatur textus & manifestum fiet omnibus, inquiunt, quod hanc glossam, non possit admittere: sic enim verba sonant: sequenti nocte assistens ei Dominus, ἐπιστὰς αὐτῷ, ait Bono animo esto Paule &c. Vbi expresse ponitur vocabulum ἐπιστὰς assistens, quod non de visione intelligi potest. Id dum uestri interpretes contra expressam literam negant, tam uarias interpretationes adferunt, ut se inuicem misere iugulent & confutent. Quod fieri necesse est, cum ueritati manifestæ cedere nolunt. Hæc Lutherani aduersus Caluinianos nimirum a Catholicis Doctoribus hac ueritate imbuti.

CRISTVS sedet ad Dexteram Patris. Bernardus Lutzeburg.

Cat.hær.

LXXXIV.

Non absunt Seleuciani, & Hermiani, qui CHRISTVM ad Dexterã PATRIS sedere perfidiose negant, aduersus Ecclesiam Catholicam, quę in Fi-

dei

Digitized by Google

D. Damas. dei suæ professione hoc habet: Sedet ad Dexteram Patris. Proinde Christianissimus Ecclesiæ DEI Pontifex grauitate & auctoritate plane Maximus Diuus DAMASVS Papa sanxit: si quis negauerit, CHRISTVM in carne quam assumpsit, sedere ad dextram Patris in qua etiam venturus est ad iudicium de viuis, & mortuis exercendum, anathema esto. Huic itaque assentiuntur Christiani omnes, quibus consentiunt etiam hęretici Sacramentarij, Caluinitę, Bezani, Confessionistæ, & alij, quod cum euidentissimū sit mox Caluino in medium adducto ad aliud properam: Nunquam tam arduum munus aggredi Apostolis persuasum foret, nisi scirent in Cœlo sedere suum vindicem, cui summum imperium datum esset. *In conf. F. sua apud Theo. Hist. l. 5. c. 11.* *Ioan. Calu.* *Ad ca. 28. D. Mat.*

CRISTVS apud patrē pro nobis orat.

LXXXV.

Illustres Ecclesiæ Doctores Orthodoxę Christū munus Mediatoris apud Patrē orando, vt in Apostolicis Epistolis traditur, obire tradunt vna cum Diuo AVGVSTINO, dicentes: Secundum hominē CHRISTVS & Rex & sacerdos effectus est, vt esset ad interpellandum pro nobis. Mediator DEI & hominum homo CHRISTVS IESVS. Et alibi: Patrem interpellat, pro nobis. Idque Heshussius & alij Lutherani non retundunt: quippe qui dicunt, CHRISTVS solus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, cuius munus est orare pro populo. Quod etiam Bezæ Caluiniano alioqui helleboro exuberanter potato minime displicet: Mediatoris officium est, inquit, non solum per passionem & mortem suam, nos DEO Patri reconciliare: sed etiam Mediatorem agere in Cœlis, vbi pro nobis apud Patrem adhuc intercedit. Inde Pseudo martyr ex Caluiniana fœditate ortus loquitur Catholico sermone: Quum regnet in Cœlis, CHRISTVS, Patrem pro nobis orat. Preces quas pro nobis assidue fundit, Patri sunt gratissimę, & acceptissimæ.

D. Aug. *L. 1. de Tri. cap 7 l 10. conf. c. 43.* *Heshussius.* *L. de aliq. erro. Calu.* *Bunderius. Beza.* *Cōp. sit. 23. art. 3.* *Coll Mōp. p. 329.* *Vermilius.* *Com. ad ca. 8. ad Rom.*

CRISTVS non secūdū Deitatem orat pro nobis.

LXXXVI.

Lanista impudentissimus, homo impurissimus, nequissimus poeta, impijssimus scriptor, ac pessimus hæreticus Theodorus imo potius, ac verius Diabolodorus Beza, nouitium Galliæ monstrum, ac perennis Auerni incola, stoliditatis perfidiosæ, ac impietatis hęreticæ portentum, quod protulisse sugillasse est, producit cauillando CHRISTVM iuxta Deitatem pro nobis apud Patrem orare. Id, quod non duntaxat omnibus Catholicis per secula præterita fuit inauditum, verum etiam omnibus hæreticis qui præterierunt incognitum, & nunquam excogitatum. Quod merito (vt Feuardentius indicat) abhorrent, irrident, exsibilant, sugillant, abijciunt, & abominantur omnes Christiani, atque omnes qui in impietatis hæticorum pertinacia adhuc in hunc vsque diem perseuerant. Ceterum bestiæ Bezæ scilicet ferinus, & pessimus alioqui præceptor in hoc eidem discipulo per diametrum repugnat, dicens: Intercessio CHRISTI est mortis eius applicatio continua, sic in salutem nostram exercendo efficacitatem & virtutem Sacrificij sui. Præterea scribit alibi: Apparet ipse assiduè cū morte & resurrectione sua, quæ viuæ sunt æternæ intercessionis, & viuæ orationis efficaciam habent, vt Patrem nobis concilient, atque exorabilem reddant, meritò dicitur intercedere.

Beza. *L q. & resp. p. 33 & op. lat. p. 675.* *Feuardentius.* *l 3. c. 14. de & Dei. Fil.* *Caluinus.* *In 1. epi. Io. c. 2.* *In ca 8. ad Ro. v. 34.*

CHRISTO facta est summa, ac Diuina potestas.

LXXXVII.

Sacramentarij, qui DEI Omnipotentiam negāt, CHRISTVM modo in Cœlo existentem non esse summam & Diuinam Omnipotentiam indeptum in Cœlo & in Terra credunt: Idem & Turcæ, & olim, qui CHRI-

Digitized by Google

Caluinus. STVM minorē PATRE in duabus distinctum personis affirmauerunt Ariani, Nestoriani, quos sectatus est Caluinus, dicens: Dextera secundam a DEO potestatem (CHRISTI) significat. Item idem impiissimus Caluinus secundū regē, vicariumque improbissime appellat. Sed hoc ut pote verbo DEI expressum repugnans in CHRISTO dicentis. Data est mihi omnis potestas in Cœlo & in Terra, retundunt illustres Ecclesiæ Doctores, ac ipsi Patres, & scriptores Apostolici: Sanctus enim EGESIPVS Apostolicus scriptor hæc refert: IACOBVS Iustus clara uoce respondit. Quid me interrogas de IESV filio hominis? ipse sedet in Cœlo à Dextris magnæ uirtutis, & potentiç DEI, & in nubibus Cœli venturus est. Deinceps D. GREGORIVS primus, post D. IOANNEM Apostolum cognomento Theologus uocatus, inter cetera, quæ hanc declarant, & confirmant sententiam, hæc mox referenda facile indicabunt. Cum CHRISTO Imperium geris, cum CHRISTO Potestatem administras. Sanctus TITVS Bostrensis: Postquam CHRISTVS bene Discipulis precatus est, paululū progressus, subuectus est in Cœlum: ut vna cū coniuncta sibi carne Patri assideat, simulq; regnum ministret. D. CYPRIANVS: inuisibilem DEVM visibilem Filium recepisse ad dexteram suam, manifestum est: & humilitatem carnis nostræ throno iudiciario honoratam Paternæ complacuisse altitudini. D. MAXIMVS. Ne miremini quod ad dexteram Patris residere diximus Filium: Ad dexteram enim residet: nō quia maior Patre, sed ne minor Patre esse credatur, sicut hæretici blasphemare consueuerunt. Sicut enim Diuinitas honori scientiæ gradum nescit, ita Scriptura Sancta nouit obuiare blasphemijs: Refert ergo Propheta DAVID: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam. Hoc est, Dominus Pater Domino DEO CHRISTO filio throni sui offert sublimem concessum, & honoris gratia, ad dexteram suam illum æterna sede constituit. Hactenus Catholici, quos Lutherani sequuntur. Proinde Lutherus ait: CHRISTVS iubetur sedere ad dexteram Patris, hoc est, idem regnum eandem potentiam, eundem honorem, & gloriam tenere. Deinde Brentius: Omnia videre, audire, gubernare, & administrare, vere est ad dexteram DEI sedere. Et ad dexterā DEI sedere, est omnia videre, omnia audire, omnia administrare, quæ summa est Maiestas, quam DEVS soli homini CHRISTO, nulli vero Angelorū aut hominū dedit. Post hęc Palatini ministri aiunt: CHRISTI sessione ad dexteram Patris significare eius regale officium, gubernationem & cultum ab Angelis & hominibus debitum. Vltimo loco Caluinus ipse aliquando sui oblitus sic memoriæ prodidit: Non sufficeret mediocris auctoritas, sed summo vereque Diuino imperio pollere oportet, qui suo nomine uitam æternam promitti mandat.

Marginalia (left): D. Egesipp. — Nazianz. — D. Titus. — D. Cyprian. — D. Maxim. — D. Dauid. — Lutherus. — Brentius. — Sacramentarij. — Caluinus.

Marginalia (right): Ad ca. 13 D. Marci. — In c. 21. 26 & 16. Ma. — lib. 5. Hist. — Ora. ad ciu. Nazianz. — Ad ca. 14. De Asc. Ch. — Ho. 2. de pl. — Hom. 1. — In Psa. 119. — In Epito. — Coll. Malb. p. 184. 185 186 et 206 — Ad ca. 28. D. Mat.

LXX XVIII.

CRISTVS in extremo Iudicio uiuorū ac mortuorū iudex

Iudicem omnium hominum in secundo Aduentu, post Mundi finem futurum esse CHRISTVM Marcion non confitetur, neque Lutherani, qui ad solam fidem Regnum Cœlorum promittunt, neque Caluinus, qui asserit CHRISTVM in extremo Iudicio neminem nostrum condemnaturū, neque Caluinitæ, qui in suæ communi sectæ catechismo inquiunt Patri: Donec venias in persona Filij iudicare viuos & mortuos. Neque Georgius Dauid, neque Nathanael Aelianus, neque Petrus Richerius, qui vt illustris Eques Gallorū Villagagnonus refert, negauit iterum CHRISTVM mortuos iudicaturum: sed Patrem in eius persona. Neque Filium fore, qui apparebit in iudicio, sed Patrem. Cum his vero ex diametro Senatus CHRISTI, qui Romæ toti mundo præsidet, sacris eruditus literis, Euangelicis instructus sermonibus, & eximia Fidei Catholicæ professione imbutus pugnat: illud enim expresso Angelorum, ac D. LVCAE Euangelistæ testimonio repugnat dicentium: Hic IESVS qui assumptus est, a nobis in Cœlum

Marginalia (left): S. Philastr. — Lindanus. — Caluinus. — Caluiniani — Basileenses — Nathanael — Nicolaus. — D. Luc.

Marginalia (right): De hær. ha. 7. — In Dialo. — Inst. 2 c. 16 — In Catech. — In vita G. D. in Mat. — L. adu. Caluiniā. c. 86. — Act. 1.

sic

Digitized by Google

D. Ignatius. sic veniat. Huic D. IGNATIVS Apostolorum sectator: CHRISTVS venturus est in fine seculorum cum Paterna gloria, vt iudicet viuos, & mortuos. Quamobrem D. DAMASVS Apostolicæ Sedis apex illis, qui hoc negant anathema dicit. Atque D. RABANVS fidem profert hoc modo Catholicam. Hæc est fides, quam Doctores nostri tradiderunt, vt profiteamur CHRISTVM veraciter crucifixum tertia die resurrexisse, & cum eadem ipsa carne glorificata ascendisse in Cœlum, in qua & ad iudicium viuorum & mortuorum expectatur venturus. Hæc ille, post quam aliquot præterlapsis seculis sic in Concilio Lateranensi uniuersali traditur: CHRISTVS venturus est in fine seculi iudicare viuos, & mortuos. Hoc probant Catholici, idque probant Græci, Hussitæ, Trinitarij, Anabaptistæ, Cōfessionistæ, Lutherus, & qui cum eo symbolum amplectuntur Apostolicum Lutherani & plerique alij, inter quos Protestantes: Idem CHRISTVS est palam rediturus, vt iudicet viuos, & mortuos, &c. iuxta Symbolum Apostolorum, Atque deinde Caluinus ipse secum pugnando; dicit: Non æternam potentiam iactat CHRISTVS, qua præditus fuit ante creatum mundum, sed quam nunc accepit, dum ordinatus fuit mundi Iudex. Ac rursum: Pater constituit eum iudicem uirorum, & mortuorum, quod Apostoli inter precipuos Euangelij articulos semper reposuerunt. Hactenus ille, quem Caluinitæ sunt sectati, quippe qui symbolum Fidei Apostolicum quo CHRISTVS venturus esse iudex viuorum & mortuorum asseueratur, suscipiunt, atque etiam dicunt: Apparebit semel de Cœlo in iudicio vt visus est ascēdere. Inde Beza dicit: Veniet e Cœlo IESVS CHRISTVS in suo humano & visibili corpore, sed cum Diuina Maiestate. Tunc aderunt cum eo cuncti homines, iudicabit hos, & illos.

[Left margin: D. Ignatius. D. Damas. D. Rabanus. Concilium. Coccius. Confessionista. Caluinus. Caluinita. Beza. CHRISTI Regnum nō futurum in terris terrenum, sed in Cœlis cœleste. Coccius.]

[Right margin: Ep. ad Magne. In conf. fid. l. 2. inst. ca. 57. Cap. 1. l. 8. ar. 4. de sig. Ecc. Conf. Aug. art. 3. Ad ca. 28. Mat. In c. 8. Io. In Catech. In cōf. fid. 6]

LXXXIX.

Nepos, & ante hunc Cerinthus, idem vero alij portentum proferunt prodigiosum, quod post secundum CHRISTI Aduentum, omniumque hominum a mortuis Resurrectionem ad ventris ingluuiem & libidinis dissolutionem explendam, CHRISTI Regnū humano more, & corporeo usu mille annos in terra hac continuatum & constabilitum fore; & eisdem deliramentis minimè ab similia dicunt Mahometus, Armenij, Iudei, Lutherus, AElianus, Melchioritæ quidam cum Chiliastis & inter reliquos anno 1592. Franciscus Puccius eadem dicit, quę priores istius hęresis inuētores dixerunt: qui merito condēnantur ab Ecclesia, quæ hæreses nullo modo admittit, imo longe a se explodit, tamquam plurimis aduersa Scripturis & vniuersæ Catholicorum omnium a CHRISTO ad hūc vsque diem perpetuo ac mutuo succedentium Ecclesiæ Catholicæ, vt fusius doctissimus ac venerabilis Iuliacensis Canonicus palam facit contrarias. Item illos insanos hæreticos hæretici refutant Vualdenses, Hussus, & alij hæretici neoterici, qui Cerinthi & aliorum hoc dogma consulto improbant, & iure reprobant.

[Left margin: Iodocus. Caluiniani. CRISTVS humanitas adoranda est. Huldericus Danaus. Feuardentius. D. August.]

[Right margin: l. 8. ar. 3. & 7. de Sig. E. li. 10. de 4. Nou. In conf. & Cat. l. de ver. & fal. rel. fol. 278. Apol. de ado et in ixa. Chemnitij. l. 3. c. 9. de Dei Fil. 58. de v Dom. & in ps 98.]

XC.

Zuinglius, Caluinus, Sturmius, Richerus, Beza, Musculus negat Humanitatem CHRISTI adorandam esse, & Lambertus Danæus dicit, Carnem CHRISTI numquam religioso cultu adorandam esse, & qui id perpetrat esse ore DEI maledictum male dicit. Cōtra vero bene dicit ac docet Ecclesia CHRISTI quippe quæ, sicut numquam errauit, ita nec errat, nec errabit, nec errare potest, nec vmquam errare poterit. Ea namque per os suum Diuum AVGVSTINVM, loquitur: Ego Dominicam carnem immo perfectam in CHRISTO Humanitatem ideo adoro, quod à Diuinita-

Digitized by Google

te susceptа, & Deitati vnita est: vt non alium, & alium, sed vnum eundemque DEVM, & hominem Filium DEI esse confiteor. Hęc ille, cui assentiuntur verbo DEI illustrati, & Ecclesię muniti auctoritate Latini omnes, & Græci. Vnde D. IOANNES Damascenus illustris Ecclesiæ Græcæ Pater dicit: Vnus CRISTVS est DEVS perfectus, & homo perfectus quem adoramus, cum Patre & Spirtu cum adoratione cum incontaminata carne eius. Non vt nudam carnē adoramus, sed vt vnitam Deitati in vnam Hypostasim DEI verbi duabus naturis reductis Insuper schismatici Græci, hęretici Hussitæ, Lutherani idem docent, & apud Sacramentarios est testimonium Oecolampadij asserentis, CHRISTI carnem esse adorabilem, viuificatricem, & Diuinam: & addit se contra Nestoriū etiam ad mortē vsq; id velle asseuerare. Alter item Sacramentariorū sectarius Caluinus assuetissimo more suo sibi obsistens, sic scriptis commendat: Nullum quamuis contemptibile signum obscurare apud nos CHRISTI gloriam debet; quin saltem humiliter eum adoremus. Idem insuper tertius Sacramentariorum sectarius in hoc vna cum quinque discipulis vehemēter errauit, quāquam more antiquo sibi non constans Catholicas partes hoc altero testimonio defensatur: Deum viuum & CHRISTVM Dominum cum omni fidelium populo colimus & adoramus, qualiter semper ab omnibus pijs adoratus est. Hæc illle, quæ alias abunde declarat atque confirmat.

Petrus Lombardus. *Li. 3. d. 9. l.* *Damascen.* *de Orth fid. 3. c. 8.* *Oecolampadius.* *lib. de ver. Dom.* *Caluinus.* *In Harmo.* *Caluinus.* *Pref. Instit.* *Beza, Vermilius.* *Caluinus.* *Thlo. c. 9. li. 3. de F. D. In Har. in c. 2. Luc. in c. 28. Matt. & in c. 11. Ioan.*

XCI.

Nomen CHRISTI summe esse vulnerādū.

Nomen CHRISTI IESVS venerandum esse Iudęi, Ethnici, Diaboli, & Caluiniano genio imbuti negant; vnde est, quod Caluinus multis dæmoniorum legionibus exagitatus Sorbonicos venerandos Theologos, Sophistarum nomine traducat, vocem, qua tam venerandum & ter sanctum Nomen pronunciatur magiæ vocabulo notat, eo quod Theologi illi excellentissimi Catholice doceant ad eius Hominis pronunciationem demisso aperto que capite genuflexi, uel vt D. BONAVENTVRA dixit, humi prostrati reuerentiam Christianam exhibeant. Quare organum SPIRITVS SANCTI lectissimum D. BERNARDVS de hoc nomine in Ecclesiæ nomine Catholicæ ita pronunciat: O nomen benedictum, ò oleum vsquequaq; effusum. Quousque? de Cęlo in Iudęam, & inde in omnem terram excurrit, & de toto orbe clamat Ecclesia: Oleum effusum (Cant. 1.) nomē tuum. Effusum plane, quod non solum Celos terrasque perfudit, sed aspersit, & inferos, adeo ut in nomine IESV (Philipp. 2.) omne genuflectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum. Hęc ille, quæ quidem Caluinus, vt se nouum in Gallijs Proteum, nouumque monstrum omnium vero mōstruosissimum se proferret, hæc aduersus seipsum protulit: Pij qui sibi agnoscunt (IESVM) propitiatorem esse datum, audito eius nomine, quod illis est certum, & diuini amoris, & suæ salutis pignus, quasi a morte in vitam excitati animos colligunt: & quasi serenum Cœlum hilares cōnspiciunt: quieti in terra resident; & omnium malorum victores, eius præsidium omnibus periculis opponunt. Et aliubi: Quod Rabini scribunt vbique IESV, constat maligne ab ijs fieri, ne CHRISTVM honorifice appellent. Negant uenerandum esse, ac tremendum nomen IESV, coram quo omne genus flecti oporteat, nisi unice comperat in Filium DEI. Et alio loco iterat id atque ad hunc modum confirmat. Ita reputanda nobis est in hoc Nomine Diuina CHRISTI Maiestas, vt reuerentiam apud nos obtineat, quæ unico debetur, & æterno DEO. Hactenus monstrum Galliæ, in quo schismatici & hæretici alij consentiunt.

Caluinus. *Ad c. 2. ad Cor.* *D. Bonau.* *Dub. lit. 3. in Mag. sen.* *D. Bernar.* *Serm. 13. in Cant.* *Caluinus.* *Ad cap. 6.* *Ad c. 6. In v. 20.* *Ad c. 1. D. Mat.*

Digitized by Google

CRISTVS inuocandus est.

XCII.

Impietatem parit Impietas, ac impios impij parent. Namque pernicio- *In Tho. l. 3.* fissimi Caluini dogmatis, noua addiderunt in Transyluania Franciscus Da- *c. 9. & 10.* uid, Alciatus eius collega, & FranKen e societate patrum Iesuitarum apo- *de at. D. Fi.* stata, CHRISTVM inuocandum esse pernegantes. Imo omnem superans *& in app. l.* impietatē Petrus Richerus eum, qui CHRISTVM inuocauerit, hæreti- *Alph. ad ha re. f. 1259.* cum esse ait. Quos non modo Orthodoxi Ecclesiæ CHRISTI scilicet Romanæ Patres, ut D. AVGVSTINVS in Manuali, in Soliloquio, & ceteri Sā- *Man. c. 12. 13. & Sol. c. 2.* cti a DEO vt nullum vnquam vspiā fuisse Christianum, qui CHRISTVM non inuocarit, repertum esse cēseant, & usque ad hunc diem ueri Christiani omnes secretis, ac publicis quoque precibus precantur CHRISTVM, dicentes CHRISTE, audi nos, CHRISTE, exaudi nos, sed & hæreticissimus Oecolampadius Sacramentariorum hæresiarcha CHRISTVM plene *L. 1. c. 1. de V. D. apud* inuocandum ac suo exemplo id docet: sic enim CHRISTVM precatur: *Roff cont.* Precor Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, vt cuius munere pe- *Oecolamp.* ctum meum inuidia caret, eiusdem dono ut stilus neminem exasperet aut si quem tristitia afficiat vtili non conficiat damnosa. Hactenus ille aduersus *Disp. Alba. 5. diei Har.* illos hæreticos alios, quos in super hæreticus Georgius ipse Blandrata, imo ipsi recentiores hæretici prope omnes perfidiosi erroris condemnant. Quapropter audito Caluino omnes ferme auditos esse a nobis videbitur: Nullū *In Har. in c. 2. Luc.* quantumuis contemptibile signum obscurare apud nos CHRISTI gloriam debet, quin saltem humiliter eum adoremus. Pastores, minime offen- *De Act. St.* dit stabulum quo minus salutem petant a CHRISTO. Ego, inquit aliubi, rogaui seruetum data iam in eum mortis sententia, vt ad veniam à Filio DEI impetrandam se totum conuerteret, quam suis deliramentis extenuauerat: sed ex eius ore nullam æterni Filij DEI potui extrahere inuocationem. Et aliubi dicit: Quam se DEVS nobis per solum CHRISTVM *In c. 1. Ioā. v. 28.* patefaciat, hinc etiam sequitur, Omnia a CHRISTO petenda est. Et alibi: Obseruate Paulum dicere CHRISTVM à fidelibus inuocari: ex quo *In c. 1. pri. ad Cor.* probatur eius Diuinitas, quod inuocatio testis est Diuini obsequij.

Penardentius. Richerus. D. August. Oecolampadius. Blandrata. Caluinus.

Pascha CRISTI more Iudaico nefas est celebrare. S. Epiphan. S. Isidorus.

XCIII.

Audeani, seu Vadiani, Tesseradecatæ & alij Pascha cum Iudæis celebra- *Har. 70.* bant, quod nefas esse probe sensit & decernit Ecclesia Romana DEO solo *In etymol.* subiecta, ei dilecta, multis charismatibus aucta, summis priuilegiis ornata, & maxima Diuinaque auctoritate firmata; quamobrem istud statutum est in Sacrosancto & Euangelico Concilio trecentorum Diuinorum Patrum Ni- *In Act. a 10. schol. coll.* cæno, quod in Carthaginensi synodo Quarta roboratum est, & anno 344. *Cap. 65.* idem roborauit atque auxit sacra Antiochiæ Synodus in hunc modū: Om- *Cano. 1.* nes qui audent dissoluere regulam sancti & magni Concilii Nicæni, de Sancta & salutari festiuitate Paschali Saluatoris nostri excommunicati, & abie- *De S. E. lib.* cti esse debent ab Ecclesia. Hanc vero definitionem in hoc non reprobant Lutherus, Caluinus, Græci & gregales, & impij alioqui Anabaptistæ, Trinitarii, & alii.

Nicænum. Carthagin. Antiochen. Coccius.

Festa CRISTI celebrāda.

XCIV.

Festa Conceptionis CHRISTI, Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, *Lib. 2. ar. 8.* Resurrectionis, seu Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & omnium Dominicarum inuidi Diuini honoris, Diabolique amasii Manichæi, Aerius, Petrobrusiani, Lollardi, Guilhelmus, Albus, Lutherus, Andreas, Carlstadius, Se- *Cat. har.* bastianus Francus, Lambertus Danæus, & alij abolent & abrogant quos nō

Iodocus Coccius. Lutzēburg.

D. Clemens. Coccius. Canisius. S. Nicol. Lutherani. Caluiniani. Lutherus. Anglici.

imitatur, imo abominatur fidelis religioſa, ac deuota Eccleſia CHRISTI, ab ipſa Apoſtolorum ætate: qua CHRISTI Feſta ab ipſis Apoſtolis ſtatuta D. CLEMENS Papa eorum ſectator, refert, quod etiam ſcriptis ſacris probatur Act. 10. 1. Cor. 16. Apoc. 1. Idque deinceps ut a DEO datum in Synodis Nicæna 1. Antiochena Laodicenſi, Cōſtantinopolitana VI. Trullenſi, Romana, Carthaginenſi IV. V. Aureiianenſi I. III. IV. Tarraconenſi, Lugdunenſi, & alijs ſane plurimis conſtabilitum & auctum legitur. Armenii inſuper Natalis, Circumciſionis, Theophaniæ, Paſchæ, Dominicæ diem feriatæ, ac feſtiuiter celebrant: pariter habent Flagellantes, ſchiſmatici ſeu potius heretici Græci, quos plures in Orientes regione extra Eccleſiam in uariis ſectis diſſectis, non impie ſectantur. Demum nonnulli ex recentioribus hæreticis diem celebrant Dominicam, & aliquot etiam CHRISTI Feſtiuitatem, (ut in eorum ſcriptis eſt) diem celebrem peragunt. Ceterum hæretici Anglicani Feſta natiuitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Transfigurationis, Aſcenſionis, atque etiam nominis CHRISTI celebrant.

Conſt. Apo. l. c. 59. 5. c. 12. 16. Lib. 2. ar. 8. de Chri. De M. D. l. 3. c. 22. Ep. ad Enc. Ap. Bund. Comp. in 9 art. 3. In Catech. Ad nob. Ge. L. prae. pub. in Arg. Ec.

Signū Sancta Crucis in uſu adhibendum.

XCV.

Legionum, qui dæmonibus exagitantur horrent, & abhorrent ſalubre Crucis ſignum, quod ſola Fidelium manu expreſſum Dœmonibus terror eſt, & hominibus ſalus: & auctor eſt, poſt Diabolum, Iulianus Apoſtata, Meſalliani, Mahometani, Pauliciani, Claudius Taurinenſis, Bogomili, Petrobruſiani, Brentius, Beza & Magdeburgenſes: Quos execrantur iſsimi, Iacobitæ, ac Grçci, qui à Catholicis, ab Apoſtolis, & Apoſtolicis Patribus illud vſitatum non ignorantibus, præceduntur, ſicuti & Lutherus, qui ſic dicit: Manè cum ſurgis, primo omnium ſignabi te ſigno Sanctæ Crucis, dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Deinde Angelici miniſtri ſignum Crucis ſatis approbant tamquam ſapientiſſime a Maioribus traditum, & vbique locorum hactenus religioſiſſimè obſeruatum, ideoque eo paſſim vtuntur.

Coccius. Lutzēburg. Lutherus. Anglicani.

Lib. 2. ar. 9. & 8. art. 3. Cat. har. In Catechi. L. prac. Angl. Eccle.

Crux honoranda eſt.

XCVI.

Pariter contendunt blaterones paulo ante in medium allati, & cum illis Lutherus, qui blaſphemus fuit in Sanctam Crucem, & Carlſtadius, qui picturas, & imagines Sanctæ Crucis ſuadente Satana repellit, abolēdas docēt, & in deſpectionem, ac odium Chriſtianorum, qui eam puri animi affectu, & religioſæ mentis deuotione, ſine vlla impietatis ſpecie ſemper venerata fuit, contempſit. Sed Græci, quos alioquin Lutherus ipſe laudat, iis ex dimetro repugnant. Armenij quoque Crucem propter honorem Domini honorant, ſed ea ſeducuntur ſuperſtitione quominus ei honorem habeant, quam baptizauerint, & in medio ipſius clauum fixerint, & ſanguine victimæ vnxerint. Demum Lutherus ipſe ad Regem Angliæ ſcribens, Crucem Sanctam appellat, & uenerandam prædicat.

Henricus Octauus rex Angliæ. S. Nico. Nicephorus. Lutherus.

Reſ. ad Mer. n. Luth. Ep. ad Enc. L. 18. c. 53. Ep. ad Hēr. reg. Angl. a.

Feſta Sācta Crucis colēda. Centuriatores. Lutherus.

XCVII.

Conueniunt aduerſus CHRISTVM DOMIMVM impii Magdeburgenſes, cum impijſſimo Luthero, qui præ indulgentia Satanæ ita furioſiſſime debacchatur: Feſta Sanctæ Crucis anathema ſunto. Quod debacchamentum furioſiſſimi blateronis centies mille anathematibus notati, notant Orthodoxi, abijciunt Catholici Chriſtiani ante mille, & pluresannos, vt D. GREGORIVS Magnus, D. BEDA, D. VSVVARDVS 5. Nou. Maij vniuerſa Chriſtianorum concelebrauit Eccleſia ſpiritu verç pietatis, verç religionis, veræ deuotionis ducta & recta. Quod probāt item Gre-

Cent. 4 c. 6. M. 482. & c 13. f. 1434. De for. Miſ.

ci

Anglicani. ci schismatici hæretici & Lutherus dum prædicauit honorem Cruci adhibendum. Festa quoque in Crucis crucifixique honorem tunc probasse liquet. Postremo Angliæ curia ex imperio regio, Festa Inuentionis S. Crucis, & eiusdem exaltationem celebrari strictissime iubet. *li. prec. pub. in Ecc. An.*

Crux in qua pepēdit SALVATOR, Claui, Lancea, & alia Reliquię eximie ueneranda. Iodocus.

XCVIII.

Diaboli incarnati, amasijque Luciferiani Lutherus, Caluinus, Centuriastæ, & alij furenter cum Iuliano Apostata proauo suo & sectario in augustissimum Lignum Sanctæ Crucis in qua SALVATOR nostri causa pepēdit, debacchantur. Item in augustas Vestes, in Clauos, quibus Cruci affixus est, inque Lanceam, qua transfixus fuit, furiose furiunt. Et Sancte eos detestantur Catholici, itidem iam ab initio pii omnes Christiani, oēs Sancti Patres, CYRILLVS, Chrysostomus, THEODORETVS, Damascenus, AMBROSIVS. HIERONYMVS, PAVLINVS, LEO Primus, GREGORIVS & alia SPIRITVS SANCTI electa organa, quos vsque modo Græci eorumdem alioqui hostes satis commendant. Plures etiam hæretici, Reliquias Sanctorum seruandas, & colēdas asserunt, (vt suo loco palam faciam) ergo multo magis hoc probant Reliquijs SALVATORIS ipsius Sancti Sanctorum exhibendum. Denique Paulus Eberus Lutheranus miraculum statuæ crucifixi laudat, in quo satis eiusdem venerationem probare videtur. *l. 2. ar. 2. de Chr. Salu.* *Eberus.* *Calen. ann. 1553. 14.*

D. MARIA amarisgentiā nullo momento & Sancta nata est. SchenKius. Sarcerius. Rodingus.

XCIX.

Vsque in hunc diem perseuerant, qui candorem Marianum tenebrarum atra obscuritate obscurare conantur: vt SchencKius, & Sarcerius, qui, Tutius esse dicit, credere MARIAM communi omnium more conceptam, & Rodingus, ita Deiparam alloquentem inducit: Ego in peccatis cōcepta immunda nata sum. Quibus in Concilijs Basiliensi, & Tridentino, & in tota Ecclesia Catholica resistit præclarus Orthodoxorum Cōuentus, imo ab ipsius primitiuę Ecclesiæ exordio illustrissimus Pater, ac Doctor Orthodoxus D. CYPRIANVS sic alloquitur: Nihil in hac re petiit vltio, nec præcedens delectatio aliquam expetijt pœnarum vsuram. Spiritu Sancto obumbrante incendium originale extinctum est, ideoque innoxiam affligi non decuit, ne sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniuriis. quoniam plurimum à ceteris differens natura communicabat, non culpa. D. AMBROSIVS: Virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati. Diuus HILDEPHONSVS: Constat MARIAM ab omni peccato Originali immunem fuisse, per quam non solum maledictio Euæ soluta est, verùm etiā & benedictio omnibus condonātur. D. ANSELMVS: Decens erat, ut ea puritate qua maior sub DEO nequit intelligit, Virgo illa niteret, cui DEVS Pater vnicum Filium suum darę disponebat. D. IVO: Quomodo Matrem carni suæ sanctificauerit deinceps audiamus, vt inde lætetur Catholicus, immundus cōfutetur hæreticus. Omnem quippe nęuum tam Originalis, quā actualis culpæ in ea deleuit: sicque carnem de carne eius sumens, eandem in Diuinam munditiam transformauit. D. BERNARDVS: Omni modo constat, ab Originali contagio sola gratia, mundatam esse MARIAM. Quamobrem in Sacro Oecumenico Concilio apud Basilienses celebrato sancitur: Nos diligenter inspectis auctoritatibus, & rationibus, aliisque plurimis super hac re visis, & Patrum consideratione pensatis, doctrinam illam differentem, gloriosā Virginem DEI Genitricem MARIAM, præueniente, & operante Diuini numinis gratia singulari, numquam actualiter subiacuisse Originali peccato, sed immunē semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa. Sanctamque, & immaculatam, tamquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicę, rectæ rationis, & sacrę Scripturæ, ab omnibus

Post. in Eu. in die. C. B. V. *Ad c. 1. Lu.* *Con. Scholas Iesuita.* *D. Cyprian.* *Ser. de Chr. Nat.* *D. Ambr.* *In Ps. c. 15.* *D. Hildep.* *Serm. 22. de V. M.* *D. Iuo.* *Ser. de N. Do.* *D. Bernar.* *De Conc. V. c. 18.*

Concilium. Catholicis approbandam fore, definimus,& declaramus,nulli decreto licitum esse in contrarium prædicare,& docere. Hęc in eo Concilio,cui alterũ Concilium Oecumenicum Tridenti celebratum omnino consentit,vbi dicit: Declarat Sancta Synodus, quod non est suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato Originali agitur Virginem MARIAM DEI Genitricem. *Sess.5.* Hactenus Orthodoxi,quibus assentitur item Turcarum Signifer Mahometus,qui inquit; Nullus nascitur de filiis Adam,quem non tangat Satan,præter MARIAM & eius Filium. *Mahomet.* *Azoran.75* *Hugnostici.* *Feu.in Tbe.* Deinde Caluinianos,qui simiter credunt,ac docent(licet impie) paruulos in vteris maternis mundos, ac sanctos nasci, multo magis id de Regina Sanctorum omnium affirmatũ voluisse palam est. Postea Bucerus,Oecolampadius,Bullingerus,& inter ceteros Lutherus idem sentiunt,namque Lutherus amartigenia illam nequaquam fuisse perstrictam, ne dum immundam ex materno vtero natam apertissime & ex professo docet,ac dicit: *Lutherus.* *In Euan. de Conc.D.M.* MARIA iuxta corpus sine gratia iuxta animum autem plena gratia concepta est, hoc sibi volunt verba illa, Benedicta tu inter mulieres. Non enim ad eam dici posset, Benedicta tu, si aliquando maledictioni obnoxia fuisset. Et rursum enucleatius ac illustrius ὀρθοδόξως καὶ καθολικῶς asserit: *In eadem.* MARIAE cõceptio pie credit sine Originali peccato facta esse,ut scilicet in ipsa Animę infusione,una etiam ab originali peccato purificata fuerit, Diuinis dotibus redimita, ad accipiendam Sanctam Animam,a DEO ipso infusam. Atque ita in primo momento cũ viuere inciperet,omnis peccati expers erat.

D. MARIA semper virgo.

C.

Coccius. *l.3.ar.2.& 8.ar.3.* Virginitati quoque Mariali detrahunt,quam siue in partu siue post partũ dicat Catholicus hæretici negãt Corinthus,Carpocrates,Iulianus Apostata, Heluidiani, Iouinianus, Pauliciani, Lollardi, discipula quædam Vuicleui, Anabaptistæ,Caluinus,Pseudomartyr,Reisnerus,Bucerus,Molinæus,Sternbergius,Beza & alij Iudeismiq; caupones ac lenones. *Canisius.* *De M.Deip. l.3.c.6.&l.4.ca.1. 12. 15. 19.& 20.* Emergit cõtra gloriosa Piorũ corona,scripturis admonita Diuinis,vt Coccius lucidissime demõstrat, *Iodocus.* Apostolicis firmata scriptis,communi Orthoxorum Patrum cõsensu, omnium Christianorum Fide aucta, Fideique omnium Catholicorũ professione de CHRISTO dicentium: *Li.de Deip. 3.in T.C.* Natus ex MARIA Virgine; constabilitorum. Inde vero Lutherus,Oecolampus,Bucerus,Bullingerus,& omissis alijs,qui sæpe Virginem appellant,& perpetuam tradunt; *Zuinglius.* *Incap.C.D. Luca.* Zuinglius,qui de hac re inquit: Virginem MARIAM nulli vnquam viro fuisse comixtam,& fœtam Spiritu Sancto. Semperque Virginem(sicut & fere reliqui) docet credit ac confitetur.

D.MARIA perpetuam deuouit Virginitatem.

C I.

Feuardent. *l.10.c.4.de San.Cœl.* Votifragorum impijssima caterua,& Castitatis pessimi hostes Hugnostici, Centuriatores Caluinus,& Beza,Lutherus,Buzerus, Zuinglius, Vermilius,Brentius,Gualterus,Marloratus,Pellicanus & reliqua bestiarum cohors Serenissimam ac Diuinissimam Deiparem DEO perpetuam vouisse & cõsecrasse Virginitatem negãt atque impugnant. Contra vero id Catholici uoti probatissimi assertores, & cœlici cęlibatus, honestissimi & religiosissimi commendatores erudiunt atque celebrant,cum lingua Ecclesiæ Diuo AVGVSTINO, *D. August.* *De S. Virg. c.4.* dicentes: Profecto non diceret. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco, nisi DEo Virginem se ante vouisset. Et cum D.HAYMONE: *D. Haymo.* *In Epist. de Ass.Virg.* MARIA prima omnium Virginitatem suam sine macula seruare deuouit, sicut Angelo Gabrieli Domini conceptionem nuntianti respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, nec cognitum disposui. Quorum Christianissimę assertioni, & sanctissimę Traditioni subscribit, Zuinglij succidaneus, Hen-

ricus

Digitized by Google

Bullinger. ricus Bullingerus ab ipsis celebratus hæreticis, ad hûc enim modum Orthodoxe scribit: MARIA sibi proposuit æternam intactamque seruare Virginitatem, & hinc significanter dicit: Virum non cognosco, nimirum, vt tenax propositum suum hoc modo rectius declararet. Idem propositum Ioseph sponso castissimo fuit, sanctificante corda vtriusque Spiritu Sancto. *In c.1. Luc.*

D. MARIA Mater DEI.

CII.

Lutzēburg. Nestorius est impius, & Nestoriani impij quippe Diuam MARIAM Deiparam fuisse repugnant, quibus opitulantur Bogomili, Albanenses, Anabaptistæ, Caluinus, & alii impii Nestorii pronepotes, quos iuxta verbum DEI Sacrosancta Fidei Symbola, Concilium Ephesinum, & alia quorum vnum citasse Chalcedonense sufficiet, condemnant: Sancta MARIA Theotocos est: qui non sic sapit, hæreticus est. Quamobrem tam vietum irrationale, & detestabile hęreticę perfidię, & impietatis Ethnicę dogma iure meritissimo refutant omnes Catholici, & propemodum omnes hæretici neoterici, quorum vnum allegare testem satis sit: Agnoscimus libenter illam esse illam benedictam in genere fœmineo ex omnibus delecta, gratuita DEI misericordia, & dilectione quæ carnem suam dederit Filio DEI: ac idcirco Mater sit Filii DEI Hæc Hēricus Bullingerus, & ante illum Hussus, & plerique alii, vt Pichardi, Vualdenses, & ceteri, qui hoc idem Catholicūs asseuerauerunt. *Cat. hær.* *Coccius.* *Li.2. art.2.* *Chalcedonē.* *Actio 5.* *Canisius* *De Deipa. l.2.c.17.*

D. MARIA numquā peccauit.

CIII.

Coccius. Infensi Matris DEI, spurijque Veneris Lutherus, Melanthon, Oecolampadius, ScencKius, Brentius, Caluinus, Rodingus, Agricola, Gualterus, Lambertus, Culmanus, Hemmingius, & Centuriatores eam maxime peccatricem, amittendo Filium, vel in nuptijs miraculum petendo, vel cum Angelo colloquendo facere conantur. Quam non solum pij cultores DEI in Cōcilio Brixensi Tridentino ac in omni seculo præterito ac præsenti innocētissimam & purissimę innocentiæ paradigma prędicant, & in Litanijs Ecclesiasticis Matrem intemeratam, Matrem purissimam, & Matrem innocentium vocant, & cum sanctissimis EPHRAEM, IOANNE Chrysostomo & alijs puriorem & sanctiorem ipsis Seraphim credunt: verum etiam impij adoratores Diaboli Lossius, Georgius Maior, & alij ipsam excusant & defendunt; Zuinglius & Bullingerus vanos eos esse commonstrant, & mendacium impietatis docentes, & ante illos Ioannes Huss inquit: Credendum est, quod B. Virgo MARIA post CHRISTVM hominem sit sanctissima, & super omnes excellentissima. Et Huldaricus in medium profert rationē, quia: Sanctitas MARIAE, inquit ex Sāctitate nascitur CHRISTI. Denique Mahometes idem asserit: MARIA se dirigendo nil malitiæ, aut prauitatis operata est. Denique Lutherus ipse mirum in modum secum pugnat, ac dicit; Nulla mulier tam Sancta est, nec fuit, nec erit in posterum. *L.3. ar.1.* *Canisius.* *L.4.c.5.15 19. & 20. de Deip. V. M.* *S. Ephram. Chrisost.* *Ora. de La. Deip. Ho. Hypop. Dom.* *Hussus.* *Quast de credere.* *Cinglius. Carthusia.* *In c.2. D.L. Infest. Ma hu.l.1.ar.3* *Luterus.* *In Euan. de conc. B.V.*

D. Maria fides illustrissima.

CIV.

Petrus Canisius. Adhuc putidis vocibus blasphemat in Sacrosanctam Filij DEI Matrem impij Dæmoniorum gregales Lutherus, Sarcerius, Leonardus Culmanus, & gregales eorum, incredulam, infirmam, dubiam, irrationalem, & (quando Angelo respondit, vel prope Crucem stetit) infidelem fuisse sacrilege nugātur. Contra illustris D. MARIAE constantissimæ Virgini fides a Sanctis Patribus, & Sanctis Theologis plurimum commendatur: vt enim asserit in dubitatæ fidei assertor præclarissimus D. AMBROSIVS: Angelus cū abscondita nuntiaret, vt fidem astrueret exemplo, senioris fœminæ sterilisque *De M.V. Deipar. l.4. c.1.14. & 27.* *D. Ambro.* *li.2. de vir.*

Digitized by Google

Conceptũ Virgini MARIAE nuntiauit, vt possibile Deo omne, quod ei placuerit, assereret. Vbi audiuit hoc MARIA, non quasi incredula de oraculo nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo: sed quasi lęta pro voto, religiosa pro officio, festina prę gaudio in motana perrexit. D. vero PROSPER eximie Deiparæ fidem his, sermonibus illustrissime effert: Quid in bono fortius muliere? quæ credidit integram se CHRISTVM parere veritatem. Quid fortius muliere? quæ fugientibus, Discipulis mysteria ipsius Crucis intrepida ac plena fiducia aspexit. Deinde intemerata Deiparæ fides, vt omittam Catholicos, qui eam summis efferunt præconijs, & de eadem piè, & rectè crediderunt semper, a Ioanne agricola Lutheri discipulo prædicatur. Melanthon, Bucerus, Vuellerus, & Spamgenbergius multopere defendunt, a calumnijs vindicant, & illustrissimæ fidei concelebrant. Hisq; consentit Zuinglius, qui ait: Rem ipsam credit MARIA de modo tantum interrogat, quod arguit eius integritatem: Cuius testimonio bene adstipulatur Brentius: Hæc non sunt verba incredulitatis, inquit, qualia fuerunt Zachariæ, sed quæ proficiscuntur ex admiratione fidei. Non enim dubitat de certitudine verbi DEI, quod ex Angelo audierat, sed dubitat de modo. Idẽ vero Ioannes Brentius & Franciscus Lambertus de morte Filii non dubitasse testantur. Culmanus rectè ait: Ecce mater etiam non intellecta conseruabat in corde suo, olim ad honorem Filij DEI, profutura: Hæc est fides ardens in MARIA. Sciebat Filium DEI, sed quando peracturus esset Redemptionem humani generis non sciebat: Gaspar Cruciger pulchre dicit: Hic cogitemus de fide & fortitudine Matris. Longe superat robur humanum hęc fortitudo, quod adest Mater spectatrix talium suppliciorum Filii, & non extinguitur dolore. Nec credibile est vllam matrem in toto genere Humano tale spectaculum perferre potuisse, aut posse. His vero Antesignani Catholici fuere Doctores.

D. Prosper. — *De Rom. & prad. par. 2. c. 38.* — *Zuinglius.* — *In 1. cap. D. Luca.* — *Brentius.* — *In c. D. Lu.* — *Culmanus.* — *In Eu. D. 1. post Epiph.* — *Cruciger.* — *In Euang. D Ioan. 19*

CV.

D. MARIA a CRISTO numquam obiurgata. — *Fenardentius.* — *L. 10. ca. 7. de SS. Cœl.*

Matrem Altissimi ab ipso Domino repulsam passam esse impie & impudentissime contendunt Lutherus, Oecolampadius, Brentius, Melanthon, & alij Diaboli, Quorum pudendam impudentiam non modo Christiani in uniuersum omnes, quotquot vnquam fuerunt, ac Theologi Scholastici, Patres Sancti, Deiparę deuoti, & pii cultores, & commendatores, qui publicis Ecclesiarum precibus cantant; Virgo fidelis, ora pro nobis, sed & ipsorũ hæreticorum discipulus & gregalis iure merito damnat, dicendo: Quod Matri uiuum petenti respondet; Quid tibi & mihi est mulier? id ideo facit ut ipsius fidem exerceat. Non enim præter hæc verba fidem abiicit mater quasi repulsam passa a Filio: Sed fidem retinet cum ipsius naturæ bonitatẽ, & omnes iuuandi studium, & voluntatem nouerit. Et paulo post: Certa est de Filij bonitate & misericordia: & suas preces exauditas, & facturum Filium quod ab ipsa petitum est, ideo dicit ad ministros, facite quodcunque dixerit vobis. Hæc Giorgius Maior hæreticus Catholicus.

Geor. Maio. — *Exp. in Do. 2. post Epip.*

CVI.

D. MARIA æterna ne Beatitudine digna fuit.

Qui blasphemat Deiparam peccasse, consequentia euidentissima, & Inferno digna censuerunt. Eam ob rem quod amiserat puerum in templo expressis uerbis criminantur damnabilis negligentiæ, & eam dignam fuisse supplicij sempiternis blasphemat Spamgembergius, & extremam internicionem, & perpetuam damnationem meruisse blasphemat Brentius. Secus autem Catholici, ac hæretici existimarunt illi, qui eam ab omni peccati labe eximunt, nempe Cœlo dignam & æternam meruisse Beatitudinẽ. Quippe quę sola inuenit gratiã apud DEVM, vti oraculum Cœleste teste-

Spangembergius. — *Post. in Do. post Epiph.* — *Brentius.* — *Ibidem.*

tur

Digitized by Google

tur,& Euangelista refer,ac probat Catholica Christi Ecclesia,quæ fuit,quæ est,& quæ futura est. quin imo non solum Coelo, ac Beatitudine digna visa est DEO, sed etiam, ut DEVS ipse ex ea carnem susciperet,dignata est. Quare Brentium confutat Zuinglius, & Spamgembergium Bullingerus. Horum prior ait: Prouidentia DEI accidit,vt puer in templo remanserit non pueri contumacia,nec parentum negligentia,qui eum æque ac se diligebant. Sed ibi relictus est, vt specimen daret Diuinæ sapientiæ, ac veluti proluderet maioribus actis postea secuturis: simul etiam pueris exemplum prodidit,vt honorem, & cultum DEO debitum naturalibus erga parentes affectionibus anteponant. Posterior vero dicit: Parentes pueri curam satis diligentem habentes,nihil hic peccarunt per negligentiam. Hactenus illi, qui vna cum alijs multis eam passim ab omni suspicione peccati liberant, ideoque non Inferno,& æterna pœna,sed Coelo cœlestique gloria dignam probauerunt.

Cinglius. — *In c.2. Luc.* — *Bullingerus* — *Ad c.2. L.*

CVII.

Inhumani ferique blaterones,& furentes debacchatores Bullingerus & gregales sunt: quippe qui D.MARIAE nullam compassionem censent haberi,& reprehendunt Concionatores,qui populum mouent ad lachrymas. His autem nō astipulātur Catholici Christianæ pietatis studiosissimi,& Diuinæ Matris deuotissimi: vt pote Diui ANSELMVS, BERNARDVS HVGO,THOMAS,SVSO,& alij,nec hęretici quidem, Melanthon enim & Cruciger Diuę MARIAE dolores sępe apud nos considerandos, ac ideo condolendos existimant. Horum prior sic differit: Cogitate qualis lucta fidei fuerit in MARIA,simul fuit magnus dolor,& tamē mixtus fide & spe. Ipsa mortui filij corpus contrectauit, genas & manus osculata est, vidit ibi iacere corpus mortuum,sicut alia cadauera. Et tamen sciuit quomodo cōceptus erat,sciuit esse Messiam,sciuit per eum deleri peccatum & mortem, & per eum restitui iustitiam. Ideo sciebat vero resurrecturum esse. Prorsus ita quoque consolemur nos in omni nostra mortem, intuentes in hunc ipsum Dominum,& has ipsas cogitationes MARIAE apud nos sæpe consideremus. Hæc ille,cuius succedit posterior: In his doloribus obediendum esse DEO norat,& expectabat resuscitationem Filij. In hęc bona obiecta, idest in uoluntatem DEI & resuscitationem intuenti fide, aliquantulum leniebatur magnitudo doloris. Meminerimus hoc exemplum in nostris afflictionibus,vt obedientiam & fidem præstare nos quoque discamus.

Fas est cōpati doloribus B.Virginis. — *Henricus. Canisius.* — *In expl.Ev. Io.c.19. D.M.V.D.* — *In expl.Ev. Matt.c.27.* — *Melanthon.* — *Caspar.* — *In exp.Io.c.19.*

CVIII.

O impudentia vnde creata es? Namque Sarcerius imprudentię filius,suique similes non addubitauit Matrem DEI ignorantiæ nota traducere,quin imo fingere illam nobis exemplum ignorantiæ,& cæcitatis. Quod Ecclesia refutat,vocans eam Virginem prudentissimam,speculum iustitię,& sedem sapientiæ. Itidem illud monstrum hæreticum Orthodoxi Ecclesiæ scriptores exhorrent, nec admittunt id Lambertus: Indubie nouerat Beata Virgo quod CHRISTVS Filius Altissimi esset, sicut ab Angelo audierat, neque id Ioseph ignorabat,sciebat quoque, & templum, & eloquia de quibus tractabat,DEI esse. Nesciebat autem ad quid tunc illud dixisset, quod in his quę Patris sui erant, illum esse oporteret. Ad quid autem tunc tantum potius quam alio tempore id fecerit,& quod triduo a matre requiri voluerit, quis satis nouit? Neque Vuellerus qui docet Deiparam sacratissimam esse eorum qui verbum DEI sincere & ardenter amplectuntur typum,his verbis usus. Est MARIA imago eorum, qui vere studio ardenti-

D. MARIA in cunctis prudentissima, sapientissima, & eminentissima. — *Sarcerius. Canisius.* — *In Sch sup. Luc.2.c. De Deipa. l.4.c.19.& 27.& li.5. c.1.* — *Lambertus.* — *Ad c.2. Lu.* — *Vuellerus.* — *In posti. cir. Eua.1.Do. post Epiph.*

que

que pectore Verbum DEI amplectuntur, nec possunt assidua lectione, & meditatione obsaturari, sed summa contentione, & auiditate animi intimo pectore illud infigere, & se ipsam vitam, moresque transferre student, iuxta illud Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum. Nec Cruciger, qui illam plus nouisse Prophetarum prædictiones de Sacrificio Messiæ, quam Apostoli non dubitat adfirmare: & eo vlterius progreditur Melanthon, quippe qui eam Concilijs suis rexisse Apostolos probe asserit. Item Hussus, Oecolampadius, Bucerus, & Bullingerus ipsam miris dignissime efferunt præconijs, ac in omnibus prudentissimam, sapientissimam, ac eminentissimam ac principem humanarum (Oecolampadio teste) eminentiarum cum Catholicis comprobant. Quibus postremo addo ceu coronidem Caluinũ sic loquentem: Libenter MARIAM amplectimur Magistram, eiusque doctrinæ, & præceptis obtemperamus.

Cruciger. Melanthon. Oecolampadius. Caluinus. Concio de Iau. Deo in Mar. Harmo.

CIX.

D. MARIA Angelica salutatione crebrius salutanda. D. Antoninus. Canisius.

Dignissimæ Virginæ perpetuæ Salutationem Angelicam nullo die, nulla hora exhibendam putant hæretici Valdenses, ac recenter Vuigandus, Smidelinus, & Guilhelmus Rodingus. Sed ea Angelica Salutatione passim, ac crebro vtuntur Catholici, postea hæretici Salutationem Angelicam ita docent non aspernendam Lutherus, Brentius, Spangembergius, Vrbanus Rhegius, vt eam sæpius, imo quotidie vtiliter & pie recitent Christiani, qui hanc salutationem Angelicam quotidie recitant, afferit idem Rhegius, ad renouandam assidue memoriam maximi illius mysterij, quòd DEVS homo factus est in plenitudine temporis 1540. annos, & quod promissiones Abrahæ factæ exhibitæ sunt. Quoties salutationem repetis Angelicam, gratias agito ex toto corde misericordi, & veraci DEO, qui sic dilexit nos, vt Filium suum Vnigenitum miserit in hunc mundum. Inde vero Spangembergius triplicem huius mirificæ Salutationis Angelicæ rationem reddit, hoc pacto: Trifariam hac salutatione vti licebit. Primum inde discimus initium nostræ Salutis, & Redemptionis. Secundo videmus, quãto Gratiæ DEVS MARIAE largitus sit. Tertio tam gratuitis DEI beneficijs in operibus accendimur, & adducimur ad orandum DEVM, vt & nobis vel scintillam Diuinæ impertiat Gratię.

De Vuald. l. 3. de Deip. c. 10. 12. Rhegius. In min. Ca. Spangẽberg. Postil. in die Annũ. B. V.

CX.

D. MARIA gratia plena asserenda. Canisius. D. Ambr.

Losfius est inter alios Nouatores, qui petulanter insultãt, & insimulãt nõ recte dici a Catholicis nec exprimi D. MARIAM Gratia plenã in Salutatione Angelica, ne plenam vel abundantem Gratia fateamur, vt sic contumeliosus in Interpretem & in Ecclesiam blasphemus habeatur: Vt enim D. AMBROSIVS affirmat: Deipara potissime gratia plena asserenda est: Bene sola gratia plena dicitur, inquit, quę sola gratia quam nulla alia meruerat, consecuta est vt gratia repleretur auctore. Hęc Catholici omnes cõprobant, & aduersam sententiam reprobant. Sed & ipsi aduersarij iure id improbant, & Gratia plenam dicunt atque abundantem Vitus Theodorus, Antonius Coruinus, Nicolaus Hemingius, Giorgius Aemilius & socij.

li. 3. c. 6. & 7. de Deipa. V. M. l. 2. de vir.

CXI.

D. MARIA gratia plena fuit. Feuardentius.

Diuam Deiparam MARIAM Gratia plenissimam fuisse negãt perfidiosi nugatores & Mariani honoris impij detractores Danæus, Iacobus Schenteius, Spangembergius, Brentius, Melanthon, Caluinus, Beza, Sarcerius, Losfius, Castalio, Heminhius, & alij Diaboli amasij. Quos electi DEI Patres Sancti, Doctores Sacri, atque Diuini iaculis veritatis transfodiunt. D. EPI-

li. 10. de Sã. Cal. c. 3.

Digitized by Google

D. Epiph. PHANIVS apud Græcos celeberrimus Pater, dicit: Gabriel ait: Aue gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo in lāpade gestans lucem inextinguibilem Sole splendidorem. Aue gratia plena, hami esca spiritualis: In te siquidem hamus Diuinitatis. Aue gratia plena, quæ es vrna aurea cōtinens manna Cœleste. D. IOANNES Chrysostomus: Missus est seruus incorporeus ad Virginem immaculatam missus est à peccato integer ad corruptionis expertem &c. Tunc Angelus Virginem adijt, & clara voce: Aue inquit, gratia plena, Dominus tecum. Non est amplius Diabolus cōtra te. Vbi enim prius hostis ille vulnus inflixit illic medicus adhibet medicamentum. D. PETRVS Chrysologus: Aue hoc est, accipe gratiam: ne trepides, ne sic sollicita de natura. Gratia plena. Quia in alijs gratia, in te tota gratiæ pariter veniet plenitudo. D. LAVRENTIVS: Decebat prorsus, vt immaculata esset mente, & corpore Sancta, plena gratia, meritis locuples, virtutum vniuersarum varietate decorata, quæ de Cœlo suscepit Verbum, fide concepit Filium, conuersatione illustrauit mundum, manna pauit turbam fideliū, &c. Angelicus nuntius de Cœlo missus ad Virginem, tam efficiosissimè eam salutauit dicens: Aue Sanctissima MARIA, &c. Quæ enim sanctificata in vtero, ac ab omni culpæ originalis fuerat liberata contagio, gratiæ plenitudinem, quam mente perceperat, prætendebat exterius. Alibi: Quomodo non est MARIA gratia plena, quæ effecta est Mater DEI, Paradisi scala, Cœli ianua, interuentrix mundi, dæmonum fuga, peccatorum spes, naufragantium portus, maris stella, confugium periclitantium, solamen laborantium, fluctuantium robur, DEI & hominum verissima Mediatrix. Ipsius gratiæ plenitudinem Cœlestis nuntius persensit, cognouit, manifestauit, & dixit. Aue gratia plena: Salutat illam tamquam sibi Dominam, honoreque dignissimam, ac à DEO singulariter electam, atque dilectam. Hæc Orthodoxus Pater, idem & ceteri contra superbos hæreticos. Quos insuper longe a veritate aberrare præter Catholicos Doctores, hæreticorum primipilaris Lutherus, ostendit: MARIA plena est Gratia, per quod omnis peccati pura cognoscitur. Inde Lossius repugnando: MARIA est plena gratia: scilicet communicata: CHRISTVS autem est plenus gratia non communicata, sed propria quam alijs impertit seu communicat. Brentius preterea sibi inconstās: Nec hæc quidem vocabula, Gratia plena, reiicimus, modo recte intelligantur. Deinceps Culmanus: Plurimū consecuta gratiæ, & à DEO multiiugis gratia insigniter dotata, & locupletata. Insuper Danęus se damnans: Insignibus DEI donis, & supra omnes quotquot vnquam fuerunt, & erunt mulieres a DEO gratijs ornata, quia CHRISTI Mater fuit, & organum DEI selectissimum. Vltimo loco Bucerus fœdo ipsius Caluini ac Bezæ ore infamè ac turpiter laudatus. Quid sit, Gratia plena, Angelus explicat, Inuenisti Gratiam apud Dominum.

[Left margin: D. Ioannes. D. Petrus. D. Laurent. Lutherus. Lossius. Brentius. Culmanus. Danæus. Bucerus. D. MARIA omni honore prosequenda.]
[Right margin: Ser. de laud. Deip. Ora. in An. Serm. 140. Ser. de fest. Nat. M. Ser. de Ass. S. M. Ser. de Cōc. In Euan. de N. D. In Eu. Miss. est Ang. G. Conc. 2. 3. Co. in Eue. D. An. c. 36 Com. in Lu.]

CXII.

Impij profectò habendi veniunt Messaliani, qui Deiparam nullo dignantur honore: secus autem facit Sancta Ecclesia: quod approbans hæresiarcha ille Petrus Gnaphæus, inter alia docuit, quod in omnibus orationibus Diua inuocetur MARIA: & huius hæretici legem pro honore Sanctissimæ Deiparæ, Ecclesiæ Catholicæ cōmodissimam fuisse afferit Nicephorus probatque doctè idem R. P. Laurentius Arturus. Oecolampadius sermonē scripsit, cuius est titulus. De laudando in MARIA DEO in quo quidem inter alia hæc habet: Nollē ex cultu MARIAE aliquid diminui, modo cultui diuino vero illi, quo colitur in spiritu, & veritate, decedat nihil. Eam DEVS præ omnibus honorauit, quam uenerantur Angeli, & Archangeli. Græci quoque eam omni honore dignantur. Et Catholici yperduliæ eximio honore prosequuntur. Adeo vt Lutherus veritati alludendo faciat co-

[Left margin: Harmenop. Nicephorus. Laurentius Arturus. Oecolampadius.]
[Right margin: De sectis. l. 15. Hist. c. 28. In Apol. c. 3 ser. de Lau. in Mar. D.]

Digitized by Google

Lutherus. *Post. in Eu. de Na. Ch.* Tollarius; quod summus DEI genetricis honor, DEI & Christianorum summum redundat in honorem: *Maior honor & vtilitas non potest contingere Christiano quam vt constanter sibi persuadet MARIAM veram esse Matrem suam, CHRISTVM fratrem, & summum Deum adoptione Patrem.* Quamobrem Catholici omni hęretico eam cōtemnenti nulloque honore dignanti illud quod Diuus AVGVSTINVS Manicheo obiecit, obijciunt: *Dicit tibi Manicheę DEVS Creator hominis: filius hominis: Ego Matrem de qua nascerer, feci: ego uiam itineri meo pręclaram præparans. Hanc quam despicis, Mater mea est.* Ac rursum cum D. LEONTIO, cuius testimonium citatur in Synodo Nicæna Secunda Act.4. dicit: *Qui Martyrem colit DEVM ipsum colit: qui Matrem illius adorat, ipsi honorem assignat.* Atque demum cum D. EPIPHANIO: *Sit in honore MARIA: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus adoretur.*

D. August. *Or. de 5. hæ c. 5.*

D. Leontius *l. 5. Apolog. con. Iudaeos.*

D. Epiph. *Hær. 24.*

D. MARIA creaturis omnibus superior & incomparabilis.

CXIII.

Impudentissimus omnium hæreticorum impiorum ac dęmoniorū Lutherus in Deiparā inuehitur & ita furiose debacchatur: *Sumus pares Matri DEI, & ęque Sancti, sicut illa.* Idem sectantur sui gregales, vt Maior, Aepinus & reliqui, cōtra quos Orthodoxi sentiūt a seculis antiquis nedum hoc seculo pręsenti. Diuus nam EPHRAEM asserit: *Intemerata prorsusq; pura: Virgo Deipara, Regina omniū, Spes desperantium, Domina mea gloriosissima, eadēque optima, sublimior Cœlicolis, purior solis radijs, & splendoribus, honoratior Cherubim, & polyomatis, id est multoculis spiritibus sanctior, Seraphim, & nulla comparatione ceteris omnibus superis exercitibus Gloriosior,* D. EPIPHANIVS: *Solo DEO excepto, cunctis superior existis: natura formosior es ipsis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico, cui prædicandæ Cœlestis ac terrena lingua minime sufficit, imo verò nec Angelorum.* D. LAVRENTIVS Iustinianus: *Sanctificationis priuilegio, virtutum meritis, Virginitatis honore, prolis fœcūditate, humilitatis decore, atque donorum plenitudine mortales superat vniuersos. Omnium quippe referta cumulo gratiarum cūctis in se DEVM fecit esse laudabilem. O Beata inter fœminas, cuius gratia hominum & Angelorum transcendit naturam.* Hæc asserunt Catholici omnes contra impios hæreticos, quos plerique cōfutant hæretici: etenim Oecolampadius inquit: *Quæ (scilicet Deipara) supra omnes, quæ Regina est omnium, quam DEVS præ omnibus honorauit, cui similis non reperitur alia, quid non assecuta quod eminentissimam probet?* & Bullingerus: *Eccellentissima sunt in MARIA omnia, & hoc splendidiora, quo proficiscebātur ex fide sinceriora, & flagrantiora DEI dilectione. Oportuit singularis & perpetua Virginitate & Puritate omnium selectissima illustrem & esse & permanere, quæ singulariter electa a DEO in sacrosanctum Filij thalamum, & templum, Mater erat omnium sanctissimi partus, Filij vtique æterni DEI futura.* Et ante istos, post Ecclesiam Ioānes Hussus sic venuste scribit: *Sancta Virgo, Regina mundi, Angelorū Domina, Porta Cœli, Mater Gratię, & Misericordię.* His autem addo Lutherum: *Eo ipso quod MARIA Mater DEI facta est, tam præclara & ingentia dona ei data sunt, vt superent captum cuiuscumque. Hinc etiam omnis honos ac beatitudo prouenit, vt uniuerso humano generi vnica Persona sit superior cunctis, cui nemo sit par, quod cum Cœlesti Patre Filium habet communem.*

Lutherus. *Se. de N. M.*
Canisius. *De Deip. l. C. 10.*
D. Ephram. *Ora. de La. S. D. G.*
D. Epiphan. *Ora. de La. S. Deip.*
D. Laur. *Ser. de Fest. Nat. M.*
Oecolampadius. *De La. Deo in Mar.*
Bullingerus *Serm. de B. V. M.*
Hussus. *In rep. cont. prad. Pilzne. sm Cam. super Magnif.*
Lutherus.

D. MARIA animo & corpore supra oēs Angelorū Ord. eleuata.

CXIV.

Dubitat Lutherus, fingit se nescire, magis non credit ac negat Deiparam Anima & Corpore in Cœlum gloriose assumptum esse. Idem censet Ioan-

Lutherus. *In E. de Af. B. V. & l. de cortno. E.*

nes

Riuius. Benardentius. nes Riuius: Hugnottici quoque perfidiose hoc negant: Sed omnis Ecclesia eisdem refragatur exultando cum iubilo, cantans: Exaltata est Sancta DEI Genitrix super Choros Angelorum ad cœlestia Regna. Neque hec recens inuentum garriant infideles hæretici, quando nobis idem vetustissimi Patres, fideque dignisſimi tradiderunt, hoc enim credidit Ecclesia CHRISTI ante mille, & trecentos annos, quantum ex scriptis Sanctorum Patrum elici potest, quamquam non dubitent Christiani, illud creditum ab ipsa Deiparæ transumptione in Cœlum fuisse D. itaque EPIPHANIVS scribit post D. EVSEBIVM; Quomodo non possidebit MARIA sancta cum carne Regnũ Cœlorum, quæ non hortata est, non fuit petulans, non ad ulterium commisit, nullum flagitiosum carnis opus perpetrauit, sed impolluta permansit. Huic cõcordant Diui EVTYMIVS Eremita, ANDREAS Ccretẽsis AMBROSIVS, EVCHERIVS, FORTVNATVS, & GREGORIVS Turonensis qui inquit: MARIA Angelicis choris canentibus in Paradisum Domino precedente translata est. Et Diuus HILDEPHONSVS: CHRISTVS sicut legitur in Sole posuit tabernaculum suum, de quo ipse, vt ita loquar, tabernaculo processit tanquam sponsus de thalomo suo. De quo sane tabernaculo, ac si ex voce Genetricis DEI dicitur: Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Idcico absque dubio beata Virgo pro tanta gratia, tantique honoris priuilegio materno hodie resedit sublimata in throno. Festiuitas hodierna celebritas est omnium supernorum ciuium gratissima: quia eius est Assumptio de corpore, ex qua orta est veritas, & iustitia. Hæc vniuersa probat, & tenet CHRISTI Ecclesia, & cum ea simul Ioannes Hussus, qui in hunc modum scriptum prodidit: Virgo Mater CHRISTI incomparabiliter dignior est me Sacerdote, non IESV CHRISTO, eo quod genuit verum DEVM, cùm sit Genitrix DEI. Ex eo, quod ipsa CHRISTVM genuit, constituit se dignam exaltatione super omnes Choros Angelorum, & infra CHRISTVM. Hæc Hussus, cui alter nepos eius filiusque Lutheri Brentius assentitur: Potuit fieri, quod sicut Enoch translatus est in Cœlum corpore, & sicut multa Sanctorum corpora resurrexerunt cum CHRISTO, ita & MARIA cum corpore translata sit in Cœlum. Certissimum autem est, quod MARIA perpetua consecuta sit felicitatem. Hucusque ille, cui alter nepos Hussi Caluini vero filius consentit Bullingerus: Credimus Deiparæ Virginis MARIAE purissimum thalamum, hoc est, Sacrosanctum Corpus eius, deportatum esse in Cœlum.

[Margin, left: D. Epiphan. — D. Gregor. — D. Hildeph. — Hussus. — Brentius. — Bullingerus]
[Margin, right: De abu. Ec. li. 10. c. 10. de SS. Cœl. — Her. 42. — Se. 2. de Ass. B. M. V. — De cor. Chr. in Sac. Alt. — Ho. 1. in die Assum. — l. de Orig. er ro. c. 16.]

CXV.

Festum Assumpt. Mariana festiuitas celebrandum. Gloriosum in Assumptione Deiparæ Festum, quod sponsa CHRISTI dilecta Ecclesia Diuinitus admonita concelebrat ac celebrandum statuit, ac probat in Conciliis Lugdunensi, apud Gratianum De consecr. dist. 3. in Mogũtino cap. 36. in Saligunstadiensi cap. 1. abrogandum censet impurus Lutherus, idem alii gregales sui, aduersariique nostri censent. Sed sane existimant Flagellantes, quippe qui dicto Ecclesiæ audientes sunt, & more Ecclesiastico in profesto cum Vigilia & Ieiunio Festum Assumptionis Beatissimę Deiparæ studiose, & festiue celebrandum duxerunt. Quod postea etiã comprobauit Vuicleuus, nec id nouissime Brentius abhorruit.

[Margin, left: Lutherus. Lutzẽburg. — Vuicleuus. Brentius. Festa Mariana sunt celebranda]
[Margin, right: In Euan. de Ass & li. de pijs Caro. Cat. haret. — Ser. de Assu. B V. — Hom. 1. de Ass. V. M.]

CXVI.

Coccius. Festa Deiparæ omnia quantumcunque vis per Sacra Conciliorum agmina Lugdunensis, Toletani Decimi, Moguntini, Salegunstadiensis, Oxoniensis, & aliorum statuta ab ipsa DEI viuentis Ecclesia PicKardi, Lutherus & Lutherani e medio tollunt, quod non videtur sensisse, post Ecclesiasticos, illos hęreticos, qui tantopere eam dignissimis exornarunt encomijs, honori

[Margin, right: lib. 3. art. 6.]

habendam iudicarunt, & Festum vel ipsius quidem Assumptionis compro barunt. Alij quoque Festa Sanctorum probabunt (vt suo loco ostendam) ergo multo magis Festa Deiparæ probare probantur. Deinceps speciatim de Purificationis Deiparæ Festo, quod tantopere hæretici aduersantur, Nouatores quidam Ecclesiæ instituto suffragantur. Proinde Anglicani ministri seruant, & seruare strictissime iubent Festa purissimæ Cöceptionis, Annuntiationis, Visitationis, & Purificationis D. MARIAE Deiparæ. Deniq; palam Lutherus dicit. Festa B. Virginis celebrari debent.

Bugenhagius. Anglici. — *In comp. ti. 9. art. 3. l. prec. publ. in ecc. Ang.* — *Lutherus.* — *In visit. Saxonica.* — *D. MARIA est inuocanda.*

CXVII.

Garriunt garruli hæretici, Cathari, Hugonotę, Selneccerus, Rodingus, & alij, quos olim præcessit Constantinus Cęsar Copronymus, qui pręcepit ne quis D. MARIAE intercessionem imploraret, quod nemini opitulari possit. Istos autem verbo & opere improbant quotquot vmquam fuere Catholici, quorum aliquot testimonia allegabo usque ab ipsorum Diuorum Ecclesia exordiendo; nam de posterioribus seculis, ferè nemo hęreticorũ ad dubitat Deiparam ab omnibus Christianis inuocatam, & inuocandam docuisse Sanctos Patres, & Theologos sacros usque ad hunc diem perseuerentes, in Ecclesijs, publicitus vna cum GREGORIO Magno Maximoq; Ecclesiarum Pontifice, dicentes: S. MARIA, ora pro nobis. Itaque D. ATHANASIVS Magnus fidei Catholicæ splendor inuocat D. MARIAM: Intercede Hera, & Domina, & Regina, & Mater DEI pro nobis. D. EPHRAEM: Tu meus portus, ò Virgo, ò inuiolata, & præsens auxiliatrix, denique sub tutela, & protectione tua totus sũ. Crebris lachrymis te ò celeberrima Mater imploro, & aduoluor tibi Domina mea suppliciter clamans, ne dulcis Filius tuus, & vitæ omniũ dator, ob multa, quæ patraui scelera, tollat me de medio. D. AMBROSIVS: Vt efficax mea sit deprecatio, B. MARIAE Virginis suffragia peto, quam tanti meriti esse fecit, vt prima inter mulieres nouum munus offerret, & nulla præter ipsam tam nouum acciperet. D. AVGVSTINVS: Sancta MARIA, succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Hanc illam Virginis precem inuenit, qua vtitur Ecclesia Christiana, quamque vniuersi Christiani rectissime approbant, & omnem Deiparæ piam, & religiosam inuocationem acceptant, quinimo eisdem consentiunt, & hæretici. Gnaphæus enim inter alia docuit in omnibus orationibus D. MARIAM esse inuocandam. Simili modo docuere Hussus, Lutherus, Bucerus, Brentius, Oecolampadius, & alij, quorum caput, in eorum nomine dicit Lutherus: MARIA inuocari debet, ut DEVS per eam det & operetur, quod petimus. Et rursum: Intercessionem MARIAE amplectimur, vt reliquorum Sanctorum.

Guido. Feuardent. Coccius. Clycas. Canisius. — *De Cataris li. 10. c. 12. de SS. Cœl. lib. 3. art. 4. Par. 4. An. De D. V. M. li. 3. c. 20.* — *D. Gregor.* — *In Antiph.* — *D. Athan.* — *In Epist. de San. Deip.* — *D. Ephram.* — *Or. de San. Deip.* — *D. Ambros.* — *Or. 2. prep. ad Miss.* — *D. August.* — *Serm. 18. de San.* — *Nicephorus Laurentius Arturus.* — *l. 15. hist. c. 28. Apo. 9. con. Dñ Toff. c. 3 sup. Magn.* — *Lutherus.* — *l. Ger. f. 21. Postil. maio. in N. Mar.* — *D. MARIA est aduocata nostra.*

CXVIII.

Filius Diaboli Caluinus habetur, de quo scribit Ambrosius Catharinus Minoricensis Episcopus doctissimus, & clarissimus: Quidam Ioannes Caluinus hæreticus, vna ex facibus orbis terræ, & natiuum serpentis semen, tanquam læsæ maiestatis crimine me reum ante patris sui Diaboli detulit tribunal, exclamans, indignum & sacrilegum facinus, quod CHRISTI Matrem fidelissimam eius sociam, & Aduocatam nostram nuncupauerim, &cet. Patri lance Catholicos feriunt Magdeburgenses, & Gallasius cum alijs Diabolis, Lutheranis scilicet, Zuinglianis, Caluinia-

Ambrosius Catharinus — *In c. 5. Gen.* — *Franciscus Feuardent.* — *Ann. in l. 5. c. 19. D. Ire. aduer. hær.*

Digitized by Google

nis, Annabaptistis, Trinitarijs, Libertinis & reliquis. Quos auersantur Filij DEI, imo etiam Dœmoniorum gregales secuti Patrum Catholicorum fidem antiquissiam, planeque Apostolicam. Apostolicus etenim Pater D. IRENAEVS ita asserit: sicut Eua seducta est, ut fugeret DEVM; sic MARIA suasa est obedire DEO, vt virginis Euæ Virgo MARIA fieret Aduocata D. EPHRAEM: esto nostra Cōsiliatrix, & Aduocata in hora iudicij: libera nos a futuro igne, & tenebris, & tui Filij gloria Virgo nos dignare. Sed quorsum hæc? Omnibus enim Orthodoxis Patribus Doctoribus, Theologis, & Christianis persuasissimum est, sicut Deiparam omnium esse Reginā, sic eam Patronam, & Aduocatam, & corā esse illi de omnibus. Idcirco Christiani omnes in illustrissimo illo Cantico Ecclesię inquiunt. Eia ergo Aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. Nec desunt hæretici & hęresiarchę, qui illud idē prædicant: Ioannes enim Hussus sic scriptū prodidit: Aduocatum habemus in causis scilicet Animarum, non possessionum; Nec solum Aduocatum, sed etiam Aduocatam. Vnde & canimus: Eia ergo Aduocata. Inde Oecolampadius Sacramentariorum caput optime istud ad hunc modum confirmat: Quis est, qui nō rapiatur in eius amorem, quam DEVS ipse deamat, quam venerantur Angeli, & Archangeli, quæ peperit Saluatorē mundi, quæ humani generis est Aduocata, quæ Regina appellatur misericordiæ. Eia hortor iterum atque iterum, vt summis viribus per eam DEVM laudemus, &c. Dignissima quę super omnes creaturas laudetur, imo per eam DEVS glorificetur, in qua tanta DEI munera tam eminenter sunt conspicua: O Diuinam clementiam, O immensam pietatem DEI, qui & Filio suo tam sanctam præparauit Matrem, & nobis tam propitiam in omnibus constituit Aduocatam.

D. Irenæus. *D. Ephram.* *Hussus.* *Oecolampadius.* *li. 10. c. 11. de San. Cœ.* *li. 5. c. 9. ad ue. har.* *in lamē. B. V. iux. cruc. stan.* *Adu. 2. prio. D. Io.* *Ser. de Lau. in Mar. D.*

D. MARIA Opitulatrix nostra.

CXIX.

Asinus Cumanus Copronymus asserit, quod Deipara neminē iuuare potest. Idem onager falso nomine dictus Christianus Rodingus, sic cōtra scholas Iesuitarum scribens, dicit: Desine me salutare, & (alloquens Deipara introducitur) salutando venerari: istam tuam salutationem & preces execror tu vbi terrarum sis, quid agas, denique an mortuus sis, neque scio, neque curo; tantum abest vt te peccatorem exaudiam. His vero nugamentis obsistit Catholica Veritas per veridicos, Sanctissimosque Patres, inter quos Diuus EPRAEM sic compellat Deiparam: Tu peccantium, & auxilio destitutorum adiutrix: Tu portus, procella vexatorum, solatium mundi, carcere clausorum Liberatrix celeberrima: Tu orphanorū susceptio; Tu captiuorum redemptio: Tu ægrotantium exultatio, & omnium salus: Tu solitariorum stabilimentum, & spes mundanorum. D. FVLGENTIVS: Venite virgines ad Virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parturientem, &c. Idcirco Omnes istos cursus naturæ Virgo MARIA in Domino nostro IESV CHRISTO suscepit, vt omnibus ad se confugientibus fœminis subueniret. D. HILDEPHONSVS: Ad eam, de qua loquimur, preces, & vota vertamus, opem intercessionis eius poscamus singuli, poscamus omnes. Oremus vt sit protectrix in prosperis, submoueat noxia, suggerat, profutura, admittat preces supplicantium intra sacrarium Diuinitatis: nobisque impetret consortium suæ beatitudinis. Idem fatentur Catholicorum omnium Senatus; atque Hussitarum cohors, quorum dux loquitur: De cuius (Deipara) plenitudine ait Bernardus, accipiunt vniuersi: ægri curationem, tristes consolationem, Angeli lætitiam, Filius humanæ carnis substantiam, tota Trinitas gloriam. Hæc ille, quo melius loquitur Ioannes Vuicleuuseiusdem magister: Hic videtur mihi, quod impossibile est nos præmiari sine Mariæ suffragio: ueruntamen sunt gradus in eius auxilio,

B. Paulus Diaconus. Suidas. Rodingus. *D. Ephram.* *D. Fulgent.* *D. Alphōsus* *Hussus.* *Vuicleuus.* *l. 7. c. 10. In hoc Constanti. Con. Sch. Iesuita.* *Ora. de lau. S. M.* *Ser. de lau. M. ex par.* *Ser. 6.* *In fid. sua Elucidatio.* *Ser. de Assu. Mar.*

Digitized by Google

Hussus. vt quosdam etiam præscitos iuuat ad cauendum peccata, vel eorum grauedinem, & per consequens ad pœnę mitigationem. Hæc ille; quem secutus eius discipulus alio loco dicit: Facta est post suum Filium primum medium Humano generi ad saluandum. Ipsa si quidem Reparatrix Humani generis, & Porta Cœli; quia Genitrix DEI facta est, & Angelorum Domina, sine cuius suffragio impossibile est saluari aliquem peccatorem. In Aplica.

Miracula D. MARIAE non sunt neganda.

CXX.

Ioannes. Non pudet Oecolampadiū cum suis gregalibus simul impudentissime vera atque certa reijcere miracula Deiparę, & Sanctorum, quæ acceptissima, & cātantissima fuerunt, ac sunt in toto terrarū Orbe, quæ Sancti Patres scriptis commendarunt, acceperunt, audiuerunt viderunt, obtinuerunt, experti sunt, tradiderūt, vel tradita a fide dignissimi legerūt, uel auscultauerūt quæ publice coram oculis omnium Christianorum effecta sunt ad inuocationem Marianam, & quæ credit, & confitetur omnis Christi Ecclesia, ac vel etiam hæresiarchæ vt paulo ante ostendi, ne dum Catholici, qui veram pietatem, veram religionem colunt, & sincero ac Christianissimo affectu, corde credulo & minime ad ea credenda auaro, suscipiunt, non reijciunt: imo pro ueris reipsa probantur, & ea fide quam dignantur, pie prosequuntur. In Disp. Baden.

Gloriosum, Salue Regina Canticū, retinēdū est.

CXXI.

Lutherus. Heerbrādus. Impatientissimus mortalium Lutherus: Ferre nequeo, inquit, ut MARIA dicatur spes & uita mea. Et gregalis Iacobus Heebrandus: Turpissime, inquit, errant Pontificij, dum Diuę Virgini hoc tribuunt, quod sit fons ineuacuabilis misericordiarum & ueniæ, imo ipsa misericordia & uenia. Post. ma. E. in Na. B. V. Disp. defens. Abr.

Bibombachus. Guilhelmus Bibembachius bacchatur satis insane, ac furiose in pium ac salutare Canticum Salue Regina. Ac denique Matthias Reidt Satanicus Lindauiensis minister, ut suam plebem a cultu Deiparæ magis, ac magis abalienaret, solenne Canticum salue Regina integro & uirulēto scripto oppugnandum suscepit. Quorum facinus meritissime detestantur Catholici, cū D. EPHRAEM appellantes eam spem Patrum, spemque mundanorum, cum D. EPIPHANIO ipsam Cœli terræque Mediatricem, cum D. BEDA non derelinquentem sperantes in se, cum D. BERNARDO totam spei rationem, & cum Ecclesia CHRISTI Matrem misericordiæ, Aduocatam, spemque nostram. Eidem vero fauent Græci, dum sic orant: Tu inexpugnabilem murum, & munimentum salutis DEI Genitrix Virgo oramus, inimicorum consilia dissipa, populi tristitiam in gaudium verte, vrbē tuam muni, cum Rege simul pugna, pro pace mundi intercede: quia tu es DEI Genetrix spes nostra. Hęc illi, a quorum assertione non discrepat Hussus, qui Ecclesiæ CHRISTI tam egregium Canticum approbat, & in medium (vt patuit antea) producit, ac Preces eiusmodi Ecclesiasticas allegat: MARIA Mater Gratiæ, Mater Misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Oecolampadius non Matrem, sed Reginam Misericordię, nedum Matrem misericordiarum vocat. Postremo Deipara, vel Seruatrix dici potest testimonio Theologorum Vuitembergensium. Ad assert. Torren. Patres. Or. in Lau. D. V. M. Hæ. des. M. Ser. in B. V. M. Schismatici. Hussus. In Replica. Oecolampadius. Ser de B. V. Canisius. l. 5. c. 13. de Deip. M. V.

D. MARIA in gloria oēs Beatos, & Angelos superat. Canisius.

CXXII.

Denique plures impij pessimi Lutheri errorem secuti (id quidem ex iam prædictis discernitur probeque elicitur) nullam Deiparæ prærogatiuam in Cœlo relinquunt, sicut in Terra titulis, honore cultuve spoliant, & cum omnibus Sanctis in Gloria exæquant. Contra quorum hæresim Vniuersa stat l. 4. c. 26. de Deipa.

Ec-

Digitized by Google

Ecclesia, quę Spiritu Sancto auctore per Sanctos loquitur: D. METHODIVS Tyri gloriosus Episcopus: MARIA glorificata, Deoque digna sedes, quæ solis mentis oculis conspici potest. D. EPHRAEM: Nulla comparatione ceteris omnibus superis exercitibus gloriosior. D. MICHAEL Syngelus: Virgo integerrima, quæ omnibus cœlestibus Potestatibus sublimior est, & omni Dominationi dominetur, ad sublimiorē Cœli requiem assumpta est. D. HILDEPHONSVS: Virginem ad immortalitatis gloriam trāsmutatam, ac super Angelos eleuatam, nullus fidelium ambigit. D. ANSELMVS: Tota Christianitas nouit MARIAM supra omnes Cœlos exaltatā, & Angelicis Choris prelatā. D. ALBERTVS Magnus: MARIA illuminat Sanctos in Gloria. Hæc Ecclesiastici commendant, olimque hæretici non impugnarunt, inter quos externos Ecclesiæ Hussus est, qui ita Orthodoxe loquitur, ac si Catholicus piusque in omnibus extitisset: Rogo etiam pro meis iisdem accusatoribus Virginem castissimam, Genitricem SALVATORIS, Reparatricem Humani generis, Reginam Cœli, quæ ex titulo Gratiæ naturæ super additę Angelicam naturam superat: quæ intra omnes Beatos, citra Filium suum, est Beatior singulari priuilegio gloriosior, Gratia & dotibus Gloriæ fœcundior.

D. Method. · In Thre. · D. Ephram. · Or. de Deip. · D. Michael · In Dio. Ari. op. · D. Hildep. · Ser. 4. · D. Anselm. · De exc. M. V. c. 4. · D. Albertus · Ad c. 1. D. M. V. · Io. Hussus. · In fidei sua elucidatio.

CXXIII.

D. MARIA omni laude celebranda.

Impurissimi nebulones, spurcissimi blaterones, iniquissimi popinones, nequissimi helluones, & pessimi Satanæ commilitones Diuinissimam Deiparam contumeliosissime traducunt Messalliani, Copronymus, Lutherus, qui cum eadem simul Apostolum quoque traducit, dicens; Paulus, vt apparet, quasi per contumeliam Matrem Filij DEI mulierem tantum appellat. Deinde Caluinus, Gualterus, Heerbrandus & ceteri, qui eamdem traducere conantur, nequaquam ipsam omni laude a Christianis celebrandam accusant, cum plane hoc consistat ex diametro aduersum Scripturas sacras, & Ecclesiasticas Sanctorum omnium Traditiones, & omnium Christianorum piā sententiam, & Christianissimam consuetudinem. Sic itaque de Deipara pulcherrimè, dignissimè, & Christianissimè scribit D. METHODIVS: Benedicta tu celeberrima, & desideratissima: tuum DEI Genitrix nomen Diuinis benedictionibus, & gratijs est ex parte refertum. Tu fidelium fax: Tu incircumscripti (si ita quidem loqui fas est) circumscriptio: Tu speciosissimi floris radix: Tu Creatoris Mater: Tu nutrix omnia nutrientis: Tu cuncta continentis, & comprehendentis comprehensio: Tu illius gestatrix, qui verbo suo portat vniuersa: Tu porta per quā in carnem ingressus est DEVS: Tu purificantis carbonis forceps: Tu præangustus illius sinus, qui sino suo omnia complectitur: Tu incomprehensibilis illius roris vellus: Tu Bethlehemitica illa cisterna, quam velut vitæ refocillatricem Dauid desiderauit, ex qua immortalitatis poculū emanauit: Tu propitiatoriū, per quod DEVS humanam naturam indutus, mortalibus innotuit: Tu impollutum illius indumentū, qui lucenti vestimento circumfunditur: Tu DEO nullius alioquin rei indigo, carnem quam non habebat mutuata es, &c. Salue in æternum ineffabile gaudium. Ad te namque rursus recurrimus. Tu festiuitatis nostræ principiū, Tu medium, Tu finis, Tu pretiosa Cœlestis Regni margarita: Tu vere fons vberrimus totius Sanctitatis: Tu animarum altare, panis vitæ. Salue dilectionis DEI thesaure. Salue Humanitatis Filij fons. Salue Spiritus Sancti vmbraculum. Huic uero succedit D. EPHRAEM: Dignare, Virgo, te tuum seruum laudare, & dicere: Aue DEI splendidissimum, & luculentissimum uas. Aue Domina MARIA gratia plena: Aue in mulieribus Virgo beatissima: Aue stella fulgentissima, ex qua CHRISTVS prodijt: Aue illlustrissima lux, mater, & virgo: Aue, qua mirifice Regem omnium peperisti, Aue per quam nobis Sol præclarissimus illuxit. Aue Domi-

Coccius. · lib. 3. art. 5. de Deipa. · Feuardent. · In Tho. Cal. · D. Method. · Ora. in Hypopan. Do. · D. Ephram. · Ora. de lau. D. M.

Digitized by Google

na cunctis sublimior: Aue canticum Cherubim, & hymnus Angelorum: Aue pax, gaudium, & salus mundi: Aue generis humani lætitia: Aue Patrum preconium, & Prophetarum decus: Aue martyrum pulchritudo, & corona Sāctorum: Aue piorum gloria, anachoretarum hymnus: Aue preclarissimam Hierarchiarum Cœlestium ornamētum: Aue præstantissimū orbis terræ miraculum: Aue signum vitæ, gaudium & voluptas: Aue uallum fidelium, & mundi salus: Aue tranquille portus, & a fluctibus agitatorum liberatrix: Aue nostra periclitantium auxiliatrix. His plane concordant illustrissimæ Ecclesiæ Græcorum Patres Diui CYPRIANVS, CYRILLVS, BASILIVS, Chrysostomus, Damascenus, & multi alij; sed audiamus post duos Græcos totidem Latinos. D. PETRVS Chrysologus: Quantus sit DEVS satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem nō stupet, animum non miratur, pauet Cœlum, tremunt Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit: & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, vt pacem terris, Cœlis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrena cum Cœlestibus parētelam, pro ipsa domus exigat pensione. Vere benedicta Virgo, quæ & Virginitatis possidet decus, & Matris dignitatem. Vere benedicta, quæ & superni conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronā. Vere benedicta, quę fuit maior Cœlo, fortior Terra, Orbe Latior: nam DEVM quem mundus non capit sola cepit D. AVGVSTINVS: Videamus, quæ est illa Virgo tam sancta, ad quam Spiritus Sanctus venire dignatus est: quæ tam speciosa, quam Dominus elegit sponsam: quæ tam copiosa, cuius generationem totus orbis excipiat: quę tam casta, vt possit Virgo esse post partum. Hæc est immaculata cōcubitu, fœcunda partu, Virgo, & casta perpetuo. Hæc concipit non viro, sed Spiritu: hæc parit non dolore, sed gaudio. Hæc est Sponsa CHRISTI, & Gentium Magistra, quæ se plenā miratur, & fœtam lętatur. Sed quid dicam pauper ingenio, cum de te quidquid dixero minor laus est, quam dignitas tua meretur. Si Cœlum te vocē, altior es, si matrem gentium dicam præcedis. Si formam DEI appellem, digna existis. Si Dominam Angelorum vocitem, per omnia te esse probaris. Huic omnino concordant Latini Patres præclarissimi D. AMBROSIVS, HIERONYMVS, GREGORIVS, HILDEPHONSVS, BERNARDVS, BONAVENTVRA, ALBERTVS, LAVRENTIVS, & cetera Orthodoxorum corona. Quam quidem plerique amplectuntur hæretici utriusque factionis Lutheranæ scilicet atque Sacramentariæ. Quocirca Spāgembergius ad illa verba: Ecce ex hoc tempore beatam me prædicabunt omnes generationes. Si hæc verba sunt implenda, necesse est profecto, esse homines, qui eam laudibus vehant ac ornent. Elisabeth incepit Lucæ 1. dicens: Beata, quæ credidisti. Similiter & mulier, Lucæ 11. Beatus venter, qui te portauit: & vbera, quæ suxisti: Quis eam nunc beatam prædicabit? Iudæi, Turcæ, Gentes, hypocritę, & pseudochristiani procul dubio non faciunt, sed summa ignominia, & blasphemia eam afficiunt: proinde nostri erit officij, qui CHRISTI Euangelium profitemur. Quare peruerse agunt, qui præ nimia sapientia, & sanctimonia ferre non possunt, vt hæc salutatio recitetur. Bullingerus præterea inquit: Si MARIA benedicta est inter omnes mulieres, & beata ab omnibus prædicanda nationibus, infelices certe sunt Iudei, qui ipsam nunquam conuitijs incessere desistunt: infelices sunt Pseudochristiani, qui Iudæis, nihilo meliores ipsam laude sua spoliant. Oecolampadius postremo miris eam laudibus sic effert: Recte admonet Propheta, vt in Sanctis laudemus DEVM. In quo autem plasmare tam laudandus DEVS, vt in Virgine MARIA, quam hodie non solum inhabitare, ceu templum sanctissimum, sed ex ea, & in ea carne assumpta homo fieri dignatus est? Cœli enarrant gloriam DEI, ne inuideant, quem ipsi continere nō poterant, Virginis vtero clauditur. Obstupescant Angeli, quod ipsis preteritis, Rex eorum ad Virginem diuertit, & quomodo non per MARIAM lau

D. Petrus. — Ser. 140.

D. August. — Se. 6. de tēp.

Ioannes. — In Eu. An. B V.

Henricus. — Ser. de B. V. M.

Ioannes. — Ser. de Lau. in Mar. D.

dabilis

dabilis DEVS, in qua se ostentat gratissime, si vspiam Diuina commēdatur munera: in quam congesta, quæ alicubi disseminata: in qua refulgent, quæ alicubi nitescunt? Nam vt homini communicatæ creaturarum omnium dignitates, ita ista omnium humanarum eminentiarum particeps est. Quid mirum si παραβολικῶς nulli non creaturæ imparetur, dicaturque, vt est, Cœlū ornatissimum, pulchra vt Sol electa vt Luna, clarior sideribus, fœcūdior terra, profundior abyssis, candidior lilijs, odoratior rosis, humilior violis. & rursus procera, vt palma in Cades, exaltata, vt cypressus in Syon: exaltata, vt platanus iuxta aquas, exaltata vt cedrus libani? & quis colligeret omnia? Quid item mirum, si figuris suis Scriptura nobis eam deliniet, quas pij non explodunt, licet doctiores sublimiora reconditioraque ex ijs hauriant mysteria. Recte & ipsa dicitur ardens rubus Mosis, virga Aron, vellus Gedeonis, arca fœderis, turris Dauid, thronus Salamonis, hortus conclusus, fons signatus, porta clausa, vestimentum summi Sacerdotis, atq; aliis modis. An & ad humanas laudes trāseundum? Quid ergo mirum si dicatur, cum ita sit, quod fide vincat Abrahaam; patientia longanimitateque Isaac & Iacob, castitate Ioseph, mititate Dauid, maiestate Salomonem, religione Iosiam: &, vt semel dicam, omnes numeris omnibus vincat, excellatque it in vnoquoque virtutum genere, ac si solum illud peculiare fuisset. Superuacuum foret eā cōferre Saræ, Rebeccæ, Racheli, Delboræ, Hæster, & alijs sanctis mulieribus quæ & viros in tantum anteiuit. Quin potius si cœlestes Angelicæq; Virtutes nobis cognitæ essent; in eis liceret nobilius cognoscere, quid illi cum vnaquaque commune. Sed quæ supra omnes, quæ Regina est omnium, quam DEVS præ omnibus honorauit, cui similis non reperitur alia, quid non assecuta, quod eminentissimam probet? &c. Nunquam de me, vt in Domino confido, audietur, quasi auerser eam erga quam minus bene affici, reprobatæ mentis certum existimem indicium.

Angeli esse asseruntur.

CXXIV.

Coccius. Lutzēburg. Sadducęi, Samaritani & nostro seculo Georgius Dauid, & Libertini ineru dite, & infideliter dicunt, neq; Angelum esse, neq; Spiritum. Quod vna cū plurimis Scripturis, communi omnium seculorum fide, & vniuersa militantis militiæ CHRISTI Ecclesia. Nouatores insuper cuncti repudiant, & illi etiam, qui saltem genitos esse finxere, atque etiam Philosophiæ studiosi, qui Angelos intelligentes recte appellauerunt, vt apertissimum est. *l.3.ar.1. de angelis. Cat. haret.* *In Metaph.* *Aristoteles.*

Angeli à Deo creati.

CXXV.

Lutzembur gius. Vesanus Dialecticus Hermanes Risuuic, Angelos creatos esse negat, quia pro more hæreticorum in Scriptura, inquit, nō habetur. Basilides dixit alios ex alijs esse natos, idem Proclus Philosophus. Mahometus hos ex igne genitos asserit. Quos omnium Christianissimi, Scripturarum Diuinarum obseruantissimi, ac omnis uirtutis studiosissimi refutant Catholici, quos sequuntur Hussitæ, & recentiores omnes aut certe propemodum omnes heretici, quemadmodum Ecclesia CHRISTI scilicet Romana in sacrosancto Concilio Lateranensi Oecumenico Christianissime ad hunc modum tradidit; Vnum est vniuersorum principium. Creator omnium inuisibilium & uisibilium, spiritualium & corporalium qui sua omnipotenti uirtute, simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, Angelicam uidelicet, & mundanam, & deinde humanā, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. *In Cat. har.* *Caluiniani* *In conf. fid. Calu.* *Lateranum* *Cap. 1.*

Digitized by Google

Angeli non sunt creatores. *Coccius.* *Lutzëburg.* *Prateolus.*

CXXVI.

Signifer hæreticorum Simon magus, Seleuciani, ac Bogomilli Angelos creasse Mundum, de igne & Spritu creare Animam dicũt; & Petrus Abailardus Angelos aliquid creare dicit. Quod in Ecclesia ęternis testimonijs locupletata, Diuinis doctrinis instructa, & summa veritate semper redimita damnatur. Reijciunt illud Flagellantes, Lutherani, Caluiniani, Anabaptistæ ac Trinitarij. *l.8.ar.3. de S.g. Eccl.* *Cat.haret.* *De hares.*

Angeli non sunt adorandi. *Alphonsus a Castro.* *Lindanus.* *Coccius.* *D.Eusebius*

CXXVII.

Angeliei dicuntur, qui Angelos adorabant, Dœmoniaci Anabaptistæ decies per diem colunt, item Condormientes. Quod quidem reprobat Ecclesia, quæ vnum solumque DEVM summo Latriæ cultu adorat, & Angelos sine impietate adorat, hoc est pie honorat vna cum Patriarchis, Prophetis, & omnibus Sanctis, qui iam olim idẽ perfecerunt & scriptum reliquerunt, & scriptis probauerunt ante plurima sęcula. Namque D. EVSEBIVS Cæsariensis qui claruit anno 320. a suspicione calumniæ, & criminationis Catholicæ Ecclesiæ Patres vindicans scripsit: Ex Saluatoris decretis accepimus esse quasdam post supremum DEVM Potestates natura incorporeas, intelligentes, rationales, omnique virtute præditas, quæ circum Regem vniuersi choros exerceant: quarum plures etiam vsque ad homines ipsius Patris nutu, quadam salutari dispositione mittantur: quasque & cognoscere, & venerari pro ratione gradusque dignitatis edocti sumus, vt soli DEO, qui est Rex vniuersi, adorationis honorem tribuamus. Euagrius antiquior: Angelos honoramus non ob naturam, sed ob uirtutem: ac dœmones ignominia afficimus, propter vitium, quod in illis est. Hoc quidem sicut iam olim ita nunc docent Orthodoxi omnes, & qui aliter sentiunt, non probant tamquam dogma ab Ecclesia alienum, atque hæreticum, reprobant quoque illud omnes hæretici, quippe qui cultum Catholicum vere Christanum Angelis exhibitum nimis quam insense ac infideliter abiiciunt. *Tit.Idolat.* *In Dubi. & in Tab.* *l.4.de Ang.* *De dem. E. li.3. c.5.* *Euagrius.* *Ap.Dam.l. 1. Paral.c. 2.*

Angeli Sancti, ac irreprehensibiles. *Caluinus.*

CXXVIII.

Nil mirum si Sanctis non parcunt hęretici, quando etiam Angelos traducunt. Caluinus enim amasius Diaboli passim iniustitiæ & prauitatis perperam arguit: DEVS uno loco dicit, pronũciat stultitiam & vanitatem extare in Angelis hoc est contagionem, & labem peccati. Obedientia quam præstant DEO non est tam perfecta, quin uenia indigeat. Dehinc Pseudomartyr prauis affectionibus imbutos falso criminatur. Danęus impuros nominat, Oecolampadius etiam nescio quibusdam næuis impie traducit. Quos iure merito conciues Angelorum Cœlites omnes Satanę tradunt, & hæreticæ, seu Ethnicæ, atque diabolicę impietatis, ac calumniæ notant. Diuus nam EVSEBIVS Orthodoxe inquit: Cum DEVS uellet diuitiarum suarum thesauros pluribus impertire, essetque iam iam omnem rationalẽ creaturam in lucem producturus, incorporeas uidelicet quasdam, atque intelligentes, & diuinas potestates, Angelosque, atque Archangelos, materieque expertes, & omni parte puros spiritus produxit D. BASILIVS Magnus: Sanctificatio quæ est extra substantiam Angelorum, perfectionẽ illis adiungit, per communionem Spiritus. Conseruãt aũt dignitatem per perseuerantiam in bono, habentes quidem in eligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius, qui uere bonus est, consortio excedentes. D. GREGORIVS Nazianzenus: Gestit quidem animus dicere, ad malum immobiles, atque ad bonum duntaxat agitationem habentes. D. GREGORIVS Nyssenus: *Insti.3. Ser. 16. Iob.in c. 23. Mat.in co.1.ad Ra. & in 1. ad Coloss.* *Vermilius.* *Danaus.* *Oecolampadius.* *Ad Ro.8. et oc.co.f.83.* *In c.62 Ench.Rug* *Com in 4.c. Iob* *D.Eusebius* *De demonst. Ev.li.1.c.1* *D.Basilius.* *De Sp. San. c.16.* *D.Gregor.* *Or.38.pan. in Chr. Na.* *Orat 4 de Ora. Dom.*

Eam,

Digitized by Google

Eam,quæ in Cœlis est Sanctarum virtutum vitam,à nequitia atque vitiositatem vacuam,& ab omni peccatorum macula integram,& puram esse noluit Diuinitus prodita Sacra Scriptura. Atque D.CYRILLVS Alexandrinus: Virtutes Sanctas,ac rationales,ab ipso quidem originem sortitas,subsistentes autem absque omni macula,assuetas humili sensu illius sceptris, & Dominicæ voluntati obedire, ineprehensibilemque præseferentes obediētiam, nobiscum qui lædimur militare iussit. Hæc ille Orthodoxus aduersus prauam hominum impiorum persuasionem, impiumque commētum. Inquo impietatis consensus longe magis seipsos, multis Antichristi næuis notarunt, quam puros Sanctosque Angelos. Eo autem plus quo se se fœdis contradictionibus turpiter labefactarunt. Hinc est quod Caluinus inquit: Cultus ille quem Angeli exhibent DEO perfectus est ab omni parte,quatenus perfectio in creaturis cadere potest: ideoque cum in precibus rogamus DEVM, Fiat voluntas tua sicut in Cœlo,& in Terra,protestamur nullam esse in Angelorum obedientia contradictionem. Sed DEVM in ijs tam pacifice dominari,vt per omnia uoluntatem eius exequatur. Rursum: Inter DEVM & Angelos nulla est defectio, nullum peccatum: ideoque nullum diuortium.Iterum: Angeli nunquam a DEO alienati fuerunt, vt reconciliatore opus habeant.Huic vero succedit Lābertus: Boni Angeli inquiens,in eo statu permanserunt,in quo creati sunt: qui cum sit beatus & felix,beati & felices sunt illi. Nunc autem incommutabiliter in eo statu beati sunt.Item: Sunt soli homines,non Angeli peccatores.Denuo: Lubentissime DEO parent Angeli Sancti, non obmurmurantes, non tergiuersantes.Demum corrupti Caluinitæ hæretici Hugonotę his plane assentiuntur, dicentes,idque sæpe alibi roborantes: Angeli nihil quærunt,nisi ut placide, integre & sine ulla tergiuersatione pareant DEO.

D.Cyrillus. *L.4.cō Iuli.* *Caluinus.* *Se.16.in lib* *In c.2. epist. ad Col.* *In cap. 17. Mat.v.5.* *Danaus.* *Ad c.25.& 27.Ench.B. Aug.* *In Ora.Do. c.15.* *Caluinit.* *In Cat. Do. 40.& in cō. fid.Cal.art. 7.*

CXXIX.

Quilibet proprium habet Angelū custodem.

Angelos esse hominum custodes, quemlibet proprium habere Angelū negat Caluinus,negant Magdeburgenses, asserunt vero sacræ Litteræ,asserunt Orthodoxi Patres,Sancti Ecclesiæ CRISTI Doctores,vt pro exemplo Origenes ait: Ego non ambigo in cœtu nostro adesse Angelos, non solum generaliter omni Ecclesiæ,sed etiam sigillatim: de quibus Saluator: Angeli eorum semper uident faciē Patris,qui in Cœlis est. Et Diuus BASILIVS Magnus: Cuilibet fidelium est Angelus assistens & adiunctus, qui in Cœlo est videre dignus. Et Diuus HIERONYMVS: Magna dignitas animarum vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quod vnusquisque nostrum habeat Angelos, multæ Scripturæ docent; &c. Hoc idem astruunt omnes Catholici,nempe sentientes Catholice suum cuique singularem Angelum esse: quibus hæretici adstipulantur: Lutherus enim sic asserit: Quilibet Cæsar,Rex,Princeps, imo quilibet homo suum habet Angelum. Et aliubi: Scriptura testatur quemlibet Christianum suum habere Angelum.

Iodocus. *Lib.4.ar.3. de Angelis.* *Origenes.* *Hom.23.in Luc.* *D.Basilius.* *Ho.in ps 48* *Ad cap.18. D.Matt.* *D.Hierony.* *Ad 66.cap. Esa.* *Lutherus.* *Ad cap.1. Zac.* *Ad cap.18. Mat.*

CXXX.

D.MICHAEL Archangelus nō est incarnatus.

Furore insano corripiuntur Bogomili cum Basilio duce eorum, qui Diuum MICHAELEM Archangelū incarnatum fuisse nugantur. Quorum fidelissimus & constantissimus contemnit commentum Catholicus pariter atque omnis quantumuis infidelis, quantumuis inconstans, & vesanus hæreticus,tamquam vtique dogma Scriptis sacris omnibus aduersum, Euāgeliis omnibus contrarium,Ecclesiæ Catholicæ omnino repugnans,ac ipsi rationi,possibilitati, ac fidei quidem omnium Christianorum ex diametro reluctans,& reclamans.

Euthymius. *In Panop. p.2.til. 23.*

Digitized by Google

Lucifer, & Angeli eius merito damnati nũquã vero saluabuntur. Joannes Trithemius. Lindanus. Coccius. Lutherani. Feuardent.

CXXXI.

Lollardi nõ in absimilem rapiuntur errorẽ: quippe qui Luciferum iniuria deiectum cum satellitibus (& hoc etiam Anabaptistarum, & Libertinorum quidam dicunt) saluandum; Diuũ vero MICHAELEM, & reliquos Angelos bonos damnandum. Idque damnat Ecclesiastica Christianorum omnium quotquot umquam fuerunt ac sunt Auctoritas, item communis Lutheranorum, Caluinianorum, Hugnosticorũ, Anabaptistarum, Trinitariorum, Bezanorum, & aliorum hæreticorum assertio, a DEO, vt frustra in his aliquid in medium afferre existimetur, quasi de re plane notissima.

In Chr. Hir de an. 1315 In Dubitan. li. 8. ar. 3. de Sig. Eccl. Conf. Aug. 17. art. In Thoma.

Angelorum Chori ac Ordines asseruntur. Lutherus. Cocius.

CXXXII.

Omnium cõfusionũ ecclesiastes Lutherus, & sui gregales Caluinus, Beza, Sarcerius, Hamelmanus, Magdeburgenses, Hugnostici, & alij, inuehitur in Areopagitam, imo in CHRISTI Ecclesiam promissis Diuinis in æternũ roboratã, & custoditã, q̃ istud a Scriptura addidicit a D. Apostolis PETRO, IVDA, IACOBO, PAVLO, ab eorum Discipulis Diuis CLEMENTE, MARCO, MARTIALI, DIONYSIO, IGNATIO, ab Apostolicis Patribus Diuis ATHENAGORA, IRENAEO, CLEMENTE, HYPPOLITO, a sacris quatuor Ecclesiæ Græcæ Doctoribus Diuis ATHANASIO, BASILIO, IOANNE Chrysostomo, & CYRILLO, à quatuor item Sanctis Latinæ Ecclesiæ Doctoribus Diuis HIERONYMO, AMBROSIO, AVGVSTINO, GREGORIO, à sacræ Theologiæ summis Doctoribus Diuis THOMA, BONAVENTVRA, ALBERTO, DIONYSIO, & ab omnibus Sanctis illuminatis, & Orthodoxis Patribus, bacchatur, confundens, negligensque pulcherrimum omnium Angelorum Chorum ac Ordinem, sed auus eius probè exprobrat, cum ita scribat Hussus cum suis asseclis: Dicit (D. PETRVS) Angelis, per quod intelligitur primus Ordo: Potestatibus, intelligitur secundus Ordo: Virtutibus intelligitur tertius Ordo secundum illud Dionysij: Hierarchia est Ordo Diuinus: per Angelos namque hic intelligitur Hierarchia infima, per Potestates media, per Virtutes suprema.

In cap. Bab. c. de Ord. lib. 2. art. 2. de Angelis. Feuardentius. Hussus. lib. 9. c. 20. de jen. Ad ca. 3. 1. D. Pet.

Angeli pro nobis orant. Coccius. Feuardentius.

CXXXIII.

Caluinus vna cum Matthia Flacio Illyrico, Vuigando, Marlorato, Danæo, Beza, & alijs præ nimia impietate gregalibus Angelis nõ parcit: negat enim eos pro nobis orare, cuius impium deliramentum Musculus, Sarcerius, & alij nebulones approbant, & defendunt: refellitur vero a verbo DEI, ab Ecclesia CHRISTI, à Catholicis Orthodoxiæ perpetuis Doctoribus Diuo IOANNE Chrysostomo dicente: Tempore Sacrificij non solum homines clamorem illum horribilem reddunt, sed etiam Angeli genuflectunt, & Archangeli rogant. Ac D. HILARIO Pictauiensi: Intercessione Angelorum non natura DEI eget, sed infirmitas nostra. Missi enim sunt propter eos, qui hæreditabunt salutem; DEO ex his, quæ agimus, nihil ignorãte, sed infirmitate nostra ad rogandum, & promerendum Spiritualis intercessionis ministerio indigent. Idem communiter asserunt Orthodoxi omnes, qui bus assentiuntur Græci, dicentes: Verbũ principij expers, sacris Cherubim, Seraphim, Potestatum, Thronorum, Diuinarum Virtutum, Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Dominationum precibus diuites tuas miserationes nobis, vt clementissimus, tribue. Hæc Græci Catholicis subscribentes Doctoribus, quibus maluit assentire Brentius, quam illis Hæresis præceptoribus, & perennibus Impietatis magistris,

lib. 4. art. 4. de Angelis. lib. 9 c. 22. de san. Cœl. D. Chrysost. Ho. 3. con. Anon. D. Hilarius In Ps. 129. Brentius. Ad ca. 16. D. Lu.

dicen-

Digitized by Google

Melanthon Vuirtembergenses. dicendo: Angeli orant pro nobis, quemadmodum Zacharias testatur. Cuius suffragatur testimonio Melanthon: Extat apud Zachariam oratio Angeli precantis pro Israele, & sancta ciuitate. Deinceps Vuirtembergēses: Fatemur, aiunt, quod Sancti in Cœlis suo quodam modo pro nobis coram DEO orent, sicut & Angeli pro nobis sunt soliciti, & omnes creaturæ pro salute nostra Cœlesti quodam modo ingemiscūt. Ceterum ex Hugnosticis ipsis testimonia veritatis Catholicę auscultamus. *Vuigandus* Vuigandus in primis dicit: Boni nimirum Angeli piorum precibus delectantur, eæque ab ipsis offeruntur DEO, quia Raphael Angelus dicit Tobiæ, Ego obtuli orationem tuam Domino. *Beza.* Inde Beza: Hęc causa est cur Ioannes hac visione didicerit Sanctorum orationes in hoc mundo, scilicet pura illa precum & beneficentiæ sacrificia, Deo quotidie offerētium, per Angelorum ministerium DEO offerri. *Caluinus.* Denique Caluinus vietum errorem retundens, inquit: Angelorum orationes leguntur sæpius, neque id modo: sed in DEI conspectum per eorum manus perferri dicuntur fidelium preces. *Apol. Conf. Aug. Conf. Vuirtēb. c. de Inuoc. Sanct. Synt. ex vetest. p. 388. Annot. in Apoc. c. 8. Inst. l. 3. 19 20. 24.*

Angeli inuocādi sūt.

CXXIX.

Lutzēburg. Bardi semper semperque ignari hæretici, vt qui modo mihi occurrunt, Cathari, qui auxilium Diuorum Angelorum non implorant, & his bardis barde addit Vuolffgangus, quod etiam si pro nobis orent, non esse implorādos, *Coceius.* & Caluinus, Sarcerius, Vuestmerus, Oecolampadius Bullingerus, Gualterus, Marloratus Angelos non esse inuocandos docent. Contra quos pugnant omnes Christiani verbo DEI eruditi, Scripturę Sacræ plurimis locis admoniti, firmissima Diuorum Patrum traditione corroborati: Etenim D. *D. Ambr.* AMBROSIVS sane asserit: Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis *D. August.* ad præsidium dati sunt, D. AVGVSTINVS: Miseremini mei, miseremini mei ò amici mei: Angelos videtur postulare, vt pro eo deprecentur: aut certe Sanctos, ut pro pœnitente orent. Atque pręter alia loca, dicit: Sancte Michael, Sancte Gabriel, Sancte Raphael, Sancti Chori Angelorum, atque Archangelorum, per illum qui vos elegit, & de cuius contemplatione gau- *Synodus.* detis, vos rogare pręsumo, vt pro me culpabili, DEO supplicare dignemini. His auditis omnes audisse est, cum omnes idem dicant Catholici. Quocirca in Catholicissima Synodo Nicæna Secunda hęc uerba leguntur: Cum DEI timore omnia agamus, postulātes intercessiones intemaratæ Deiparæ & semper Virginis MARIAE, item Angelorum, omniumque Sāctorum. *Lindanus.* Præterea in omnibus Ecclesijs Catholicorum inuitis illis Diaboli nebulonibus dicitur: Omnes Sancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis. Omnes Sancti beatorum Spirituū Ordines, orate pro nobis. Cum his vero consentiunt Græci, dicentes: Omnes Angeli, Archangeli, & Dominationes sacrę, *Schismatici* orate vt nostri misereatur. Rursū. Diuinæ Potestates, Cherubim, Seraphim Dominationes, Angeli, Archangeli precem ad DEVM fundite, vt probe viuamus, salutem consequamur. Item Anabaptistæ. *Lutherus.* Lutherus præterea cum suis symmistis in hunc modum scribit: Neque de hoc dubitare quemquā conuenit, se, cum in mortis periculo, non solum esse, sed sui curam omnes Angelos agere, &c. Alibi: In mortis articulo Beatā Virginem, Angelos proprium Apostolum, & Sanctos reliquos, quibus in vita seruiuit, inuocare non cesset, vt pro se intercedant ad DOMINVM. *Cata. hær. De Ang. li. 4. art. 4. Lib. de iud. In Ioh. com. 2. ad c. 19. In Med. c. 48. Act. 3. & 6. In Dubit. Hero. cano. de 8 & 9. Con. de mo. De prępar. ad mort.*

Diaboli esse asserūtur.

CXXX.

Ioannes Tonaras. Diabolici hæretici Michael Balbus Imperator, Bogomili, Georgiodauidici, Antidęmoniaci ac Libertini negant esse Diabolum, iuxta opinationē erraticam crassi Epicurei, & impij Aristotelis, qui malos Angelos esse credere *In Michaele.*

Digitized by Google

Euthymius. Lau. Surius Caluinus. Gulielmus Aluernus Hugnostici. noluit, deceptus ab ipso familiari dæmone suo quem de oculo Veneris descendisse opinabatur. Quorum nefarium dogma omnis Christianus, omnisque hæreticus repudiat, quemadmodum claret. At potissimum Lutherus, Zuinglius, & Carlstadius Dæmones esse asseuerant: quippe qui vna cum Diabolis nocte, die aspectabiliter, & familiariter conuersati fuere, & ab eis edocti sunt, vt ijdem narrant atque testantur. Quapropter soli Hugonotæ audiendi mihi occurrunt: Credimus, inquiunt hi hæretici pro Catholica Christianæ Fidei Veritate, quod DEVS creauit Spiritus inuisibiles, quorum quidam in perditionem & ruinam prolapsi sunt: alij in obeditione perstiterunt. Priores propria malitia corrupti, omnis boni sunt inimici, & per consequens totius Ecclesiæ: Posteriores per gratiam DEI præseruati, ministri sunt vt nomen DEI glorificent, & Electorum eius saluti deseruiat. Hactenus illi. *Pano; pa. 2 tit. 23. c. 6. In Com. ... e lib. c. 10 Trac. 24. de leg. ... confess. fid. Calu. ar. 7.*

Apparitiones dæmonum vera sunt.

CXXXI.

Iodocus Coccius. Lindanus. Cassius, Michael Balbus, & nouissime anno currente 1550. Libertini, Antidæmoniaci, ac alij Dæmonum apparitionis non credunt, ac spectra esse mera somnia imaginantur Non quidam ita sentit Ecclesia, quæ in Sanctis multa beneficia per Cœlitum, vel Angelorum, vel Sãctorum beatorum, visiones, & apparitiones veras, & certas accepit, multi quoque multa passi sũt per apparitiones dæmoniorum veras, & certas, quemadmodum de S. ANTONIO, & de alijs Sanctis, in Sanctorum vitis satis abunde legitur. Quamobrem aduersariorum quoque quidam apparitiones diuersas diuersis temporibus factas agnoscunt, & plerique eas recensent: &, præter Lutherum, Zuinglium amasios & familiares Satanæ, ac ceteros, Ioannes Vuierius doctor medicus libris sex de præstigijs dæmonũ in scriptis Basileæ anno 1583. in 4. impressis. *l. 4. ar. 6. de Angelis. In Tab.*

Dæmones Sacramẽta conficere nõ possunt.

CXXXII.

Robertus Bellarmin. Lutherus. Inauditum à seculis ullis & plane in gratiam Satanæ commentum Lutheri excogitatum apparet, dicentis Dæmones esse vel esse posse ministros Sacramentorum Diuinorum, posseque vera efficere Sacramenta: idque Vuicleuus, qui nec malos quidem Sacerdotes conficere Sacramenta censuit, reprobatum à se docuit, Hussus, qui solis Sacerdotibus id muneris cõcessit, refutatum voluit, *Caluinus.* Caluinus & sexcenties mille alij hæretici improbatum, & detestatum reliquerunt: Caluinus enim, vt de Beza, & alijs nihil dicam, Sacramentum Baptismi, vel in casu necessitatis à mulieribus ne dum à Diabolis sine impia, & sacrilega profanatione ipsius Sacramenti, posse exhiberi manibus, & pedibus cauillatur. *Lutherus.* Demum Lutherus ipse, nullum Angelorum (nedum dæmoniorum) in Cœlis Eucharistiæ Sacramentum posse conficere fatetur. *De Sacr. li. 1. c. 24. De Miss. angula. Epist. 51. Cat. de Sac. Alt. tom. 6. fol. 87.*

Ars magica improbatur

CXXXIII.

Coccius. Zoroastes magicæ artis inuentor, Trimegistus, Ioannes, Manbres, Balaam, Simon Magus, Gnostici, Basilidiani, Carpocratiani, Helchesaitæ, Manes, Manichæi, Sataniani, Priscillianistæ, Gentiles Philosophi Constantinus Copronymus Zedechias Iudæus, Raimundus Lullius, Hennius Cornelius Agrippa, & Ioannes Vuierius, artem magicam, Dæmoniorum inuocationem, circulos, characteres & sacrificia Satanæ oblata approbauerunt, exercuerunt ac docuerunt. Quorum facinora & Diabolica documenta execratur sacrosancta CHRISTI Ecclesia, Diuinis litteris erudita, *Li. 4. art. 6. de Angelis.*

Dæ-

Digitized by Google

Vuellerus. Dæmoniorum expultrix, & artiũ diabolicarum detestatrix, adeo, vt Hieronymus Vuellerus fateatur in Papatu & olim, & adhuc nostro seculo, dæmonia expulsa esse. Deinceps hęc commercia cum Satana diuinitus inhibita similiter Græci, Hussitæ, Piccardi, Lutherus, Caluinus, Anabaptistæ, Trinitarij & alij hæretici execrantur. Quamobrem hæretici Caluiniani artem magicam diuina lege damnatam asserunt, & damnandam fatentur hoc pacto: *Caluinistæ.* Damnantur omnes malæ artes & media irrationabilia attrahendi ad nos bona proximorum siue violenter, siue arte, vel alio quocunque modo id fiat. *Ad ca. 2. 2. ad Thess. Catec. Ialu. 30. Do. ex Feua. 16. in Theom.*

CXXXIV.

Nemo Sanctorũ in Cœleste Paradisũ raptus est ante CHRISTI Asc. Feuardentius. Bartolom.

Caluiniana scabie infestus Barthasius poeta Sãctos ante CHRISTI Aduentum Cœlestis Paradisi gloria mox a morte frui cantat. Vnde de Sancto Enoch inter alios præcipue versibus suis canit; Henochum corpore & animo raptum fuisse in gloriam æternam. Istud Orthodoxi semper Catholici reiecerunt confitentes Sãctorum animas ad Limbum a morte statim descẽdentes, Cœlum nemini ante CHRISTI Ascensionem patuisse, Christumque illo primum omnium auctoritate, dignitate, ordine, tempore, ac veritate ascendisse, propter hoc iuxta DEI verbum fidemque Ecclesiæ Christianę hoc hæreticorum lymphatorum dogma quasi a veritate alienum abhorruere, idemque perpetrarunt multi hæretici, quin imo Caluinus ipse ad hunc modum scribit. *Caluinus.* Neque in Cœlestem gloriam (Henoch) receptus est: Sed tamen pręsentis vitæ miserijs solutus est, donec veniret CHRISTVS resurgentium primitiæ. *Vermilius.* Inde Petrus Pseudomartyr: Si roget ad quem locum Henochus & Elias translati fuerint, dicerem ad locum Patrum, vel sinum Abrahæ fuisse perductos, vt ibi resurrectionem CHRISTI expectantes, postea iã cum illo resuscitatos supra Cœlos attolerẽtur, &c. Quod enim ad sublimem illum ascensum super omnes Cœlos attinet, concedimus neminem illo esse potitum ante CHRISTVM. *Caluiniani.* Hæc ille ad quem Caluinitæ accedunt dicentes: Patet nobis aditus Cœlorum per Ascensionem CHRISTI, qui nobis interclusus erat propter peccata. *L. 8. c. 9. de 2. p. & 16. c. 6. Cal. Catech. confu. D. 12. Ad c. 5. Ge. In 2. Reg. et 10. cõ f. 381. Cat. c. 6. D. 12.*

CXXXV.

S. Henochus & Helias adhuc viuunt. Feuardent.

Catholica assertio est, Sanctos Henochum & Heliam non dum morte oppetijsse, sed adhuc viuos ac superstites esse, quemadmodũ præter multos docent apud Grecos D. METHODIVS Paterensis Episcopus de fi. mũd. *Græci.* ANDREAS Cæsariensis in Apoc. cap. 30. & apud Latinos Tertullianus lib. de *Latini.* Ani. cap. 50. D. EVCHERIVS Lugdunẽsis Dom. 2. Aduẽtus. Pariter docẽt alij Catholici aduersus impiam impiorum hæreticorum persuasionem. *Geneuani.* Negant præterea illam cycoples. Geneuenses insolenter dicendo: Raptus fuit morte extraordinaria, vt ad pęnitentiã excitarentur homines, qui in impietate persistebant. Hæc illi, quos, vltra alios hæreticos, Barthasius poeta Caluinianus erroris sugillat, poetice canendo; de corporis oculorum Henochi immortalitate. *De C. P. lib. 8. c. 9. In Gal. Bib. in c. 11. ad Heb.*

CXXXVI.

D. MOSEN vir DEI Sanctus fuit.

Mahomet, Bogomili, Albigenses, Mosen pro Sancto non habent, Lutherus omnium carnificum magistrum appellat, & multis nefandissimis incessitur conuitijs, & sacrilegas omnium contumelias in illum ferocissime *Coccius.* rotat. Quinimo per illum DEVM, & in Ecclesiam DEI, quæ summe laudat tantum Prophetam. *D. Clemens* Namque vt Diuus CLEMENS Romanus Pontifex Maximus Ecclesiæ per D. PETRVM à DEO constitutum, refert Diuos Apostolos, quorum ipse eorum sectator fuit Constitutiones scriptis retulit, *L. 6. ar. 3. et 8. arti. 3. de Sig. Ec. Mat. 4. Ec. 45. Luc. 20 Const. Apo. lib. 6. c. 3.*

Digitized by Google

tulit, hæc astruxisse: Desciuerunt a Mose DEI ministro omnium lenissimo ac fideli, & tantum virum ingratissimi homines inhonorarunt: illum dico Legislatorē, Custodem, Pōtificē, Regem illum Diuinorum mysteriorum, magistrum illum, qui quasi quidam conditor Conditoris opera ediderat; illum mitissium, modestissimū, summe tolerantem, illum summa erga homines caritate præditum: qui multis periculis eum liberarat, & ex multiplici genere mortis sua sanctitate eripuerat: qui tot signa Diuina, & prodigia populo designarat: qui preclara, & mirabilia opera beneficii dandi causa patrarat de quo dixit DEVS: Non surrexit Propheta vt Moses. Præter hæc & longe alia plura, quæ Sancti de eodem affirmant, Scripturis Sacris, confirmant, Fides Catholica, vtpote a sacris Litteris erudita pro Sancto habet, colit. Item perfidi Iudęi his hęreticis meliores, hęretici Hussitæ, Græci, Caluinitę, Lutherani & Lutherus ipse vt paulo ante constitit.

D. DAVID fuit Propheta CHRISTI. S. Philastr.

CXXXVII.

Item quidam hæretici Manichæi nempe, Gnostici, Nicolaitæ, & alii perfidis Iudæis deteriores Diuum DAVIDEM CHRISTI Prophetam inficiantur. Quod quidem, de more Catholico, tum antiqui tamque recentes hæretici suis scriptis, siue tacite, siue palam longe improbauerunt, in quem etiam commentaria, quibus hoc ostenditur, & firmatur scripserunt, & præ ceteris CHRISTI Prophetam fuisse luculenter probauerunt. In quo quidem imitati sunt Sanctos Patres, qui eūdem inter Prophetas semper recensuerunt, semper crediderunt, semper probauerunt, ac semper tradiderunt, duce CHRISTO.

L. de Heres *Iodocus.* *De Sig. Ec.*

Sancti iustitia non imputationesti sunt. Caluinus.

CXXXVIII.

In ca. 3. ad Ro. nu. 25. & in 1. Luc. ver. 6.

Scribit pessimus hæresiarcha Caluinus, & refert Marloratus: Iam aliquoties monuimus non iustificari homines, quia reipsa tales sint, sed imputatione; hoc idem impie docent Lutherani, contra verbum DEI, plurimis Scripturæ locis expressum, Orthodoxorum Patrum sententiam, Doctorum Catholicorum omnium assertionem, Ecclesiæ CHRISTI Apostolicæ fidem, & definitionem. Ceterum hoc infra tractabo fusius ac specialius. Quod ad confutandum modo millium loco (nam plurimi hęretici huic reclamant) erit Caluinus ipse sic veritatem quam Catholici confitentur, astruendo: Sicut a primitiis benedictio diffunditur in totum prouētum, ita Spiritus DEI nos CHRISTI sanctificatione aspergit, facitque eius participes: neque id imputatione solum, (nam hac ratione dicitur nobis factus esse iustitia) sed dicitur & factus esse nobis sanctificatio. Hactenus ille perditus.

Idem. *C m. 2. ad Rom. c. 17. Io v. 19.*

Fides vel periculo mortis palam asserenda est. Lutzēburg. Seba. Med. Lindanus. Caluinus. Feuardent.

CXXXIX.

Catal. her. Sum. Om. her f. 76. In tabu. Aam. viti De Cœl. Patra. l. 8. c. 13

Basilides docuit fidem negandam persecutionis temporibus: Clancularij in Germania Fidem esse clam asserēdam docebant. Hoc confutant Catholici, vniuersi Christianismi patroni omnes, & hæretici, vnde Caluinus pro sua nouissima omnium de verissima Sacramenti Eucharistię Veritate, ingenti perfidia ait: Carnalem præsentiam oppugnare nobis ad extremum vsq; spiritum decretum est. Inde multi hæresiarchę ac hæretici in hæresi vsque ad necem pertinaciter perstiterunt, & passi suntcarceres, tormenta, ignē & mortem, ut hæresini vsque ad exhalationem miserarum animarum obfirmarent. Ergo hi proculdubio in fide vsque ad mortem constanter perseuerandum censuerunt.

Mar-

Digitized by Google

Martyrium Deo gratū est ac magni meriti cumulus.
S. Philastr.
Tertullian.
Cochlaus.
D. Ignatius.
D. Irēnaus.
D. Cyprian.
Lutzēburg.
Harmenop.
Nicolaus Sanderus.

De Hares.
In Scorpi.
De act. & scrip Luth.
Ep. ad Eph.
L. 4. c. 72.
Epist. 36.
Cat. haret.
De opi. har.
De ritibus. Mon. Hist.

CLX.

Martyrium non esse subeundum dixit Basilides, quia neque passus est CHRISTVS, neque crucifixus: Gnostici docuerunt Martyria non esse DEO grata, non multo ab horum stultitia abscedunt Hussus, Lutherus, Magdeburgenses,& inter alios Georgius Dauid, qui stultos ait fuisse Apostolos,& Martyres,quod tormenta,mortem propter CHRISTI confessionem passi sunt. Quorum prauum dogma, stultumque commentum reijcit DEI Ecclesia vsque ab initio. Vnde D. IGNATIVS gloriosus CHRISTI athleta ante mille,& quingentos annos,ait: Cōfido vestris me precibus consecuturum,vt Romæ bestias pugnem,quo per Martyrium discipulus esse possim illius, qui seipsum pro nobis obtulit DEO Patri oblationem,& hostiam. Atque D. IRENAEVS: Pretiosam arbitremur coronam,quæ per agonem nobis acquisitur,sed non vltro coalitam:& quanto per angonem nobis aduenit,tanto est pretiosior: quanto autem pretiosior, tanto eā semper diligamus. Ac D. CYPRIANVS: Pœna subigitur,cruciatus obteritur,nec mors metuitur,sed optatur,quæ scilicet immortalitatis præmio uincitur,vt vitæ æternitate,qui vicerit,honoretur. Hæc sectātur Christiani omnes quotquot vmquam fuerunt,inde Circumcelliones,qui adeo Martyriū magnifaciebant,quod seipsos occiderent,ut pro Martyribus colerentur;nec absimilia committebant Circuitores,Biathamati: idem perpetrabant Scopitici: hos imitati sunt Flagellantes: Tanti quoque æstimabant Messalliani Martyres,quo nemo Sanctorum,nisi Martyres ab illis honorarētur,quos aliquadantenus sectati sunt hæretici recentes ex Anglia,qui eos,qui pro Satana & suis impietatis facinoribus suspensi ac trucidati sunt, ex punctis ex Albo Diuorum veris CHRISTI insontibus ac Martyribus, pro martyribus coluerunt,ac colunt. Vltimo Cathaphryges & reliqui hæretici Martyrium ut DEO gratum,ac magnimeriti cumulum approbant.

Sancti post discessum ex hac vita repente in Cœlo beantur.
Coccius.
Eneas Sylu.
Florentinū.
Lutzēburg.
Feuardentius.
Hussus.

L. 5. de San. Ecc. art. 2.
De orig. Bohe. c. 35.
In lit. vnio.
Cat. haret.
In Ann. l. 2. c. 29. D. Ire. adu. har.
Ser. Prag. Syn. ad Cle. & epi. 22.

CXLI.

Armenij, Græci, Petrobrusiani, Correrij, Fraticelli, Vigilantius, Abailardus, Lutherus, Agrippa, Augustinus Bohemus,& Caluinus, Sanctorum animas mox post discessum ex hac vita, in Cœlum ire, beari, DEVMque uidere impie negant. Quorum sceleltissimus error, ac impia hæresis, merito ab Ecclesia Catholica vniuersa repulsa est, vtpote exempli ratione apud sacrosanctum & Oecumenicum Florentiæ Concilium hac definitione istud sācitur: Definimus illorum animas,qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractam peccati maculam,vel in suis corporibus,vel ijsdem exutę corporibus sunt purgatæ,in Cœlum mox recipi,& intueri clare ipsum DEVM,Trinum & Vnū sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate, alium alio perfectius. Vnde Vualdenses hæretici Orthodoxe inquiunt, Animas Sanctas e corporibus excedentes perpetua consequi gaudia. Hoc credunt Iacobitæ. Idem mihi uisus est sensisse Lutherus, cum dixit: Quid aliud sunt Sancti,nisi velut guttulæ roris, siue guttæ noctium in cincinis & capite sponsi? idem quoque eos omnipotentes vocat & inuocandos suadet,ergo certe sensit in Cœlo beari. Ioannes quoque Aurifaber adeo desipuit, vt sceleltissimos etiam in Cœlo beari post mortē putarit: ponit enim Lutherum magistrum suum omniū mortalium scelestissimum in Cœlo supra Martyres, Apostolos & omnes Angelorum choros,ac supra Matrem ipsius DEI. Ioannes præterea Hussus Lutheri doctor, sic dicit: Sanctorum Martyrum & Confessorum Animæ sic accenduntur pro articulo mortis in amore CHRISTI, quod statim ponuntur in Patria, non relicta macula expurganda. Et alibi: Iam Petrus &

Pau-

Digitized by Google

Paulus regnant cum Rege superno,iam intersunt Choris Angelorum,iam vident Regem summum in decore,iam nullo afficiuntur tædio, sed pleni sunt incredibili gaudio. Idem tradidit eius Præceptor Vuicleuus. Et post illos Zuinglius sic dicit: Credimus Animas Fidelium protinus vt e corporibus euaserint subuolare Cœlo, Numini coniungi,æternoque gaudere. Hactenus ille,cui consentiunt & suffragantur suis scriptis Caluinus, Bullingerus & eorum asseclę,quorum caput scelestissimum sibi contrarium paulisper audire hoc loco fas erit. Intelligit CHRISTVS fideles,postquam mundo interierint agere Cœlestem vitam cum DEO. Hæc inextimabilis consolatio est,quod scimus animas nostras e corporibus migrantes non fortuito uagari,sed a CHRISTO suscipi in fidelem custodiam,si modo eas in ipsius manum deponimus. Admonet CHRISTVS non ideo creatas esse hominum animas, vt mundo tantum ad paucos dies fruantur: vt sua demum illi constet in Cœlo immortalitas. Colligere potest ex Pauli verbis, animas mox a corporibus solutas apud DEVM viuere. Qui ergo in Christo moriuntur,migrãt ad vitam æternam. Hæc ille relatore Marlorato,cui astipulatur Beza, dicendo: Credimus & docemus eorum qui in fide CHRISTI moriuntur statim cum IESV CHRISTO capite suo colligi in Paradiso, idest in Cœlis: ibi iam nunc reipsa frui æterna illa ineffabili beatitate.

Vuicleuus. Cinglius. Caluinus. Marloratus Beza.

Epist. 22. Trial. c. 1. In expo fid. Chr. In Mat. ve. 32. In Act. 7. v. 59. In Mat. 16 ver. 26. In 2. Cor. c. 5. v. 8. Ad cap. 27. ... et. v. 44. To. 3. tract. Theo. ep. 82.

Sancti vita functi in Paradisi gloria extat.

CXLII.

Lambertus Danæus extreme delirat,dicendo, Nullos Sanctos esse in Paradiso: sed in terra duntaxat. In quo hæretici ceteri nõ cõsentiunt,nec eiusdem quidem sectæ,ne dum aduersarij, vt Lutherani,Anabaptistæ, Trinitarij,& ante hos Vuicleuitę,Vualdenses,Hussitæ,quorum dux euidentissime dicit: Sanctorum Martyrum & Confessorum animæ a morte statim ponũtur in Patria. Petrus & Paulus regnat cum Rege superno. Sancti in Patria clare vident articulos, quos nos obscure cognoscimus, nec dicuntur ipsos credere,sed videre. Hæc ille ad quem accedunt hæretici omnes, qui nullo negotio gratisque idem fatentur,Danęum æque libere atque libenter damnant. Quinimo ex perfidiosa & detestabili ipsius secta eidem iure quidem merito aduersatus Caluinus, Beza, Marloratus, Viretus, Farellus,& alij, quorum vnus loco omnium Caluinitarum audiatur Petrus Vermilius: Necessarium est ex hac vita descendentibus animis nostris vel tormentorum locum,vel sinum Abrahæ dari. Neque aliud intelligimus per sinum Abrahæ,quam certum locum,& receptaculum animorum, in quo eis pax & trãquillitas in conspectu DEI concedatur. Hæc ille falsus martyr, verus hæreticus catholice. Catholicus recte inquit D. IVSTINVS: Post exitum animarum e corpore illico iusti ab iniustis segregantur: aducũtur enim ab Angelis ad condigna sibi loca. Ac iustorum quidem anima in Paradiso, vbi cõsuetudine, & aspectu fruuntur Angelorum, & Archangelorum visione quoque ipsius Saluatoris CHRISTI,pro eo atque dictum est; Peregre absumus a corpore,& præsentes adsumus ad Dominum D. CYPRIANVS; Claudentur oculi in persecutionibus terræ,sed patet Cœlum; minatur Antichristus,sed CHRISTVS tuetur,mors infertur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur,sed restituto Paradisus exhibetur: vita temporalis extinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est dignitas, & quanta securitas exire hinc lętum, exire inter pressuras,& angustia gloriosum: claudere in momento oculos,quibus homines videbantur,& mundus, & aperire eosdem statim, vt DEVS videatur & CHRISTVS? tam feliciter migrandi quanta velocitas? Terris repente subtraheris, ut in Regnis Cœlestibus reponaris. D. ZENO: O dignus gloriosi exitus finis, ascensurus altitudinẽ Cœli,corporis sui impedimenta præmittit, & exequias funeris ipse præcedit,&c. Arcadius beatissimus Martyr adhuc demoratur in seculo, iam Mar-

Danæus. Hussus. Feuardent. Pseudomartyr. D. Iustinus. D. Cyprian. D. Zeno.

Com. in Ep. ad Phil. Ser. ... in sy. Fra. ad Cle. Epist. 22. De ec. c. 8. L. 8. Theom. de C. ... c. 3. L. de Luct. Quæst. 25. In Exho. ad Mart. c. 12. Ser. de 5. Arc. Mart.

Digitized by Google

D. Euseb. tyr recitatur in Cœlis. D. EVSEBIVS: Sancti Martyres quam celerrimo cursu sublati ad Superos, res multo præstabiliores sunt consecuti, & in ipso Cœlo, & Paradiso Diuinis delicijs perfruuntur. Hæc hi pulcherrime tradunt & omnes Catholici, & tota Catholica Orthodoxa ac Romana Christi Ecclesia, cui qui non credit, perfidiosus est, ac impius hæreticus. Hist. l. 10. c. 1.

CLXIII.

Paradisus Cœlestis locus CRISTI ac Beatarũ asseritur. Caluinus. Beza.

Certum statutumque Cœlestis Paradisi locum glorificationi Sãctorum designatum non esse dedita opera sæpe numero contra seipsum inficiatur Caluinus, quem sectatur Beza, qui impudentissime traducit, & vt ipse loquitur, ex animo contemnit & detestatur, quidquid a Catholicis de eodem asseueratur. Contra quorum cõtemptibilem persuasionem, & detestabilem hæresim, non solum recentiorum Theologorum Christianissimę sententia, verum etiam veterum Diuorum Patrum ac Cœlestia impugnant oracula. D. enim BASILIVS ille Magnus: Vos inquit quadraginta Martyribus, non terra cõtexit, sed Cœlum. Aperte sunt vobis Paradisi portæ, o dignum profecto exercitibus Angelorũ, Patriarchis, Prophetis, & Iustis omnibus spectaculum. D. Gregorius Nazianzenus de D. BASILIO asserit: Nunc ille quidem in Cœlis est, illic etiam (ni fallor) sacrificia pro nobis offerens. Diuus IOANNES Chrysostomus: Vbi ego sum inquit CHRISTVS, illic & minister meus erit. Vbi CHRISTVS? in Cœlis. Ergo ante resurrectionem illuc anima, & mente transferemur. D. AVGVSTINVS: Felix anima, quæ terreno resoluto corpore libera Cœlum petit secura est, & tranquilla, non timet hostem, neque mortem. Habet enim præsentem cernitq; indesinenter pulcherrimum Dominum, cui seruiuit, quem dilexit, ad quem tandem lęta, & gloriosa peruenit. Hanc tantæ beatitudinis gloriam nulla dies minuet, nullus improbus potuit auferre. Hoc omnes credunt, & confitentur Catholici iusta Diuina oracula. Quod etiam plures Lutherani sic probant: Vado uobis parare locum. Angeli semper vident facie Patris, qui est in Cœlis. Electi sunt velut Angeli in Cœlo D. Ioannes, Stephanus & Petrus viderũt hoc Cœlum apertum. Dauid eius meminit, DEVS in Cœlo parauit sedem suam. Itẽ Salomon: Exaudi nos de loco habitationis sanctitatis tuæ. Et Paulus ait: CHRISTVS ascendit super omnes Cœlos. Sedet ad dexteram maiestatis DEI in excelsis. Habemus Pontificem qui penetrauit Cœlos. Exaltatus est super omnes Cœlos. Conuersatio nostra in Cœlis est. Vnde etiam Saluatorem expectamus. Cum sono tubæ & voce Archangeli descẽdet de Cœlo. Deinde quasi coronidem addendo, post citata hæc Scripturæ loca, inquiunt: Neque difficile est plures alias ex Scripturis proferre, vt quod CHRISTVS & Electi visibiliter, & certum spacium occupantes, eodem tempore tantum vno in loco in Cœlesti habitatione sunt, & perpetuo erũt. Hæc Lutherani, quos Caluiniani, post Caluinum sectantur inter quos Danęus est, qui dicit: Corpora Beatorum in Cœlesti beatitudine futura sunt in loco certo, ac definito. Postea Caluini præco, quẽ nomen suũ profiteri puduit, nisi sub hac inscriptione S. G. S. Orthodoxiam sub oculis Caluinianorum Catholicam eo modo profert: Credimus ex verbo DEI Empyreum, quo recipiemur vna cum IESV CHRISTO & Sãctis Angelis esse certum quendam & definitum locum supra omnem Mundi machinam. Ceterum alijs omissis placet mihi vltimo loco, vt Beza turpissime sibi repugnans notetur. Inquit igitur: Nos in Cœlis extra mundum non phantastice, sed Diuino verbo præeunte, Beatorum sedem, ęternumque domicilium constituimus, de quo quisquis dubitet prorsus insaniat.

Marginalia (left): D. Basilius. D. Gregor. D. Chrysost. D. August. Lutherani. Danæus. Author incognitus. Beza.

Marginalia (right): In ca. 16. & 23. Luc. in 22. Mat. in 16. Mat. Conf. pun. 6. — Hom. 20. — Or. 20. fun. — Ad c. 12. Io. — lib. Medi. c. 23. — Ep. co. Mal. — In c. 23. Enchir. Aug. — Com. in Banthas. hebdo. die 1. — l. de Ascen. Do. p. 280.

CXLIV.

Christiani mutuo & pro infidelibus orare possũt. Guido.

Pelagij fictio fuit, quod minime pro fidelibus, vel pro infidelibus, vel pro *De Pel.*

Thomas Vualdensis. Gaspar Vlebergius. — *Tom. 3. Ca. 9.*

peccatoribus inuicem orandum sit; nec ideo singulis pro singulari persona orandum esse arbitratur fuit. Idē vero opinatus est Vuicleuus, & noui Anabaptistæ. Nō ita existimauit Fidelium CHRISTI Ecclesia, qui Oracula scripturæ obseruant illa: Clamauit SAMVEL ad Dominū pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. Orate pro inuicē vt saluemini. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt. Atque alia plurima. Propterea Sexta Synodus, Constantinopolitana apud Grecos, ista habet. Omnes vnanimiter & cōstanter acclamamus: Domine saluum fac Regem. Et apud Latinos Toletana sexta: Omnipotēs Dominus Cœlorum donet Regi nostro, & in præsenti seculo diuturnam uitam, & in futuro Gloriam ęternam. Remensis: Vt pro Domino Imperatore, suaque nobilissima prole orationes, & oblationes super, hos quæ hactenus pro ipsis DEO Omnipotenti oblatę sunt, augeantur, ut eos suis temporibus in præsenti seculo cum omni felicitate custodiat, & in futuro cum sanctis Angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat. Toletana Nona, Obsecramus DEI misericordiam largam, ut serenissimo Domino Recesuintho Principi glorioso ita pręsentis uitę felicitatem impertiat, ut Angelicæ beatitudinis gloriam post longæua tempora concedat, atque ita nos eiusdem felicitate lętos semper efficiat, ut in terra uiuentium remunerandos attollat. Ab his autem nec Vigilantius quidem Gallus discrepat, qui sic loquebatur: Dum uiuimus, mutuo pro nobis orare possumus. Deinceps Vuicleuus quoque Christianæ fidei aliquantum fauet, qui mendacium cum ueritate miscendo fallaciam hæreticam cum assertione Catholica copulabat, dum non pro singulari homine orandum, sed tantum pro omnibus, contra verbum DEI Apostolicum, & Euangelicum, & Ecclesiæ Catholicæ fidem, qua ita pro singulis speciatim vt pro omnibus generatim orare docetur, asserebat. Idem censuerunt, vti liquet Christiano sacris studijs addicto alij hæretici, quos Hugonotæ sectari se nimis quam ambitiose iactant.

Synodus Græca. — *ex. prosph. ad Const. Imp.* · *Synodus Latina.* — *Cap. 3.* · *Latina.* — *Cap 40.* · *Latina.* — *Cap. 17.* · *D. Hieronym.* — *Ad. Vigilā. c. 3.* · *Vuiclef.* — *Ap. Thom. Vuald.* · *Caluiniani* — *In Catec.*

CXLV.

Caluiniani Caritas Sanctorū perpetue duratura.

Caritas numquam excidit, Apostolico sermone didicimus. Caluinus aūt hoc ex professo contra expressissimum DEI verbum hæretice impugnat, & infideliter, ac impie negat. Asserit uero oīs Catholicus, ut ex uno, & altero audito omnem Catholicū audisse liquet. D. PROSPER, dicit; Caritas est inquinamenti omnis extranea, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, &c. Ac rursum; Custodiam legem tuam semper, in seculum, & in seculum seculi. Quod dixit, Semper, ne ad omne istius vitæ tempus tantummodo referretur, adiecit: Et in seculum seculi. Lex aūt, quā perpetuo custodire desiderat, caritas accipienda est, quia est plenitudo legis, & cessantibus ceteris mandatis sola permanet in æternū. Inde D. APONIVS scriptor antiquus: Caritas Domini secundū Apostolū 1. Cor. 13. in æternū manet. Hæc ille Orthodoxus Pater, cui non modo Catholici, sed & hęretici quicumque Sanctorum patrocinium & intercessionem credunt, planè assentiuntur. Nā si Sancti nos in Paradiso odio prosequerentur, neutiquam pro nostra salute, nostrisque necessitatibus orarent, nullatenusque nos exaudirent deprecātes. Quod ita persuasissimum est omnibus, ut Caluinus ipse palinodiam cantare sit coactus. Quid absurdi, ait, si dicamus, Caritatis perpetuitatem, quā hic prædicat Apostolus post diem extremum fore. Hæc ille, quem sectantur miseri Hugnostici, quibus non aduersantur Catholici, nec contradicunt hæretici, ut puta Oecolampadius, qui ait; Sancti in Cœlis sua adhuc caritate flagrantes, non desinunt pro nobis intercedere. Et alibi: absit vt spiritus illos suam caritatem erga nos imminuisse, tametsi longe secus quam nos orent. Brentius hoc idem probat. Si CHRISTVS ipse apud Patrem pro nobis intercedit, quomodo non et Sancti afficerentur erga nos in CHRI-

D. Paulus. — *1. Cor. 13.* · *Caluinus.* — *In 1. ad Fe. 13.* · *D. Prosper.* — *De san. car. ca. 13. l. de v. Con. & in exp. in Psa. 118.* · *D. Aponius.* — *Com. in Cā. lib. 3.* · *Ioannes.* — *Ad Se. Chrysost. de Iu. & Max. Mart.* · *Ioannes.* — *Ad ca. 12. Dan.* — *Ad c. 16. L.*

STO & per CRISTVM caritate,& optarent nobis à DEO felicia queque? Deinde hisdem consentiunt Musculus, Bullingerus, Vermilius, & alij, qui, vt colligit Marloratus, confitentur, quod caritas numquam cessat, numquã dissoluitur, perpetuo durat, numquam finem accipiet. Post hęc, Beza loquitur: Caritas numquam excidit ac proinde salutem nostram sitiunt Sanctorum spiritus in Cœlis versantes: id nos concedimus.

Beza. | Confe.ca.4. art.4.

Beati nobiscũ Sancta quadã communione iũguntur.

CXLVI.

Beati nobiscum simul Sancta quadam Communione iunguntur quicquid Caluinus, & Hugnostici nugantur: quia caritas, quæ nunquam excidit, qua inuicem dilexerunt fideles CHRISTI, fueruntque dilecti, maior esse potest in Patria, quam in itinere, ciues enim plus peregrino prodesse potest, quam cui peregrinus. Ac si Sancti suos dilectos hoc seculo dilexerunt, in periculis defenderunt, summis officijs fauerunt, quare in portu tuti ab omni scopo & naufragio, dilectissimi, & carissimi DEO, suos caros summa caritate non amabunt, non fouebunt? Impium profecto est, si quis Sanctos in via caritate erga proximos flagrasse, & in statu eamdem, in eisdem extingui afferat. Hinc D. HIERONYMVS, D. AVGVSTINVS, & alij argumentãtur a minore, (vt Logici loquuntur) ad maius ad hunc modum: Si Apostoli, & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando pro se debēt adhuc esse liciti, quãto magis post coronas, victorias, & triumphos? Hanc ob causam Pater plane Apostolicus, & summe Orthodoxus, Sanctissimus pariter, & eloquentissimus Doctor, & Martyr, qui ante illos circiter duo secula floruit, D. CYPRIANVS D. CORNELIO Episcopo Oecumenico Ecclesiæ CHRISTI, sic scripsit. Memores nostri inuicem simus concordes, atque vnanimes; vtrobique pro nobis semper oremus, pressuras, & angustias mutua caritate releuemus: Et si quis istinc nostrum prior diuinæ dispositionis celeritate præcesserit, perseueret apud Dominum nostra dilectio fratribus, & sororibus nostris apud misericordiam Patris nõ cesset oratio. Hæc ille, cuius doctrina, ita plane est Catholica, atque Apostolica. Namque Apostolorum Princeps summusque, & Primus totius Ecclesiæ Episcopus D. PETRVS in Epistolis suis fratrum suorum, nẽpe CHRISTI fidelium curam, atque memoriam, post obitum sui retinere ac habere apud Dominum spopondit: Dabo operam, ait, & semper habere vos, post meum exitum, vt horum mentio fiat. Huc accedat D. PAVLVS enucleate dicens Romanis tunc, & nunc: Certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia potuit me separare à caritate DEI. His accedat Cõfessio Apostolorum: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam Sanctorum communionem: Ceterum qui cum Catholicis sentiunt, audiantur aliquot hæretici, quorum primus est Caluinus, qui ita scribit: In Symbolo vbi profitemur nos credere Ecclesiam, id non solum ad visibilem refertur, sed ad omnes quoque electos DEI, in quorum numero comprehenduntur etiam qui morte defuncti sunt. Addit paulo post: Sic electos DEI omnes in CHRISTO esse connexos, vt quemadmodum ab vno capite pendent, ita in vnum velut corpus coalescunt, ea inter se compage cohærentes, qua eiusdem corporis membra, &c. Hucusque ille, cui Viretus assentitur, dicendo: Sicut in Ciuitate, in Republica, in corpore, quædam communio existit inter incolas, inter ciues, inter membra: sic in Ecclesia IESV CHRISTI est quædam vnio, quoddam velut in ciuitatis, atque societatis, cuius vinculo corpus cum capite suo IESV CHRISTO, & singula membra sic inuicem cohærent, ut nullo modo nisi communiter perfrui possint, &c. Hactenus hæreticus Catholice, cui Catholicus Pater Franciscus Feuerdentius grauissimus apud

Feuardent. | De Sã. Cœl. c.11. lib.10

D. Hieron. | L. con. c.19.
D. August. | Ser. de an. 41 de temp.
D. Cyprian. | Epi. 57 lib. 1. ep. 1.
Petrus.
D. Paulus. | Ep. 2.1. ad Rom.
Apostoli. | In symb.
Caluinus. | Instl. 4. c. 1
Viretus. | Exposi. sup. symb.
Franciscus. | In Th. casu.

Digitized by Google

Parisinos Theologus hæc sapienter adiicit. Hæc Ecclesia, & hoc mysteriū CHRISTI corpus non minus comprehendit Sanctos, qui in Cœlis quiescunt, quam qui laboribus fatigantur in terra, sicut ante demonstrauimus: idque ex eo etiam confirmari potest, quod Spiritus Sanctus reuelauit unam duntaxat esse columbam, unam electam, unam denique Ecclesiam Sponsā CHRISTI. Sequitur ergo DEVM uelle, ut credamus eamdem esse unitatem, confœderationem, & mutuam caritatem inter Christianos qui sunt in Cœlis, & qui in terris agunt, qualis debet esse inter ciues eiusdem ciuitatis, municipes eiusdem reipublicæ, & membra unius, eiusdemque. Ad hunc accedunt Caluinitæ: Vt unum est tantum caput fidelium, si debent esse unū corpus: Communio Sanctorum significat, & exprimit unitatem quæ est inter membra Ecclesiæ. Hæc illi, qui nomine solius Ecclesiæ, terrestrem pariter atque Cœlestem complectuntur Ecclesiam, continuo adijcientes: Ecclesia quidem uisibilis est. Ecclesia uero electorum non potest planè cerni oculo. Stāt itaque hi hæretici, quemadmodum & superiores, a parte Catholica sicut & illi, qui Sanctos, beatos caritate nobis opem ferre cum Catholicismo consentiunt.

Caluinitæ. — *Cat. Do. 15. 16. c. 6. cum conf. Feuar. l. 16. Theo.*

Sācti in Cœlo pro nobis orāt, & nobis patrocinantur ac subueniunt. Iodocus Coccius.

CXLVII.

Turpissima nequissimi Constantini Copronymi lex fuit, ne Intercessio Sanctorum, quæ nihil posset, peteretur. Vualdenses eiusdem impiæ legi indulgent; negant enim Sanctos in Cœlo nobis opem ferre posse, & pro nobis intercedere. Pari impietate perstringūtur Lollardi, Vuicleuus, Thaboritæ, PicKardi, Lutherus, Zuinglius, & Bullingerus. Quos respuit Romana CHRISTI Ecclesia: & cum ea Hussus asserit: Petrus & Paulus gloriosi Martyres sic iuncti Regi Gloriæ dignentur pro nobis intercedere, vt ipsorum auxilio fortes facti, simus eorum Gloriæ, consortes humiliter patiendo. Item Lutherus: Omnes Sancti omnia possunt, & tantum tibi per eos a DEO datur, quantum te credis accepturum, &cet. Quid sunt Sancti nisi velut guttulæ roris, siue guttæ noctium in cincinnis sponsi? Et gregalis eius Melanthon: De Sanctis & si concedamus, quod sicut uiui orant pro Ecclesia vniuersa in genere, ita in Cœlis orent pro Ecclesia in genere, tametsi testimonum nullum extet in Scripturis præter illud ex libro Machabæorum posteriore. Ac rursum. Maxime orant Sancti pro Ecclesia. Hæc ille in Apologia, quam tanti fecit Lutherus, vt eam canonicis libris exęquare non uereatur. Oecolampadius: Quid mali, si & cōcedemus Patrocinia Sāctorum. Et iterum: Beati spiritus, qui nobiscum diem nuptiarum Agni expectant, non sine desiderio nostrę salutis sunt, quod preces illorum esse opinor: & sic nobiscum Petrum & Paulum orāt: Adueniat regnum tuum. Brentius: Si Angeli orant pro nobis, quemadmdum Zacharias testatur, & si CHRISTVS ipse apud Patrem pro nobis intercedit quomodo non & Sancti afficerentur erga nos in CHRISTO & per CHRISTVM caritate, & optarent nobis a DEO felicia quæque? Dauid Chytręus: Sancti pro tota Ecclesia ardentissime precantur, vt Lucæ 16. Moses & Helias colloquuntur cum CHRISTO, de his, quæ uentura erant. Cruciger: Vt Ecclesia hoc festum in terris peragit: sic non est dubium, quin ipso tempore MARIA DEI mater, tum tota Cœlesti Ecclesia, cum omnibus Sanctis & Beatis, qui ex animo DEO gratias agunt, pro vniuersa DEI in terris Ecclesia precetur. Confessione Vuitembergensium: Fatemur quod Sancti in Cœlis suo quodam modo pro nobis sunt soliciti, & omnes creaturæ pro salute nostra Cœlesti quodam modo ingemiscunt. Hactenus hęretici, qui a Sanctibus Patribus traditum & factum acceperunt, nec ignorant hucusque in Ecclesijs Christianorum sic orari: Sancta MARIA, ora pro nobis, omnes Sancti Angeli, orate pro nobis. Omnes Sancti DEI, orate pro nobis. Et olim

l. Sart. 4. de San. Ec.

Hussus. — *Epist. 22.*

Lutherus. — *Ser. de dec. prac. c. 5.*

Melanthon — *In conf.*

Oecolāpad. — *To 6. Ope. Chry. p. 243. Ad ca. 12. Dan.*

Brentius. — *Ad ca. 16. Luc.*

Chytræus. — *Ad c. 2. S. Mat.*

Gaspar. — *Concio de Chr. Nat.*

Lutherani. — *Cap. de bo. noc. Sanct.*

Ecclesia. — *In Lita.*

in

Synodus. in Nicæno Concilio: Cum DEI timore omnia agamus postulantes intercessiones: incontaminatę nostræ Deiparæ, Sanctorum item Angelorum, omniumque Diuorum & Patrum nostrum. *Act. 3. & 6.*

Sācti etiam pro singulis orant, nō modo in genere pro Ecclesia

CLXVIII.

Lindanus. *Melanthon.* Melāthon flos scilicet niger cōmentū fingit impietatis,& deliramētū a Satana Suggestum producit in medium,quod potius extra Europā,ceu fœtū fœtidissimum,& pestilēs in vltimas terras orbis deportandū erat,Sanctos enim,vt is cauillatur,solum in genere pro membris Ecclesiæ,non etiam pro singulis orant: In genere tantum, stolide nugatur, orant Sancti pro Ecclesia uniuersa. Quod figmentum spurij Luciferi, primogenitique Lutheri præsens, ac præterita CHRISTI Ecclesia,quemadmodum doctissimi Orthodoxi,& religiosi Theologi Hossius,Lindanus,Bellarminus, Arturus,Feuardentius,Coccius & alij plurimi palam demonstrant, abhorruit,verbo & opere damnauit,& Christiano spiritu in despectum Antichristi Antichristorum coryphæum omnium æternæ abominationi subiecit. Hinc fit,vt auus Melanthonis Hussus Ecclesiæ,doctrinam Catholicæ amplexatus sit, & hæreticam delirationem detestatus ad hunc modum fuerit: Petrus & Paulus gloriosi Martyres sic iuncti Regi Gloriæ,dignentur pro nobis intercedere. Et,alibi: In vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, qui dignatur orare pro nobis Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Et alibi: Rogo pro meis ijsdem accusatoribus Virginem castissimam,Genitricem Saluatoris,Reparatricem humani generis,Reginam Cœli, quæ ex titulo gratiæ naturæ superadditæ Angelicam naturam superat &c. Dehinc Oecolampadius: Nobiscū Petrus & Paulus orant. Adueniat regnum tuum. Demum improbi nebulonis Melanthonis improbissimus alioqui magister Lutherus apertius loquitur: Ecclesia non dicit: Sancte Paule cura mea vulnera: sed: Ora pro me. Quare omnia commendes ei, in quem magis es affectus: primum peccata tua,& necessitatem animæ; sicut S. Cæcilia fecit in nuptijs suis, &c. alibi: In mortis articulis beatam Virginem, Angelos, proprium Apostolum, & Sanctos reliquos, quibus in vita seruiuit, inuocare non cesset. Aliubi: MARIA inuocari debet,ut DEVS per eam det,& operetur, quod petimus.

Marginalia (left): Catholici. — Hussus. — Oecolāpad. — Lutherus.

Marginalia (right): Pano. Euā. l. 3. c. 30. — Apolo. Aug. circ. inuoca. Sanct. — De Inu. Sā. — Epist. 22. — Epist. 30. In fid. sua elucidat. — In c. 12. Da. — De pri. prec. — De prep. ad mort. — Sup. Magn. to. 6. Ger. fo. 21.

Sanctorum merita magna & multa esse asseruntur.

CXLIX.

Scabie hæretica infecti ex errore in errorem præcipitari numquam desinunt, quorum quidem vnus est Archihæresiarcha hæresiarcharum pessimus Lutherus,quippe qui Merita Cœlitum nulla,nulliusque pretii esse superbe,& sine metu impudenter cum suis gregalibus portētosis hypocritis, qui prætextu humilitatis Merita Christianorum omnia hæreticissime abolent,contendit, ac in Principem Apostolorum, & Coryphæum Ecclesiæ CHRISTI, post CHRISTVM, a CHRISTO institutum furenter debacchatur, atque sacrilege blasphemat: Diui Petri merita, ne asse quidem redimerem. Hæc ille quidem Ethnico more de re Diuina ludit aduersū DEI verbum,dicentis de eiusmodi materia: Protegam ciuitatem hanc propter me,& seruum meum Dauid. Et non tantum aduersus plura verbi DEI oracula in Scriptis Diuinis probata, sed etiam aduersus Ecclesiam DEI viui, quæ in Cœlis feliciter agit,& quæ in terris constanter demoratur, & fortiter dimicat. Quæ Merita Diuorum non duntaxat credit magna,multa, imo maxima,& plurima,verum etiam oculis videt,& manibus contrectat, experientia probat,beneficia experitur,quod fide credit & ore profitetur. Origenes enim doctissimus Patrum Græcorum sic fatetur: Ego sic arbitror,quod omnes illi,qui dormierunt ante nos Patres pugnent nobiscum, & adiuuent nos orationibus suis. D. DOROTHEVS Tyri Episcopus: Quia per Esaiam

Marginalia (left): Martinus. — Bunderius. — Coccius. — Origenes. — D. Doroth.

Marginalia (right): In post. mai. Do. a Tri. 7. cit. Coccius. l. 5. art. 4. de San. Ecc. — In Comp. de Inuo. Sanct. — In The. Cat. — Hom. 16. in Iosue. — In Synop.

fue-

fuerat hoc factum, populus Iudæorum prope Siloam illum accurrate annuo honore sepelierunt, vt per Sanctas illius preces, etiam post obitum illius consimili modo aquæ istius beneficio frui liceret. Diuus BASILIVS Magnus: Suscipio Sanctos Apostolos, Prophetas, Martyres, qui pro me apud DEVM supplicant, quo per illorum mediationem propitius mihi DEVS noster, & remissionem peccatorum mihi gratias largiatur. D. CORNELIVS Papa: Orantes DEVM, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, ut intercedentibus Sanctis cum Apostolis maculas purgat peccatorũ vestrorum. D. MARCIVS Papa: Oraculum Propheticum atque verissimum sic protulit: Sancta Romana Ecclesia semper immaculata permansit, vt Domino præuidente & beato Petro opem ferente, in futuro manebit, & sine vlla hæreticorum insultatione firma omni tẽpore persistet. D. HIERONYMVS iugulator Vigilantij: Si Apostoli, & Martyres, adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti: quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moses sexcentis millibus armatorum impetrat a DEO veniam: & Stephanus, imitator Domini sui, & primus Martyr in CHRISTO pro persequutoribus veniam deprecatur, & postquam cum CHRISTO esse cœperint, minus valebunt? D. AVGVSTINVS: Ponebant infirmos suos, vt vmbra saltem Petri transeuntis obumbraret eos. Si tunc opem ferre poterat vmbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicãtibus proderat aura quædam transeuntis, quanto magis gratia nunc permanentis? Merito per omnes CHRISTI Ecclesias auro pretiosus habetur ferrum illud pœnalium vinculorum si ad præsidia supplicantium tam potens fuit ante martyrium, quanto magis efficax post triumphum? Ac rursum, Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, vt MERITIS eorum consocietur, & orationibus adiuuetur. Ac rursum alicubi: MERITA Petri, & Pauli etiam propter eundem passionis diem celebriter, & solemniter Roma commendat. Hæc tota firmissime tenet Ecclesia. Cui re vera assentitur Hussus, dicens: Ego adhuc spem habeo quod DEVS omnipotens potest me eripere Sanctorum meritis de manibus eorum. Huic preterea, alijs hæreticis omissis, hæreticus Bucerus assentitur, vt hic Martinus hæreticus Martino hæretico opponatur, hoc modo scribens: Cum in his precationibus quicquid Diuorum tribuitur Intercessionibus vel Meritis, id totum non ab ipsis Diuis, Sed a misericordia DEI per Dominum nostrũ IESVM CHRISTVM petitur: eo ipso qui sic orant, confitentur & testantur, se, quæ a DEO per Sanctorum Intercessionem, & Merita orant, agnoscere & esse gratuita DEI dona. Hæc ille. Ceterum non sunt perquirendi in Germania, uel in Gallia, uel in Anglia hæretici qui hoc docent, cum monstrum Saxoniæ habeamus suam sic faciem mutans: Non negaui unquam Meritis & precibus Sanctorum, quãtumlibet imperfectis iuuari, quod sub dole mihi inurere conantur miseri homines.

(Margin, left: D. Basilius. D. Cornel. D. Marcus. D. Hierony. D. August. Hussus. Martinus. Martinus.)
(Margin, right: Ep. ad Iulian. Apost. Epi. 2. Ep. ad Ath. Adu. vigil. c. 3. Ser. 5. de S. L. con. Faust. c. 21. De cons. Eu. lib. 1. c. 10. Epist. 35. In disp. Ratisbo. de pub. Et pracibus. In Resp. ad Louanien.)

CL.

Inuocationem Sanctorum negat Vigilantius antiquum Galliæ monstrũ Mahometus, Copronymus, Claudius Taurinẽsis, Petrus Brusius, Henricus Tholosanus, Cathari, Vualdenses, Vuicleuus, Sartorius, Lutherus, Melanthon, Heluetiani, Hemingius, Brentius, ac Beza. Eam verò asserunt Græci, Hussitæ, Oecolampadius, Bucerus, Camerarius, & præ ceteris Lutherus, qui nihil pendens num sibi repugnet, clarissime dicit: Sinite ut Diuorum implorent patrocinia, quando ita uolunt, ea tamẽ lege ut sciant, sibi cauendum, nequam fiduciam & præsumptionem, persuasione falsa inducti in ullum Sanctorum ponant. Et alibi: Cuius usus, & quo loco Sãcti nobis erunt? Hoc eis

(Margin, left: Sancti a nobis inuocandi. Coccius. Lutzeburg. Iœã. Hoffmeisterus. Lutherus.)
(Margin, right: Li 5. art 6. de SS. Ec. Cat. hære. Lib. 2. Dial. Epist. ad Ephord.)

Digitized by Google

uteris modo, quo proximo tuo. Quemadmodum enim illis dicis; Ora pro me Deum; ita & illis dicere potes: Diue Petre ora pro me. Non peccas, si apud eos, vt pro te orente instes: e diuerso, si eos non inuoces nihil itidem peccabis. De intercessione Sanctorum cum tota Ecclesia Christiana sentio & iudico, Sanctos a nobis honorandos esse atque inuocandos. Hęc ille, qui idem sępius cōfirmat. Atque ex fœtidissimo Sacramētariorum fœtore prodit Oecolampadius eorumdem coryphęus; qui Inuocationem Diuorum pulchre roborat, dicendo. Neque Sanctos orare inficias irem, neque impiorum, & idololatrarum esse asseuerauerim cum illis Sāctorum implorare patrocinia: Sancti enim in Cœlis sua caritate flagrantes, non desinunt pro nobis intercedere. Quid igitur mali, si hæc petamus fieri, quod credimus DEVM velle, etiam si nihil tale præceperit? Quid mali, si & concedemus Patrocinia Sanctorum, imo circumspecte, opportune, & modicè fiat, pro auditorum qualitate. Id quod agit Chrysostomus, & Nazianzenus quoque in laudibus Cypriani: & obseruant hoc ferme omnes Ecclesiæ tam Orientis quam Occidentis. Hactenus is, qui & multa eius generis non frigide tractat. A cuius testimonij sententia nō omnino recedit Bucerus: Si quis perpensa infinita illa DEI in Santos indulgentia & facilitate, & simul in nos miseros adhuc conseruos suos, & commembra caritate animi ardore huc prorumpat, ut illos præsentes pręsens appellit proque se intercedere ad DEVM roget: id licet in nulla Scriptura doceatur, si sic tamē fiat, nulli damnamus. Huiusmodi enim primum ipsum DEVM orant, & tota fiducia DEI bonitate, & CHRISTI merito nituntur: Sanctos uero inuocant, ut una orent, ipsis orare non audigētibus, aut negligentibus. Hucusque ille a cuius sententia minime abscedit Camerarius: Societatem quidem inuocationi expeti rectum est, & optare commendari uos communibus piorum precibus: sed has ipsas eodem tendere oportet. Ac rursum: Pia affectio est, & uotum communium precum non possit, vt opinor, damnari, cum neque aduersetur doctrinæ ueritatis Cœlestis, & exempla uetustatis extent. Hæc ille, qui probe exempla asserit vetustatis extare quemadmodum plerique Orthodoxi & ipse illud fusius patefeci, quod rursum modo quasi Christianissimæ veritatis appendicem addens illustrissimo sexcētorum triginta Patrum sapientia, sanctitate, fide, virtutibus, toto orbe Christiano semper clarissimorum testimonio in Concilio generali Chalcedonensi in medium prolato. Flauiano æterna memoria. Ecce ultio; Ecce ueritas. FLAVIANVS Post mortem uiuit, martyr pro nobis oret. Hæc magna, Catholica, œcumenica, sacrosancta, Euangelica, & Christianissima Chalcedonię Synodus.

[Margin, left: Oecolāpad. — Buczerus. — Ioachimus. — Auctor. — Concilium.]
[Margin, right: In to. 6. ope. Chrys pa. 243. de patro. Sanct. — In defen. cō fess. epist. Abrin. — De pijs cat. & ori. prec. f. 12. & 17 — l. Def. & Cat. — Actio. 11.]

CLI.

Garruli ratiocinatores, improbi sanniones, & hæretici impostores Lutherani specialiter hunc, vel illum Sanctorum pro hac uel illa re orandum esse a Christianis subsannant & traducunt. Non præter æquitatem, blaterāt nugas cum Erasmo suo blaterone, reprehendit Erasmus noster hūc uel illum Diuum inuocantes, fontem vero totius bonitatis CHRISTVM, quē proposuit nobis DEVM aduocatum & patronum deserentes. Sunt enim qui certos Diuos colunt quibusdam cęremonijs: Alius Christophorum singulis salutat diebus, sed non nisi visa imagine. Nempe quod hic sibi persuaserit, se se eo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quemdam adorat: sed cur? quod illum credat pestem a corpore depellere. Alius Barbaræ: alius Georgio quasdam preculas admurmurat, ne in manus hostiū incidat. Hic ieiunat Apolloniæ, ne doleant dentes: Ille uisit Iob simulachrum, ut scabie careat. Hiereoni aut Alexio cereolos accendit, vt res quæ perijt recipiatur. Hæc impij illi, quos sugillat Ecclesia, quæ pietatem deuotionis amplectitur & abusum idiotarum quorumdam abhorret & affectum caritatis potius,

[Margin, left: Sācti pro speciali corporis infirmitate inuocandi. — Brunderius — Erasmus.]
[Margin, right: In Cāp. Inu. San. tit. 23. ar. 8. — In Enchi.]

quam

Digitized by Google

quam effectum & fiduciam quam pusillanimitatem, meritur, Cœlitesque flagrante caritate imitatur. Sed & cum Catholicis Orthodoxis consentiunt hæretici, qui Sanctos inuocandos esse Catholica sententia docent, inter hos Oecolampadius pestilentissimorum Sacramentariorum præcipuus doctor recensetur, qui a Catholicis stat, ubi catholice asserit in redimendis nobis CHRISTVM esse Mediatorem, obtinēdis uero per deprecationem & merita muneribus uirtutis, fortitudinis, sanitatis, incolumitatis, & salutis Diuos apud ipsum donari Mediatores: Breuiter fatemur CHRISTVM Mediatorem Redemptionis, Diuos autem Mediores Intercessionis. Coryphæus autem Lutheranorum Lutherus ex instituto cauillationes nugaces superiorum garrulorum hæreticorum ad hunc modū improbat atque impugnat. Non fuit mens mea unquam inuocationes Sanctorum esse uitiosas, pro causis corporalissimis, hoc sapiunt hæretici nostris PicKardi & Boemi. Hæc ille, contra suos hęreticos pro catholicis pugnans.

Oecolāpad. *In Chry. Inuent.* *Lutherus.* *Ep. ad Geo. Palat.*

CLII.

Diuorum merita, patrocinia, intercessiones & inuocationes Nouatores impie negant. Horum enim caput in hunc modum scribit aduersus seipsū: De Sāctorum mortuorum intercessione & inuocatione nihil in Scripturis extat. Hæc ille non minus contra se quam contra DEI Ecclesiam. Namque quod Ecclesia Sanctorum Intercessionem & Inuocantionem ex Scripturis probet ex multis, qui de hac materia scripserunt, satis superque compertum est. Eam enim ex Canonicis Machabęorum libris probat uetustissimus scriptor Origenes Hom. 3. in Cant. Eustachius Præsbyter orat in 5. eutyc. loco Scripturæ illo. Protegam ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum asserit. Idem uero confirmat Michael Glycas par. 2. An. fol. 269. Pariter comprobant intercessionem Sanctorum ex Scripturis. D. HILARIVS in Prol. c. 24. D. AMBROSIVS lib. de iud. D. AVGVSTINVS ser. 5. de clā. Faustus Rhegiensis ep. ad Paulin. D. BERNARDVS ep. ad Hybern. & multi alij. Quod uero Lutherus hoc idem doceat, ideoque sibi contradicat, ex eo probari licet, quod idem, sicut & alij hęretici, ut suoloco patefaciam, pro Canonicis Sacræ Scripturę libris Machabęorum libros admittat, in quibus legitur Iudas Machabæus uidisse Oniam defunctum manibus extendentē & orantem pro populo, postea uidisse, & alium uirum ætate grauem & gloria mirabilem, & audiuisse Oniam dicentem, Hic est Hieremias Propheta DEI, qui multum orat pro populo, & sancta ciuitate Hierusalē. Igitur furentissimus Lutheranorum hęresiarcha repugnantię, quę est hęreticorum scilicet tesserra, conuincitur. Ceterum magistri discrepantia, quæ est hęreticæ doctrinæ inane fundamentum, perdita & notata, discipuli Melanthonis, cū magistro suo Martino dissidium audiamus. Ait etenim is: Dicam tibi manifestum testimonium ex nouo testamento, probans quod mortui sint soliciti de Ecclesia & nobis. Ita enim ait Matthæus, Helias, & Moses loquebātur cum CHRISTO de rebus futuris. Non dubium est, quin Sancti ipsis, qui sunt in Cœlo nostra cura erga Ecclesiam in terra uiuentium afficiantur, sicut illi ibi disputabant cum CHRISTO de ipsius passione, & collectione Ecclesię per totum orbem. Hæc ille. Idem censet Dauid Chytręus, nec eisdem absimilis est Basilius Faber, qui illud testimonio diui LVCAE 16. confirmat.

Sanctorū Intercessio, & inuocatio ex Scripturis probatur. *Lutherus.* *Lutherus.* *Comp. de Inuo Sanct.* *Ad Vuald. de ado. Sac.* *Machab.* *2. Mach. 15* *Philippus.* *Loc. cō. Mālij fol. 151.* *Chytræus.* *Faber.* *Ad cap. 25. Mat.* *Dedita des. c. 7.*

CLIII.

Putant Vigilantius, Vigilantiani, Valdenses, Lutherus, Caluinus, Beza, & Rodingus, non tam perfidiose, quam ignoranter, Sanctos in Cœlo perenne triumphum agentes nescire, quæ hic fiunt, nec audire, nec attendere preces nostras; quorū dementiā impudentissimā, & impudentiā demētissimā oēs Catholici Diuinis edocti oraculis, manifestis beneficiorū admoniti acce-

Sancti in Cœlo uident nostras miserias. *Lutherus.* *Bernardus.* *l. 5. ar. 8.* *l. 10. ca. 12.* *de San. Cæ.*

pro-

ptorũ munerib. ſuperna reuelatione multifarie roborati aſpectabili apparitionũ,& miraculorũ probatione illuminati, vniuerſæ Eccleſiæ Chriſti Chriſtianiſſima fide,& doctrina veriſſima conſtabiliti, iure merito expellũt, & ſugillant vt.n. aureè aſſerit D. ATHANASIVS Magnus: De animabus Sanctorum non eſt dubitandũ. Nã & poſt mortẽ, & in die iudicij cognoſcent oĩa D. BASILIVS Magnus: Quid per ſingula pergã? ipſas Angelorũ infinitas multitudines, & vna Sanctorũ Patrum beatiſſimos ſpiritus. Nullus. n. ex his eſt, qui non ſingula vbique conſideret: Et ſi .n. oculis carneis minime conſpicui ſunt: in corporeis tamen obtutibus ad agnitionẽ cõplectũtur omnia, & cõprehẽdunt. D. AMBROSIVS Magnus: Iſti ſunt Martyres noſtri præſules, ſpectatores vitæ, actuũq; noſtrorũ. D. GREGORIVS Magnus: Quia in illa æterna hæreditate oẽs cõmuni claritate DEVM conſpiciunt, quid eſt, quod ibi neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt. His vero ſummis Patribus altiſſimiſq; Doctoribus oẽs ſubſcribunt Orthodoxi, & hi quoq; hæretici, qui Diuos inuocandos docent, intra quos Lutherus, veluti ſæpiſſime ſolet ſibi contradicendo, docet id ſatis perſpicue: Angelorum, ac omnium Sanctorum oculi ſine dubio te reſpiciunt.

D. Athan. *D. Baſilius.* *D. Ambr.* *D. Gregor.* *Lutherus.* — *Queſt. 2.* *De vt. ver.* *l. de ind.* *l. 4. Dial. c. 33.* *Ser. de decẽ precep. c. 5.*

CLIV.

Sãctorũ, qui in Paradiſo Empyrei beati credũtur? ac ſunt, Apparitiones negant impij Vigilantius, Lutherus, Zuinglius, Bullingerus, & Ioannes Marpachius, ſed iuxta Veritatẽ Catholicam ſenſerunt Meſſalliani, & Bogomili, & Anabaptiſtę alũni Lutheri, qui ẽt SS. Trinitatis uiſionem habuiſſe, futuraq; ſibi patefieri, & Diuinis apparitionibus gauiſos eſſe iactabant. Lutherus, & Zuinglius, qui tot dœmonũ apparitiones obtinuerunt, Angelorum & Sanctorũ viſiones non debebant negare. Itẽ de Apparitionibus Cœlitũ cum Catholicis Græci iudicant, licet ſchiſmatis hæreſiſve non vnius rei arguantur; namq; agiographa Græcorum imo & Latinorum Patrũ, in quibus multæ Apparitiones eiuſcemodi referuntur, approbant, credunt, & commendant. Sed hęretici nouiſſimi Apparitiones Sanctorum Animarum ex Scripturis probatas, mox tradent.

Apparitiones Sanctorũ animarũ vere eſſe probantur. *Coccius.* *Luxẽburg.* *Iodocus Canonicus Bileueldianus* — *l. 5. ar. 9. de San. Eccle.* *Cat. har.* *Lib. 8. ar. 3. de Sig. Ecc.*

CLV.

Eſt hæreſis, quæ B. SAMVELIS Animam a pythoniſſa inferis erutam dicit, eãq; Diuina virtute vere apparuiſſe Lutherus, Caluinus, Vuierius, & alii plures noſtro ſeculo negant, & nihil aliud fuiſſe, quam Diaboli præſtigias aſſerunt. Quod quidem negant aduerſariorũ quidã, vt puta Cõradus, Pellicanus, Ioannes Bondinus, & alij, qui Catholice in vnum cum Catholicis illud facinus Diuinũ fuiſſe probe aſſeuerant: Quandoquidẽ a Catholica CHRISTI Eccleſia Diuina ſtat Scriptura, grauiſſima auctoritas Diuorum IVSTINI Martyris, BASILII Magni, ZENONIS, AMBROSII, HIERONYMI, AVGVSTINI, & aliorum. Quibus aſſentiuntur & Iudęi veteres, Ioſephus Iudæus, Rabbi Elcazar, Midras VaicKra, Rabbi Salomon, & alij. Sed hæreticis aures, iuxta noſtri inſtituti rationem, accommodemus: Dicit itaque Conradus hæreticus: Mulier Pythonyſſa ſuperſtitioſis ritibus ſuis contra Dominũ Domino ſeruiens, & mala conſcientia ſua ſpiritus ad permiſſionem diuinã euocans, non ſua, ſed Domini virtute, qui impijs illuſoribus illudit, & falſa contra DEVM quærentibus, vt Balaam ariolum, vera reſpondet, qui futura cui, & quibus modis placet, oſtendit. Is Samuelis uel ſpiritum, uel ſpectrũ Sauli præſentauit, non tam Pythoniſſæ infelicis opera, quam ſua ſacroſãncta prouidentia, qua cuncta gubernat ac diſponit. Mulier videns prodeuntẽ Samuelẽ, &, vt Iudæi dicunt, reuerẽtiam aliquam velut Regi exhibentem, vel alia quadam ratione, cognoſcens Saul preſentem, clamat anxia, mori timẽs, dolum improperans, dixit Sauli: DEOS, hoc eſt ſpectabilem perſonam, & diuinum aliquem ſpiritum, hactenus inſolitum mihi apparere, video aſcen-

Anima D. Samuelis Saule uere apparuit. *S. Philaſtr.* *Coccius.* *Pellicanus.* — *De hęreſ. har. 20.* *l. 5. de San. art. 10.* *Ad l. 1. Re. c. 28.*

Digitized by Google

dentem de terra, virum fenem, & pallio amictum. Intellexit ergo Saul quòd Samuelē videret cuius spectrum & spiritum uelut personam apparentē cernebat. Procidit itaq; in faciem suam, & adorauit, cupiens ab illo meliora audire, quam alias consueuerat. Hactenus ille, cui alter hæreticus adstipulatur Ioannes Bodinus: Non sum nescius placere quibusdam Theologis diabolū fuisse istum, ac non Samuelem: sed bona pars refragatur, freta loco Ecclesiastici cap. 46. qui narrat in Samuelis laudibus, ipsum post mortem prophetasse prænuntiata morte Regis, & Philistæorum uictoria. In eadem sentētia est Iustinus Martyr, Rabbi Sędias, Haias, & Hebræorum plerique. Et ijs obseruandum est istud suffragari, quòd respōsio per Samuelis imaginem quem diabolum putant, Sauli facta magnum Iehouæ nomen habet quinquies repetitum, quod etiam audire dœmones perhorrescunt.

[Margin: Bodinus. — De Mago. dæmonom. lib.2.c.3. — Iudæi. — Ibidem.]

CLVI.

[Margin: Miracula Sanctorum beatorū vera sunt, ac diuina. — Canisius. — Feuardent. — D. Gregor. Turonensis — Fridericus Staphylus. — Hieronym. Bosseccus. — D. Ioannes Fincherius. — Bunderius. — Lutherus.]

[Margin: De Deipa. l. 5. c. 19. & 24. — lib.10.c.15 de San. Cas. — Hist. Sanct. l.2.c.3. — In abo. con. scandel p 4. — Vita Io. Ca. c.13. — Incertus ar. dam. alto. 10 ar. 16. — In Com. tit. 23. ar. 10. — In declara. quor. art.]

Miracula, quæ fiunt ad inuocationem Sanctorum, ad Diabolum patrem suum filius eius refert Herbrandus, eiusque gregalis Oecolampadius, Miracula Sanctorum improbe reijcit: Hoc idem impietatis facinus perperā perperant Hugnostici vocantes DEI eorum scilicet Satanæ meras illusiones. Quod reprobat (vt antea ostendi) Hussus, qui plura Deiparę Miracula refert: Deinde iam olim Arriani, & nostro seculo Lutherus, & Caluinus credere apparet, quippe ad æmulationem Sanctorum miracula efficere frustra conati sunt. Lutherus præterea Sanctos nobis auxilio esse, subuenire, & in periculis mortis, peccati & Inferni nos adiuuare fatetur: deinde Sanctos omnipotentes esse confitetur, tantumque nobis a DEO dari, quantū credimus per eos obtinere, quemadmodum supra patefeci. Porro Miracula Sanctorum vera ac Diuina esse censuerunt. Græca insuper ecclesia etsi Schismatica ab ipso Luthero immodice commendata fuit, at illa Sanctorum Miracula credit accommendat, quod quidam Lutheranorum etiam concedunt: ob id videtur Catholica Veritas Aduersariorum testimonijs & gestis comprobari. Quorum Lutherus primum locum tenet, vbi hoc apertissime testatur: Quis repugnare potest, quod in hodiernum usque diem uisibiliter ad Sanctorum Corpora & Monumēta DEVS Sanctorum gratia Miracula operatur? Hactenus ille testimonium perhibet Veritatis, & qualiscumque testis sit, verum est testimonium eius.

[Margin: Sancti sunt honorandi. — Coccius.]

CLVII.

[Margin: L.5.ar.10. de San. Ecc. — D. Clemens — Const. Apo. l.5.c.7. — Concilium. — Cap.2. — Concilium. — Cano.20. — Papa. — Decr. de a. ie. script. — Papa. — Ser. de san. Vinc. c.1.]

Auctores habent Ethnicos hæretici, qui augusta & veneranda Corpora Sanctorum inhonorabant ac in mare proijciebant, ne colerentur, Iulianus Apostata, Vigilantius, Faustus Manichæus, Mahometus, Copronymus, Claudius Taurinensis, Vuicleuus, Lutherus & Caluinus Sanctos esse uenerandos negabat. Id autem sacrosancta asserit Ecclesia a sui exordio. Siquidē sic statuerunt Diui ipsi Apostoli: De Martyribus præcipimus vobis, vt in omni honore sint apud uos. Atque anno 350. idem in Concilio Carthaginis Primo corroboratur: Martyrum dignitatem nemo profanus infamet. Itidem eodem currente annos apud Gręcos in Gangrensi Concilio sic sancitur: Si quis arrogantia utens, & Martyrum congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuset anathema sit. His vero plane accedit D. GELASIVS Papa: Nos cum prædicta Ecclesia oēs Martyres, & eorū gloriosos agones, qui DEO magis, quam hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur D LEO Primus Papa: Cunctorum licet religiosas Martyrum passiones, quas distincta regionibus loca meruerunt, una fides faciat omnibus indiscreto honore uenerabiles: propriam tamen in hoc venerationis obsequio illi vindicant dignitatem, qui Ecclesiam DEI, &

do-

Digitized by Google

documentis præ ceteris erexerunt,& patrocinijs adiuuerunt. Hæc quidem vniuersa Christi approbat Ecclesia,& ei hæreticorum Synagoga patrocinatur. Proinde proauus Lutheri Ioannes Vuicleuus sibi repugnando de sanctorum veneratione in eorum Reliquias, & Imagines exhibenda sic concludit: Conceditur ergo, quod Reliquiæ, Imagines, & sacramenta sunt cum prudentia adoranda. Deinde Lutherus inquit: De intercessione sanctorum cum tota Ecclesia Christiana sentio ac iudico, Sanctos a nobis honorãdos esse. Id serio inculcat alibi in hunc modum scribendo: Ne Pigardi hæretici infelices suas partes a me adiutas cõfidãt, qui præ nimia ruditate nobis Teutonicis superbissimo fastidio imponunt, quod Sanctos Dei colamus, & idola faciamus: & ideo contra aceruum uersuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis nisi vnum DEVM: & vt nobis apud suos iustissimam inuidiam conflare videantur, insidiosissime omittunt, quod scribitur Rex Dauid & Salomon, & multi alii adorati, simulque impij persecutores scripturæ, & subdole calumniatores nostræ pietatis. Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod solus DEVS sit adorandus, & gloriantur, ac si nos idipsum negauerimus vnquam, cum tamen negare non possint frequẽter aulicos regios honorari, ac uelut adorari, vt facilius ad Regem perueniatur: Hæc ille, cui addo Canonem, quem ante hac Iconomachi catholicõs definierunt: si quis (inquit) non confitetur Sanctos uenerandos esse coram DEO, & anima, & corpore, & horum intercessiones nõ petierit, utpote qui libertatem apud DEVM habeant pro mundo, secundum Ecclesiasticam Traditionem, interuenire, anathema sit.

Vuicleuus. — *De Euchar. tract. cap. 9* — *Lutherus.* — *In purgatio. quor. artic.* — *De pri. præcepto.* — *Iconomachi Canõ honomachorũ de veneratione & intercessione Sanctorum.* — *In sua Syn. cit. Iod. Coc li. 8. art. 3. de sig. Eccl.*

CLVIII.

Fuit auctor Eustachius Ethnicorum, qui Templa & Basilicas Sanctorũ contemnunt; ex cuius auctore Eunomiani, Copronymus, Lutherusq; prodierunt. At illi, qui ex Spiritus Sancti fœtu prodierunt Sancti contra senserunt omnes, quibus consensum præbuerunt omnes Doctores Ecclesiæ, omnes fuerunt Theologi, ac fauent. In Concilio Niceno Secundo idem Christianissimè ex antiquo Christianorum ritu probatur. Hoc itaque approbauit, & nũc approbat Ecclesia, quæ insuper ante mille trecentos propemodum annos excommunicauit eos, qui ex tumido Spiritu Satanæ prodeuntes, hoc impugnare impie sunt conati. Sic enim habet Gangrense conciliũ: si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & Basilicas Martyrum fiunt, accusauerit, anathema sit. Sed et partes Catholicas tuentur Copti Græci, ac ipse Lutherus, qui sic proloquitur: Ex his intelligitur Sanctorum Memorias, Templa, Altaria, Nomina, Imagines ideo celebrari, & multiplicari, ut eorum exemplo animemur ad perferenda eadem mala, quæ ipsi tulerunt. Qua ratione nisi colantur, omnis eorum cultus superstitione non vacat. Hactenus ille; cui Lutherani quidã subscribunt dicẽtes: DEO strui Templa in memorias Martyrum sinimus. Ab his vero Anglicani hæretici discrepare non censeo, ex quo uolunt Templa & Sacella pristinam retinere formam.

Templa in honorem sãctorum construenda et colenda. — *li. 5. art. 19.* — *Coccius.* — *Concilium.* — *Act. 6.* — *Concilium.* — *Can. 20.* — *Lutherus.* — *Consol. pro labora. c. 6.* — *Lutherani.* — *Ioannes Bũderius.* — *In Compẽd. Concer. hu. sec.* — *Anglicani.* — *Franciscus Feuardentius.* — *Tit. 25. art. 2. lib. 1. de San. Trinit.*

CLIX.

Vtilia, salubriaue ieiunia, præscripta ab Ecclesia DEI in Vigilijs Sanctorũ beatorum improbis contumelijs, & spurcissimis conuitijs in despectum, & iacturam, & scandalum totius Christianismi impiè execrantur Lutherani, Caluiniani, Anabaptistæ, & Diaboli. Quos, tamquam Iudæos, Ethnicos, Paganos, Turcas, Tartaros ac Dæmonia cuncti pij, cũcti Orthodoxi, cuncti Ecclesiæ Doctores, cuncti Patres Sancti, & Christiani omnes, pie detestantur. Aduersantur namque Ecclesiasticæ, & Apostolicę Traditioni. Ita siquidem

Ieiunia in peruigilijs Sanctorũ seruanda sũt. — *Ioannes Bũderius.* — *In Cõp. tit. 35. art. 1. 9 & 16.*

Digitized by Google

D. LEO Magnus testatur: Ad præsentem solemnitatem etiam ista nobis est assumenda deuotio, vt ieiunium, quod ex Apostolica Traditione subsequitur, sancta obseruantia celebremus. Quia & hoc inter maxima Spiritus Sancti dona numerandum est, quod nobis aduersum illecebras carnis, & insidias Diaboli, ieiuniorum sunt collata præsidia, quibus omnes tẽtationes, DEO iuuante, vincamus. Quarta igitur & sexta Feria ieiunemus, Sabbato autem apud B. PETRVM Vigilias celebremus. Atq; in Concilio Salegustadiensi: Vt omnes Christiani in abstinentia sint carnis, & sanguinis ante Natiuitatem Domini similiter & in Vigilia Epiphaniç, & in omnium Vigiliis Apostolorum, & in Vigilia Assumptionis S. MARIAE, & in Vigilia S. Laurentij, nec non etiam in Vigilia omnium Sanctorum: adijcientes prædictis Vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate, & nisi aliquis sit, qui proprio voto maiori abstinentia uti velit. Hæc approbant Diui IRENAEVS, EVSEBIVS, BASILIVS, CYPRIANVS, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, & omnes Patres, & Catholici, qui vnanimiter omnes hæreticam impiorum persuasionem execrantur. A quorum parte vltra alios hæreticos, & schismaticos, qui hoc constanter asserunt Ecclesiç Sanctæ Christianissimum ritum, quorum factiones longum nimis recenserentur, stant hæretice Anglicanæ factionis, qui ieiunia a Veteribus in peruigiliis Apostolorum, aliorumque Cœlicolum præscripta, seruant. Hæc ex illis Anglicanæ hæresis Ministris, quantumuis inuitis fratribus eorundem Geneuanæ hæresis ministris, qui eos iniuria criminantur, & perdite de ipsis expostulant, asseuerantur.

Concilio. *Cap. 1.* *Geuarden-ius.* *Theom. Cal lib. 1. de S. Trin dissef. Geneua & Anglica. Ministro.*

CLX.

Festa Sanctorum celebranda. *Coccius.* *5. art. 14.*

Anno MCLXXX. Vualdẽses, MCCCXL. Vuicleuus, MCDXXX. Thaboritæ, MD. PicKardi, MCXXX. Lutherus, & MDXL. Heluetij duxerunt, Festa Sanctorum omnium minus esse celebranda, sed in vniuersum abolenda, contra constitutiones Apostolicas, contra Canones Synodorum Gãgrensis, quo hi hæretici ante tredecim ferme secula excommunicantur, Laodiensis, Carthaginensis Tertij, ac Quinti, Moguntini, Triburiensis, Salegustadiensis, & aliorum contra Decreta, & Doctrinam Diuorum Pontificũ Ecclesiæ FELICIS Primi, DAMASI, VIGILII, & plurium aliorum, atq; CYPRIANI, AMBROSII, HIERONYMI, AVGVSTINI, & plurimorum Orthodoxorum, imo omnium, cum quibus Schismatici senserunt Græci & Lutherus inconstantiæ perpetuum prodigium ait: Rectè dixerunt, qui Piorum mortem regenerationem quandam esse dicunt, & Festa quoque in Piorum memoriam instituta recte Natales appellantur. Et aliubi: Tertium præceptum docet dies festos celebrare, ideo Festa Apostolorum, & Beatæ Virginis celebrari debent. Atque Lutherani se honorare solemniter dies festos Diuorum profitẽtur, dicentes: Fiunt apud nos Missę singulis diebus Dominicis & festis. Ac iterũ: Nos in Ecclesiis ordinem Missæ, diem Dominicũ, & alios dies festos celebriores libenter seruamus. Præterea Anglici hæretici celebrant Festa Natiu. Circumcis. Epiphan. Transf. Ascen. Pentecost. Trin. & Nominis Iesu: Addunt his Concep. An. Visita. & Purif. intemera. V. M. Inue. S. Crucis, & eiusdem Exaltationem: Natales item Apostolo. dies, sacra solemnia Sanctorum Michael. Io. Bapt. Stephan. Innocentius Greg. Ambros. Aug. Hieron. Marti. Annæ, Agnet. Agathæ, Magdalenæ, Margaretæ, Luciæ, Cæciliæ, imo & Sanctorum omnium Calẽdis Nouembris festum. Demum non solum ab his hæreticis Anglis festa ritu Catholicorum adhuc seruantur, uerum etiam ab hęreticis Scotis, Danis, Suedis, Germanis, & Helueticis.

Lutherus. *Ser quo. ser. an. prepar. ad mortem.* *In uisita. saxo.* *Lutherani.* *In Apolog.* *Ioannes a Dauentria.* *Cõfess. Aug. art. 7.* *Anglicani.* *Lib prec. publice in eccl. Anglic.* *Geuarden-ius.* *De 6. Cpl. libro 10. c 16*

Digitized by Google

Sanctorum Imagines sunt ueneranda.

CLXI.

Coccius. Sacras Imagines CHRISTI & Sanctorum in Templis, non solum retinendas, sed & uenerandas esse improbauerũt perfidi Ethnici & Idololatræ, hæretici Manichæi, Arriani, Samaritani, Iconaclastæ, Georgiani, Bogomili, Vualdenses, Turcæ, & Heluetiorum quidam, & Diabolorum ministri Iulianus Apostata, Xenias, Serenus, Mahometus, Leo imperator tertius, Copronymus, Sabinus Bulgarorum rex, Leo quartus, Claudius Taurinensis, Michael Imperator, Vuicleuus, Hieronymus Pragensis, Ioannes de Roclesana, Balthasar, Carlstadius, Melanthõ, & Caluinus. Quorũ perfidiam hæreticã & calumniã Ethnicã vniuersa horret, & abhorret Ecclesia Quamobrẽ in primitiua Ecclesia Tertullianus ait: Procedant ipse picturæ calicũ. D. METHODIVS: Quis quidem ex auro imagines conflamus, Angelorum ipsius Principatus, & Potestates referentes, eas ad honorem, & gloriam Dei conficimus. Deinceps, vt prætereám Patres plurimos, ad Synodi Trullensis Patres me confero, in quo hæc afferuntur. Inter nonnullas venerabilium Imaginum picturas Agnus, qui digito præcursoris monstratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram assumptus est, uerum nobis per legem Christum DEVM nostrum præmonstrans. Antiquas ergo figuras, & vmbras, & veritatis signa, & charecteres Ecclesiæ traditos, amplectentes, gratiam, & ueritatem proponamus, eam, vt legis implemẽtum suscipientes. Vt ergo quod perfectum est, vel colorum expressionibus, omnium oculis subijciatur, eius qui tollit peccata mundi, Christi D E I nostri, instar hominis caritatem, etiã in imaginibus deinceps pro veteri agno statui iubemus, vt per ipsam Verbi DEI humiliationem mente comprehendentes, ad memoriã quoque eius in carne conuersationis, eiusque passionis, & salutaris mortis deducamur, eiusque, quæ ex eo facta est mundo, redemptionis. Hæc per venerandos Patres illius Synodi Ecclesia, post eã vero Græci hæretici, indeque Vuicleuus tribus locis eam probat, sed vnũ sufficiat audire: Licet introductæ sint Imagines in Ecclesiam post firmitatem Ecclesiæ primitiuæ, vt sint libri Laicorũ & signa recordatiua singulis Christianis, vt adorent debite Sanctos DEI; tamen in veteri Testamento hoc non licuit. Hucusque ille, cui consentit Hussus: sicut adorauerunt Christum in signo Patres veteris Testamenti: sic nos adoramus Christum in signo, & non signum. Vnde dicens Ecclesia hæc uerba: Aue rex noster, non adorat ipsam imaginem his verbis, cum nõ dirigit illa uerba ad imaginem, & specialiter nec intentionem, sed ad suum signatum. Similiter cum dicit: Tuam crucem adoramus Domine, dirigit verba ad Christum signans, quia ipsum Christum crucifixum adorat per Crucem. Idem afferit Ioannes Pzribrauus: Profiteor quod Imagines Christi, & Sanctorum, exclusa ab eis indecenti secularia in cultu indecenti, possunt licite in Ecclesijs Christianorum haberi, & vtiliter retineri. Deinde Bucerus: Hæc non scribo, quod putem nulla ratione posse imaginibus vti Christianos, sed quod velim sic vsum earum attemperatum, ne quid gloriæ DEI, & ædificationi Ecclesiæ derogaretur. Hactenus ille, quem his verbis nihil, sicut alios supra allegatos a Catholicis dissentire perspicuũ est.

Left margin: *Lutzẽburg.* — *Ioannes Eckius.* — *Tertullianus.* — *D. Methodius.* — *Synodus.* — *Sylvius.* — *Vuicleuus.* — *Hussus.* — *Pzribrauus* — *Martinus.*

Right margin: *Lib. 5. art. 15* — *Cat. haret.* — *In Enchir.* — *Libro. 2. de Pradu. c. 7.* — *Orat. de Resur.* — *Cano. 82.* — *De orig. Bohemo.* — *In decalo. c. 15. 1. man.* — *Con. Imag. ador.* — *In Confess. cap. 34.* — *In Psal. 115*

Sanctorum Imagines sunt retinẽda.

CLXII.

Multi ex superioribus hæreticis, non duntaxat Christianissimum uenerabilium Imag. cultum nauseant, sed etiam ipsas Imagines retinendas esse negant, ac prohibent. Quibus Hugnostici, Carolstadiani assentiuntur aliique hæretici recentiores, qui insuper sacras imagines scelerate ac sacrilege effregerunt, conspurcarunt, & summo contemptui habuerunt in Templis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Flandriæ, Zelandiæ, Holandiæ, Brabantiæ Ge-

Feuardentius. — *Lib. 10. ca. 17. de San. Cel.*

neuæ

Digitized by Google

neuæ & aliis locis. Quos impietatis condemnat Christi vera Ecclesia, quæ per Diuum loquitur ATHANASIVM: Quemadmodum Iacob cum e vita discessurus, fastigium virgæ Ioseph adorauit, non virgam ipsam honorãs, sed eum, qui virgam tenebat: ita nos Christiani non alia ratione imagines colimus, nisi quemadmodum etiam, cum, filios nostros & patres osculamur, animi nostri desiderium indicamus. Sicut & Iudæus olim legis tabulas, & duo Cherubim aurea, & sculptilia quondam adorabat, non lapidis, au riue naturam colens, sed dominum, qui antea vt fierent præceperat: Huic vero succedit D. BASILIVS Magnus: Ait tabulas Imaginum Sãctorũ honoro, & palam adoro. Hoc enim a Sanctis Patribus non est prohibitum, sed in omnibus Ecclesijs nostris eorum historias erigimus. Hæc ille, cuius verba citat D. ADRIANVS Primus Ep. ad Syn. 2. Nicæ. Act. 2. citantur in eadem Synodo act. 4. D. ADRIANVS Primus Pont. Max. Petrus, & Paulus principes Apostolorum sunt, qui Catholicam, & Orthodoxam fidem auspicati, per scripta quidem, veluti legibus latis, fidem suam seruandam præceperunt: omnibus scilicet, qui in sedes illorum successuri erant usque ad cõsummationem sæculi permansuri: atque ita nostra seruat Ecclesia, & sacras eorum figuras ueneratur. Vnde in hunc vsque diem uenerandis ipsorum imaginibus Ecclesiæ nostræ ornatæ, atque conspicuæ sunt. Atque Octaua Synodus Constantinopolitana: Sanctam Imaginem Domini nostri Iesu Christi, & omnium Saluatoris æquo honore cum libro Sanctorum Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per Syllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, salutem consequuntur omnes: ita per cęlorum imaginariã operationem, & sapientes & idiotæ cuncti ex eo quod in promptu est, perfruuntur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc, & scriptura in colorib. prædicat, & commendat. Dignum est enim, vt secundum congruentiam orationis, & antiquissimam Traditionem propter honorem, quæ ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiue imagines honorentur. Hæc Catholici Dynastæ, ad quos accedit Neander: Neque Imagines Sanctorum de Templis exturbat Ecclesia, sed relinquit vt vtiles idiotis, quidem idem præstant, quod legentibus solent scripturę. Regius præterea rem hanc tractat hoc pacto: scriptura Leuitici tricesimo sexto, prohibet fieri imagines, sed addit notanter, ut adoremus eas: Tales igitur imagines haberi in Ecclesia non debent, vt adorentur. Sed Imagines CHRISTI, Beatæ Virginis, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum memoriale, licite habere possumus. Ad hoc enim prosunt, ut nos moneant, ut dum intueor imaginem Crucifixi aut CHRISTI resurgentis, statim reuocentur mihi in memoriam saluifica mors CHRISTI, & gloriosa eius resurrectio: quarum rerum memoria certe & utilis est, & necessaria. Et post allegationẽ Diui Gregorii Magni, subiungit: Nullum igitur mandatum est in nouo Testamento de imaginibus tollendis, sed eis vti possumus ex libertate christiana, tantum caueatur abusus. Hæc ille, cuius antesignanus existit Lutherus, qui peculiarem libellum ædidit contra Iconomachos, cui, & deinde addidit secundum quasi apologeticum, & hoc negotium tam diserte tractauit, vt hactenus vix (inquit Hoffmeisterus) inuenerit secundum. In sermonibus porro popularibus uehementissimus Iconomachorum inuenitur obiurgator, maxime autem Dominica octaua a Trinitate. Et sermone de Inuentione Sanctæ Crucis. Adde quod vix alia in re magis sibi constet uertumnus ille, quã in propugnandis Imaginibus. Nouissime Beza vsum & utilitatẽ Imaginũ probat hoc modo. Quid vetat quo minus, sicut scripturæ benefitio, doctos & pios homines quamuis mortuos, quasi nobiscum adhuc loquentes audimus, ita quoque ex veris illorũ imaginibus, quos studiose viuos obseruauimus, hoc consequamur, ut eos adhuc intueri & amplecti videamur? Me quidem certe testari possum, tantorum hominum non modo liberos legẽtem, sed etiam expressos uultus intuentem, haud multo aliter affici & ad

Marginalia (left): D. Athanasius. — D. Basilius. — D. Adrian. — Concilium. — Neander. — Vrbanus. — Hoffmeisterus. — Beza.

Marginalia (right): In: & scrip. qui ad 3 Ant. c. 38. — Cont. Iulia. Imp. — Epist. ad Const. & Iren. — Colo. 3. — Theol. Christia. de mud. — Apud Hoffmeist. li. 2. Dialo. — Lib. 2. Dialogo. — Lib. Icon.

San-

Sanctas cogitationes impelli,quam si coram adhuc ipsos docentes, admonentes, increpantes,his oculis adspicerem.

Lumina ante Imagines sacras ponenda sunt. Canisius. Bandersas.

CLXIII.

Nouatores impietatis hæreticæ aduersantur & damnant cereos benedictos cõsecratos & Lumina,ut sunt Lãpada,Cãdelæ,quæ ante sacras CHRISTI Deiparę,ac Sanctorum Iconas succeduntur. Quorum insanum commentum,& Ethnicam garrulitatem,non solum vetusta, probata, & decantata Ecclesiæ Catholicæ consuetudine Christiani, qui numquam nusquam a vera pietate aberrarunt,semper verum cultum amplexi sunt, & ab omni superstitionis suspicione abhorruerunt,ut etiam de hoc uidere licet Diuum THEODORETVM,Patresque Orthodoxos Sacræ Synodi Nicænæ Secũdæ,& alios Christianæ pietatis patronos : uerum etiam nonnulli ex hæreticis,& ex Gręcis omnibus,qui schismatis turpitudine laborant, respuunt. Ioannes enim Hussus Hussitarum princeps, quem sanctum prophetam, ac martyrem Lutherus,Hunnius, & alij hęreticę prauitatis sectatores temere fingunt,sic sermonem suum claudit : Ex quo patet, quod quamuis còram Imagine CHRISTI,uel alia cuiuscunque Sancti licite possunt homines genuflectere,orare,offerre,candelas ponere.

De Deip. li. 4 c. 12. Compen. tit. 30. art. 5. — *Hussus.* — *Cõ. Im. ad.*

Sanctorum Reliquia religiose retinenda ac seruanda. Coccius. Lutzẽburg. Iodocus.

CLXIV.

Iudæi,Ethnici,Turcę,Saraceni,Diaboli,hæretici,Marcion,Manichęi, Iulianus, Vigilantius, Copronymus, Habdalas Saracenorum princeps, Claudius Taurinensis,Lipsamus,Vuicleuus, Guilhelmus Albus, Hieronymus Pragensis,Lutherus,Henricus octauus rex Angliæ,Caluinus,& Caluinistę; Sanctorum Reliquias religiose seruandas & colendas esse sacrilege negant, & nequissime explodunt. Sed illud asserunt cum Diuis CLEMENTE Romano, EVSEBIO, ATHANASIO, BASILIO, CYRILLO, AMBROSIO,HIERONYMO,AVGVSTINO,GREGORIO,& Catholicis omnibus,omnes Schismaticismi amatores Græci, pariter Vuicleuus, ut supra patuit, ac deinceps Hussus,qui hoc pacto scriptis suis memorauit: Ex isto patet,quod copora Sanctorum Martyrum sunt honoranda, cum sint ex morte,quæ est pretiosa in conspectu Domini sanctificata. Insuper Ioannes Pzibrauus: Profiteor de ueris Reliquis Sanctorum Martyrum,quòd sint uenerandæ, & honeste conseruandæ. Considerare ergo debemus, quanta gloria,& quanto honore honorabuntur a DEO in æternum illæ Sanctorũ particulæ,& quanto amore amabuntur huiusmodi corpora a DEO,& Sanctis eius.Idem ratus est Lutherus.

li. 5. ar. 16. Catal. hæc. T. C. l. 5. ar. 16. — *Hussus. In Ps. 115.* — *Pzibrauus. Prof. fid. ca. 33.* — *Lutherus. In declara. quor. art.*

Peregrinitas ad loca Sancta comprobatur.

CLXV.

Eustachius primus fuit,inde Claudius, tertius Henricus Tholosanus,deinde Vuicleuistæ, deinceps Lutherus, ac exinde Caluinus simul cum suis Hugonotis Diaboli dedititijs,qui sacra CHRISTI & augusta Sanctorũ eius loca,& Reliquias uisitare,eòque orationis ergo peregrinari,opus esse pium & Christianum negant. Sed Græci hoc non negant,& Discalciati ob reuerentiam sacrorum locorum ad ea augusta loca, nisi nudis pedibus adire audent. Catholici autem ante istos scriptis,& gestis,quemadmodum alias fuse palam feci,ab ineunte Ecclesia CHRISTI Sacrosancta semper piã, Christianam,& ualde utilem ad sacrata DEO loca inuisenda, & augustas Reliquias uisitandas,ut per carnis mortificationem pietatis affectum, deuotionis robur, & orationis excellentiam quidquid petierint obtineant, Peregrinationem approbauerunt.

Iodocus Coccius. l. 5. art. 17. de San. Ecc. Feuardent. De Purg. li. 13. c. 31. Bernardus Lutzẽburg. Catal. hęre.

Bea-

Beati in Cœlo non sunt pares in Gloria. Petrus Canisius.

CLXVIII.

De Deipa. Mar. Vir. l. 4. c. 26.

Beatos omnes in Cœlo exæquāt, nullamque ulli relinquit prærogatiuam Spangenbergius Lutherum secutus. Sed hoc explodit rectus semper, & integer, incorruptusque Catholicus. Quocirca Catholicæ Ecclesię Oecumenicus Pontifex D. SIXTVS Tertius sapientissime ait: Non quod negemus Iustorum pro laborum diuersitate diuersa esse præmia meritorum, sed in eodē Regno, vbi vnicuique pro iusti laboris modo, aut cētesimi, aut sexagesimi, aut tricesimi fructus copia reseruetur, & vbi Filius hoīs in maiestate Patris cum Angelis suis veniens reddet singulis secundū opera sua: & ubi unicuique secundū mensuram: qua mensus fuerit, remetietur, &c. & vbi alia claritas Solis, & alia claritas Lunæ, alia claritas stellarum, & vbi qui parce seminat, parce, & metet: sed tamen metet, & ubi intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & ceteri Iustorum sicut stellæ, & multa alia his similia, quæ multimoda Sanctorum merita futura esse testantur. Hæc doctissimus Ecclesiæ Pontifex, cui adstipulatur D. EVCHERIVS, sic eidem subscribens: Qui plus laborauit, plus mercedis accipiet. Stella enim, vt Apostolus ait, differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Quamuis igitur omnes beati erunt, non tamen omnes ęquales erunt. Quod quidem in eo significatur, quod alij supra decem, alij supra quinque ciuitates constituti ducentur. Diuus præterea GREGORIVS Magnus: Quia in hac uita nobis est discretio operum erit in illa proculdubio discretio dignitatum: vt quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat: Vnde in Euangelio veritas dixit; In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Hæc ueræ Fidei Christianę certissimi Doctores. Ioannes quoque Aurifaber Lutheri discipulus, hanc amentissimam hæresim improbat, quando in Cœlo CHRISTVM habere primas, Diuum PAVLVM secundas, tertiasque Lutherum, ac proinde aliū quartas, sicque uicissim reliquis Beatorum spiritibus prærogatiuas censuit ascribendas. Hussus etiam Deiparam supra omnes Choros Angelorum exaltatā Gloriæ maioris, multis gradibus, titulis dotatam, auctam, & exornatā (ut demonstraui antea) protulit. Igitur Cœlites in Gloria pares esse Catholice non reprobauit. Ceterum Catholicorum pronuntiatum probantem Caluinum audiamus: Sunt qui existimant Paulo propositum fuisse dicere, post Resurrectionem dispares fore gradus honoris atque Gloriæ in cœtu Sāctorum. Id quidem est uerissimū, & alijs Scripturę testimonijs euidenter confirmatur. Vermilius deinde: citante eum Marloratus audiatur. A resurrectione diuersos fore honoris, & Glorię in Sāctis gradus, verissimum est, alijsque Scripturę testimonijs probatur. Tandem Lambertus hæreticus pro Catholicis sic loquitur. Quod (uisio DEI) plena dicitur, non efficitur inde æqualem fore omnium Sāctorum visionem & fruitionem DEI. Nam in domo DEI multæ sunt mansiones: & vti inter stellas alia alij præfulget, ita inter Sanctos diuersa erit Gloria. Danielis duodecimo. Quisque tamen quantum maxime pro doni sui capacitate poterit, DEVM videbit.

D. Sixtus. — De mal. D. & oper. fid.

D. Eucher. — Ho. in conf.

D. Gregor. — l. 4. Mor. in Iob ca. 31. a. 42.

Aurifaber. — l. coll. mens. Lut.

Caluinus. — In 1. Cor. 15

Vermilius. — In c. 15. 1. ad Cor.

Danæus. — Com. in c. 5 Enc. B. Au.

Prærogatiua Corporū Beatorū asserenda.

CLXIX.

Pessimi Hugnostici, Caluiniani, & Beza Dotes omnes seu munera, vel prærogatiuas corporibus Beatorum collatas, ac conferendas negāt, atque exsibilant Catholicos, qui eas, iuxta uerbum DEI & Orthodoxorum Patrū eruditionem intemeratam, sane ponunt. Sed suggillantur ab alijs hæreticis illorum aduersarij & Catholicis assentientibus. Qui cum Diuis THOMA,

Feuardentius. — li 10. c. 25. 26. 27. 31. de Sa. Cœl.

BONA-

BONAVENTVRA, ALBERTO Magno, ALEXANDRO de Ales, AEGIDIO, DIONISIO, & ceteris, imo cum Sanctis Patribus Diuis AVGVSTINO, ANSELMO, BEDA, & compluribus & cum utriusque Testamenti DEI verbo & Ecclesiæ eruditione, corporũ Beatorum claritatem agilitatem, subtilitatẽ, & impassibilitatem asserunt. Et hos corporum excitatorum qualitates dotes appellant, quas Vigarinus secundum Euangeliũ admonet Christum cuius anima sumpta beata fuit, habuisse uel antequam moreretur, nascendo subtilitatẽ, ambulando super aquas agilitatem, se trãsfigurando claritatem, & quantum conseruando impassibilitatem. His subscribunt Orthodoxi usui. Quibus omissis Beza ne tantummodo fidei confessionem in medium proferam. Donari alioqui glorificata humana corpora perpetua tum essentiæ, tum gloriosarum qualitatum vt claritatis, agilitatis, impassibilitatis, & subtilitatis firmitate, & si quæ aliæ sunt præterea eiusmodi dotes ex verbo DEI confitemur. Hæc Beza.

D. Hugo. *Cit. Comp. S Tom. lib. 7 c. 27.* *Beza.* *Ad alte. Brentia. lib. par. pagin. 586.* *Cœli diuersi & multi asseruntur.*

CLXX.

Cœlorum quoque diuersitatem ambigat hæresis, Cœlum sidereum, Christallinum, Empyreumue non suscipit: quam sacris litteris, Symbolis fidei, Diuorum MARTIALIS, CLEMENTIS, IGNATII, IVSTINI, IRENEI, HIERONYMI, AMBROSII, AVGVSTINI, & multorũ aliorum sententijs, Ecclesiæque communi doctrinæ consensu Orthodoxi reijciant recti qui sunt corde & ore, & qui etiam rectitudinem non potiuntur, & conscientiam cauteriis perfossam multis habent, in quorum numerum coniiciendus uenit Caluinus, qui sic sententiam commendat Catholicam: supra omnes Cœlos, &c. Alibi vero; Pugnare cũ Physica nostra dicit Pauli sententiam, ubi tradit Christum supra omnes Cœlos ascendisse. Quid? an nos inter Spheras Christum locamus: uel tugurium ei extruimus inter planetas? Cœlum nobis est magnificum DEI palatium, toti Mundi opificio superius. Hæc ille tractando de Cœlo empyreo quo CHRISTVS prætergressos ceteros Cœlos ascendit, cui fortiter suffragatur Beza, & alii idoli Caluini Hugonotæ, quorum præco quidam vociferatur: Credimus ex verbo DEI Cœlum Empyreum.

S. Philastrius. *De hær. 46.* *Caluinus.* *Ad c. 4. Ephes. Admonit. 2 conf. Vuestphal.* *Beza.* *Libr. con. Brèt. argu. & Io. And. Thes. lib. cuius est inscript. S. G. S.* *Auctor innatus.*

CLXXI.

Eos solum libros esse Canonicos, de quibus in Ecclesia nunquam dubitatum est, negant Lutherani: asserunt Christiani quemadmodum ex Sacris Apostolorum Canonibus, sanctorum Conciliorum statutis summorum Pontificum Decretis ac Concilii Tridentini definitione postremo definitum est; item Caluinitæ Geneuenses his uerbis usi. Quamquam in Catalogo noui Testamenti nonnulli libri reperiantur, de quibus aliquando apud quosdam Ecclesiæ Doctores antiquos dubitatum est; tamen tandem totius Ecclesiæ consensu illi quoque pro Canonicis sunt habiti & recepti: Itaque immerito prodire reijciuntur propter quorundam dubitationes. Hæc illi aduersus Lutheranorum, & Anabaptistarum, adde & Hebræorum perfidiam. Sed hi non solum noui, uerum etiam veteris Testamenti libri, de quibus olim aliqui dubitarunt, quos Ecclesiæ consensu pro Canonicis sunt habiti & recepti, pari, & ineuitabili ratione & consequentia intelligendi sunt, vel saltem ut id a se concessum necessario fateantur, uelint, nolint, coguntur.

Libri ab Ecclesiæ consẽsu recepti pro canonicis habẽdi. Iodocus. *Lib. de Sac. Script. 6. ar. 6. 7. 8. &c. li. 8. art. 3. de sig. Eccl.* *Geneuenses iugulati.*

Vetus Testamentũ pro canonico suscipiendũ. Lutzẽburg. S. Philastrius. Guido.

CLXXII.

Contra apertissimum CHRISTI Testimonium dicentis: Habent MOSEN & Prophetas audiant illos, & communem Ecclesiæ Christi Fidem vetus abrogat Testamentum Manes Persa, iterum Manichæi, Nicolaitæ quoque, Gnostici, Valentiniani, Correrii & alii, legem, & Prophetas non accipiunt, Psalterium non esse Diui DAVIDIS Prophetæ dicunt, quorum infidelitatem impiam Catholici in primis, inde Græci, tertio loco Iudæi, quartoque hæretici reliqui ad hunc usque diem (vt patet) detestantur.

Cat. hær. De Hæres. hær. 40. & 79. De Correr. hær.

Libri Mosaici a DEO dictati fuerunt.

CLXXIII.

Inter alios nebulones Ptolomaitæ, Apelles, Iulianus Apostata, Faustus Manichæus, Bogomili, Albigenses, Hermanus Risuuich, & Lutherus libros Mosaicos ab humano spiritu, imo a Diabolo ipso seu a Deo malo dictatos fuisse sentiunt: quod catholicus omnium consensus reprobat, vt ex aliquot testimoniis allegatis dilucidabitur. D. THEOPHILVS Antiochenus: Mosen, qui multis annis, Salomonem præcessit, immo sermo Dei per Mosen. In principio creauit Deus Cœlum, & Terram, &c. Moses qui & ipse Propheta est, de vnitate DEI in hunc modum differit: Hic Deus vester, qui firmauit Cœlum, & creauit Terram. D. IRENAEVS. In quinque libris, legem populo Moses tradidit. Vnaquæque tabula, quam accepit a Deo præcepta habebat quinque. D. ATHANASIVS Magnus: liber primus Genesis. liber hic Generationis Mosis est qui ea, quæ in illo continentur, ex iussu Domini locutus est, & scripsit. D. BASILIVS Magnus: Moses dignus habitus & spectator esset peræque ac Angeli faciei Diuinæ: ille, inquam, quæ auditu didicerat, colloquente secum Deo, hæc nobis edisserat. D. INNOCENTIVS Primus: Qui libri recipiantur in Canonem sanctarum scripturarum breuis annexus ostendit: Mosis libri quinque idest, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuter. &c. Atque in Concilio Carthaginensi: Placuit, & præter scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur, sub nomine Diuinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomion, &c. Deinde hos Græci, multique hæretici imitantur. Proinde Lutherus mirum in modum sibi reluctatur, dicendo: Moses est fons viuus, & scaturigo omnis Diuinæ Sapiẽtię & notitiæ: in quo Sancti Prophetæ, & Apostoli per Sanctum Spiritum illuminati diligenter cum feruore & lætitia scrutati sunt & studuerunt, inde suam doctrinam, & scripta deprompserunt ac nobis legenda reliquerunt.

Coccius. S. Philastrius. D. Theophilus. D. Irenæus. D. Athan. D. Basilius. D. Innocẽt. Concilium. Lutherus.

Lib. 6. ar. 5. De Sac. scr. De hæres. hær. 68. & 77. Ad Autol. lib. 2. Lib. 1. c. 42. In Syn. Diuinæ script. In Hexa. Hom. 1. Ep. ad exup. Tholo. c. 7. Cap. 47. Præfa. in Ps. 19.

Lex Mosaica Decem præceptorũ suscipienda & seruanda est. Lutherus. Coccius. D. Basilius. D. Ephrem.

CLXXIV.

Ex textu clare patet, Luthærus ait, quod etiã decem præcepta ad nos non pertineant. Et alibi: CHRISTVS Decalogi aduersum nos ius abrogauit, cuius gratia maledictum factus est: Antinomi duce Ioãne Agricola Hebiẽsi legem DEI plane reiiciunt, docentes CHRISTVM seruatorem eã impleſſe, & abrogasse. Itaque neminem amplius ad eam seruandam obligari, quod indigna sit, quod DEI verbum appelletur. Illis quidquid libet, licet, modo tamen credant in Christum: quorum hæretico furori obsistunt Catholici cuncti, qui iuxta verbum DEI in sacris litteris expressum præcepta DEI per Diuum MOSEN data seruanda esse. Impium est asserere præcepta Spiritus sancti, inquit D. BASILIVS, impossibilia esse obseruata. Et D. EPHRAEM: Diuinis præceptis nos semper occupare studeamus, ut cũ spẽ hæreditatis tãtorũ perfruendæ conceperimus, ẽt conceperimus ẽt cõica-

Ser. de Mos. In Ep. ad Gal. c. 4. Def. sig. Eccl. art. 7. li. 8. Ho. in Mos. Autor. ibi ipsi ser. ad pœ. &c.

tionem

D. Esaias. *Lutherus.* *Orat. qu.* *Te. 3 Gr. 1. fol. 40. 41. & i colloq. conuiual. 1. de S. & E.*

tionem spiritus semper expectemus. Et D. ESAIAS Abbas perantiquus: Ad mortem vsque serua mandata,& ea nunquam despice. Idem docēt omnes Catholici, item hæreticę Maioristæ omnes, Operistæ & alij cum Luthero ipso, qui ēt in hoc magnopere secum diffidet, dicendo aduersum Antinomos: Non possum satis mirari, qua ratione mihi imputent, quasi legem seu Decalogum DEI reiiciam, cum tam multæ adhuc extant enarrationes & conciones decem Præceptorum a me editæ.

CLXXV.

Libri Baruch, Iudith, Tobiæ, Iesu & Machabeorum non sunt Apocryphi. *Iodochus.* *Calumnitici* *Libro 6. de sac. Script. art. 11. 12. 13. & c. 7 Conf. fid. Calu. art. 3.*

Librum Baruch, Lutherus, Zuinglius, Patrus Palladius, Frācifcus Dauid VuitaKerus & librum Iudith ac Tobiæ Lutherus, Brentius, & VuitaKerus & Iesu filii Sirach Lutherus, Caluinus, Parentius & alii negāt. Adde his Machabeorum libros, quos temere & perfide non admittunt pro Canonicis sacræ scripturæ libris Lutherus, Ochinus, Brentius, VuitaKerus, Parentius, Caluiniani & alii. Aliter credit Ecclesia CHRISTI, quæ per Canones Apostolicos, per sacra Concilia Ephesinum, Laodicense, Carthaginense, & alia atque per Sanctissimos Patres, & per omnes Doctores non modo, pro Apocryphis, sed & pro Canonicis tradidit, tales uero habendos optime sancit.

Feuardentius. *Lib. 11. c. 14 17. de Purgato.* *Conradus.* *Tom. 5. princip. Cāmēt*

De quorum libris primo in medium allatis Pellicanus hæreticus libro Tiguri Ministrorum approbatione excusso, nunquam hactenus a suis Zuinglianis erroris notato, sic memoriæ prodidit: Hi libri perperam Apocryphi, rectius autem Ecclesiastici, & Biblici sunt appellati. Siquidem in Ecclesia Catholica iam inde ab Apostolorum temporibus multa cum reuerentia legi consueuerunt. Deinde Chemnitius bonos sanctos ac dignos qui legantur, censet, Vuigandus minister, illos vt sacrosanctæ auctoritatis, cum cæteris Canonicis frequenter laudat, & fidem Christianam eorum sententiis corroborat. Sebastianus vero Munsterus illos reperit Hebraice scriptos, & typis digne vulgari curauit. De posterioribus vero a me in medium adductis, idest Machabæorum libris Lutherus publica disceptatione deinceps publicis scriptis, sic testatur: Tria per ordinem dominus doctor EKius copiosissime contra me prosecutus est. Primum canonem sacræ Scripturæ comprehendere libros Machabæorum: deinde purgatorium probari etiam aliis scripturæ locis. Respondeo. De duobus primis nulla est inter me, & dominationem suam controuersia.

Lutherus. *Disput. lipsic. fol. 28*

CLXXVI.

Nouum Testamentum plene accipiendū est. *Cōstantinus Harmenopuli.* *Luclēburg.* *Leontius Bizantinūs.* *S. Philastrius.* *De opinio. her.* *Cata l. hęr* *Lib. de sectis act. 10* *De hęr. 8. & 17.*

Bogomili veteris ac noui Testamenti libros exceptis paucis reiecerunt, Alogii Euangelium D. IOANNIS. Seueriani Epistolas Paulinas, & Acta Apostolica refutāt, Manichæi nouos quosdam libros excogitarunt, quippe commemorant Euangelium Thomisticum, & Philippicum; Cherinthus Diuum PAVLVM non accipit, nec Euangelia præter Diui MATTAEI, Actus Apostolorum abijcit, Marcion nullum Euangelium nisi Lucanum admittit, nec omnes Diui PAVLI Epistolas acceptat: Hic equidem minus perpetrant CHRISTI Fideles, nec omnes hęretici, inter quos Caluinus est alij Sacramentarii, qui de Canone noui Testamēti librorum idem sentiūt, quod in Synodo Tridentina definitum est. Vnde seductor Anglorum impius Guilhelmus VuitaKerus hac tempestate hæc scribit: Nulla est inter nos & Papistas de libris noui Testamenti controuersia. Nam quos illi Canonicos esse statuūt, eosdem nos quoque sine ulla exceptione agnoscimus. quos Tridentina Synodus noui Testamenti libros recensuit, hos Ecclesia nostra omnes & solos recipit. Hæc ille proximus Inferni hæres.

VuitaKerus. *De Sacra Script. con 1. q. 1. c. 6.*

Epi. D. Pauli ad Hebr. Canonica probanda. Coccius. Brixiensis.

CLXXVII.

Paulinam ad Hebræos Epistolam respuunt Ariani, innominati hæretici, Lutherus & Magdeburgenses, Græci uero Schismatici, Anglicani hæretici & Sacramentarii pro Canonica, quemadmodum ab Ecclesia Catholica in sacris Conciliis Ephesino, Laodicense, Constantinopolitano Quinto, Nicæno secundo, Carthaginensi Tertio, Arausicano, Lateranense, ac Tridentino sancitum fuit, cum Catholicis, quibus nullus error, nullaue erroris suspicio subest, ac subesse potest, recte suscipiunt.

[Margin: 4. ar. 22. de Sac. Scr. De Hæres.]

Epi. D. Iacobi pro Canonica habenda. Coccius.

CLXXVIII.

Epistolā Diui IACOBI Lutherus, Vitus, Theodorus, Bugenhagius, Musculus, ac Brentius contemnunt & reiiciunt, Sacramentarii non ita faciunt; quare Caluinus ait: sunt hodie nonnulli, qui hanc Epistolam auctoritate dignam non sentiant. Ego tamen, quia eius repudiandæ satis iustam causā non uideo, libenter eam sine controuersia amplector. Et ante illam, post Ecclesiam Apostolicam, & primitiuam, ut uidere est, quod tradunt de eadem Epistola Patres Apostolici, & antiquissimi D. CLEMENS, IGNATIVS, ANACLETVS, ALEXANDER, HIPOLITVS, Tertullianus, Origenes, & alii plurimi, inque Cōciliis Carthaginensi Tertio, Mileuitano, Arausicano, Cabilonensi Secundo, & aliis, Hussus eam hisce uerbis probat: Iacobi prima ponitur, propter triplicem dignitatem. Primum, propter dignitatē horum quibus mittitur: scribit enim Epistolam suam his, qui conuersi erāt ex Iudæis, qui alios digniores erant. Secundo, propter dignitatem scribētis, quia, licet Beatus Petrus fuit Primus Apostolorum, Iacobus tamen fuit origo Euangelicæ prædicationis. Tertio, propter dignitatem loci: cui præsidet, scilicet Ecclesiæ Hierosolymitanæ, unde fons prædicationis processit.

[Margin: Caluinus. — Li. 6. ar. 23. — In arg. Epi. Iacobi. — Huss. — In com. Ep. Luc.]

Secūda D. Petri Epist. Canonica. Coccius.

CLXXIX.

[Margin: Art. 24.]

Secundam quoque Diui PETRI Principis Apostolorum Lutherus & Brentius inter appocrypha rejciunt, negantque esse eam eiusdem Auctoris, quod reprobant Catholici, veluti in Synodis Laodicēsi apud Græcos anno 360. celebrato cap. 58. & Francofordiensi apud Latinos anno 794. celebrato Episto. ad Præsules Hispaniç, & in alijs statutum fuit idem faciunt & sacramentarij.

Ep. D. Ignatij eiusdem Auctoris esse asseritur.

CLXXX.

Nihil est, siue intemeratum sit siue Diuinum, quod repugnet falsitati hæreticæ, quin hçretici, uel negēt, uel impugēt uel labefactent, uel extorqueāt, uel traducere conentur, ut nūc uidere licet per exemplum Sacramentariorum, & aliorum impiorum, qui ut hucusque potuerūt non solū Scripturis, Sāctis aduersantur, sed & Sanctorum scripta, quibus tanquam iaculis confodiuntur, ac prosternuntur eneruare, traducere, & abolere penitus conantur Inter hæc Sacras Epistolas, D. IGNATII Sanctissimi, & plane Apostolici Patris, quibus multæ hæreses eximie damnantur, ita siue dubitando, siue negādo nec fas, nec nefas dispiciendo, eas Adam Schultetus Numbergensis sic impie traducit: Inter dubia & incerta numero, Epistolas Ignatij, & Polycarpi: Nondum enim inter Orthodoxos conuenit, sint ne epistolç istç Orthodoxorum Martyrum Ignatij, & Polycarpi, an aliorum. Non uidentur Epistolæ istæ ab Ignatio Antiocheno, confectæ, quia nuper admodum typis mādatæ in lucem prodierunt. Hactenus impostor scriba, impudens, & impius

[Margin: Schultetus. — In Medel. Theo. l. 11. c. 1.]

hç-

Caluinus. hæreticus, cuius imposturæ hæresiarchæ miseræ Geneuæ pestilentissimus, ac dœmonum pessimus fauit nimis, sic furibunde, atque dœmoniace debacchando. Ignatius quod obtendunt, si velint quicquam habere momenti, probent Epistolas legem tulisse de quadragesima, & similibus corruptelis: nihil nenijs illis, quæ sub Ignatij nomine edita sunt, putidius. Quominus tolerabilis est eorum impudentia, qui talibus Laruis ad fallendum se instruunt. Hæc ille pro ignito notatus putidissimus Sodomita, impudentissima, & fellicissima Inferorum Larua, qui & rursum magis impie cauillatur, & furentius sic debacchatur: Quæ est ingenuitas Ignatij Epistolam uitare, quamuis gregarius quispiam monachus pro sua agnoscere dignaretur, Sciunt qui legerunt nugas illas, tantum de Quadragesima, Chrismate, Luminaribus; Quadragesimali ieiunio, diebus festis narrari, quæ aliquanto post Ignatij mortem superstitione & inscitia irrepere cœperunt. Quid tamen fictitius illa Ignatius? Hactenus Satanæ scurra, Luciferique sannio aduersus sacras Diuorum IGNATII, & POLICARPI Epistolas, quas veri Orthodoxi Diui EVSEBIVS, HIERONYMVS, SIMEON Metaphrastes, Ioannes Damascenus BERNARDVS, & Ioannes Scotus, Michael Carnutensis, Nicephorus, & alij multi nobiles scriptores pro eisdem Auctoribus agnoscunt, & cum Orthodoxa CHRISTI Ecclesia Romana Diuinis illis primeuæ Christianitatis Patribus tribuunt. Omitto quod Orthodoxi omnes etiam si ignorarent earum Epistolarum auctores propterea quod illæ spiritum plane referunt Apostolicum, vel ipsis Apostolis, vel Discipulis eorum, vel Patribus Apostolicis procul omni controuersia tribuerent. Atque inter hæreticos ueteres, quorum vel nulla, vel purissima extant testimonia, nihil Oecolāpad. de eisdem legi, sed inter recentiores, quorum scripta & si plurima extent grauissima tamen vidi. Oecolampadius Sacramentariorum supremus magister, & spectatissimus eorūdem cæcorum sectatorum corypheus approbat orthodoxe Epistolas has, dum in hunc modum serio scribit: Sic & beatus Ignatius scribit: Non delector pane corporali, sed panem volo DEI, eius qui ex genere Dauid. Et iterum: Potum volo sanguinem ipsius. Quid hoc aliud est dicere, quam CHRISTVM ipsum uolo, fideque in mortem pasci peto. Alioqui non multa cura panis corporalis mihi est, imo nec Sacramentorum, modo CHRISTVS ipse me pascat. Hæc ille, quæ quamuis ad suam hæresim portentosissimam, & perfidiosissimam trahat, tamen easdem Diuini Patris Littera ad Ecclesiastica Dogmata confirmanda valere satis declarat, atque demonstrat.

Li. 1. inst. c. 14.

D. V. D. li. 4. c. 3.

Testimoniū Trinitatis ex scriptura non reijciendum.

CLXXXI.

Coccius. Verba quibus Trinitas eximie probatur, hæreticæ refutant impij hæretici Ariani, Lutherus, Anabaptistæ, Bugenhagius, & Sommerus, nempe illa: Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: hos porro Catholice detestantur Catholici, & Christiane damnant Sanctissima Diuorum ATHANASII Magni, CYRILLI, CYPRIANI, GYGINI Papæ, & aliorum sententia, atque grauissima Concilii Lateranensis Oecumenici traditione. Ad hæc accedat iterum quod idem vsque modo Huss. afferunt Sacramentarij, & ante hac Hussus ait: Et hi tres vnum sunt. Istum textum multi textus non habent: sed melius est, quod ponatur, ut habet litera Augustini.

Art. 25.

In Comm.

Testimoniū D. Ioannis de Incarn. CHRISTI accipiēdū. Lutzēburg.

CLXXXII.

Verba quoque illa immortalis Apostoli D. IOANNIS: Omnis spiritus, qui confitetur IESVM CHRISTVM in carne venisse est a DEO, Apollitæ respuerunt, raserunt, & quia eorum hæresi repugnabant aperte, dam-

Cat. haret.

na-

Digitized by Google

Coccius. nauerunt,ea autem alij hæretici ad hunc vſque diem approbant, idem probe factum eſſe a Sacris Concilijs Laodicenſi cap.56. Carthaginenſi Tertio, & Tridentino generali,& communi conſenſu a Sanctis Patribus, a Sanctis Doctoribus,a doctisſimis Theologis, & ab omnibus CHRISTI fidelibus Catholicis lucide nouerunt. *Theſ.Cath.*

Hiſtoria de ſudore Chriſti ſanguineo Authentica eſt.

CLXXXIII.

Niceo. Euthimius. Hiſtoriam D. Lucæ 22. de ſudore CHRISTI ſanguineo, & Angelo ipſum confortante,vt authenticam Scripturam ualere ad Eccleſiaſtica Dogmata confirmanda negant Armenij,quibus Lutherani, Caluinitæ & alij ex profeſſo,Chriſtianisſimis præcedentibus illos Catholicis.Sáctisſimisque Patribus Apoſtolicis Diuis DIONYSIO,IVSTINO,HYPOLITO,ATHANASIO,HIERONIMO,AVGVSTINO,& aliis ſapientisſimis Eccleſiæ CHRISTI Doctoribus, a quibus omnes hæretici ſacram vtriuſque Teſtamenti Scripturam, Sacramenta, & omnia, quæ ad Chriſtianiſmum pertinent gratis acceperunt,contraueniunt. *De pesſi. Armen. relig.*

Hiſtoria adultera Canonica Scriptura.

CLXXXIV.

Sixtus Sen. Mulieris adulteræ hiſtoriam,de qua Diuus IONNES 8.cap.narrat,vt authenticam Scripturam valere ad Eccleſiaſtica Dogmata confirmanda inficiantur Ana baptiſtæ,& Beza:aſtruunt vero illam Proceres Eccleſię CHRISTI venerandæ Antiquitatis ſtudioſi,Traditionum Eccleſiaſticarum obſeruatores Euãgelicæ veritatis,& Chriſtianæ cultores,& tutores nimirum Diui Apoſtoli D. CLEMENS in Apoſtolicis Conſtitutionibus ATHANASIVS in ſynopſ. IONNES Chryſoſtomus in Hom.60.in D.Ioan.Atque inter latinos Diui CALIXTVS Papa Epiſtol 2.AMBROSIVS Apolo. poſt Dau. HIERONYMVS ad Pſ.36.AVGSTINVS de adulter cõtra & multo plures Orthodoxi,quos item ſectantur Lutherani, Trinitarij, Caluinitę, & ceteri. *Bibl.San.l.7.hær.5. Ad c.8. Io. Con fid.Ca. confu. apud Feu.ar.4.* *Beza. Hugenotę.*

Secunda & Tertia Diui Ioannis epi. eſt Canon. Lutherus.

CLXXXV.

Tertiam, poſt ſecundam Diui IOANNIS Canonicam dubitat Lutherus ipſam eiuſdem eſſe Apoſtoli,cum pro certo teneat Eccleſia,quæ nullatenus falli poteſt, nullove æuo ſeduci poſſibilis eſt,a qua quidem hoc idem in Concilio Laodicenſi,anno 360.ſtatutum fuit hocmodo.Epiſtolæ Catholicæ ſeptẽ,nẽpe Iacobum, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna.Iſtud idem aſtruitur cũ in Concilijs Carthaginis Tertio cõgregato& Tridenti œcumenicis quõdam definitum fuerit,illam eſſe ipſius Apoſtoli, qui Primam ſcripſit: Huſſus verè eam recipit & ſic commendat: Per hoc, quod ſunt ſimiles Primę in verbis,& in ſimili aſſertione Fidei & Charitate aduerſus hæreticos,probãtur eſſe Apoſtoli,non Ioannis presbyteri. Hunc Anglici hæretici,omnes pariter Caluiniani tuto inſequuntur. *In prol.car.* *Huſſus.* *Co.In 2. & 3. D.Io.epi. L.1.de s.T. Cõf.fid.Ca.* *Feuardent. Caluinita.*

Ep.D.Iudę Canonica.

CLXXXVI.

Coccius. Epiſtolam Diui IVDAE Apoſtoli pro Canonica ſcriptura non habet Luterus, Brentius & Magdeburgenſes,quos repudiant Catholici Doctores, & in Concilio Tridenti generaliter celebrato nouiſſimo, poſt alia plura Concilia etiam antiqua inquit,eadem Epiſtola inter Canonicas refertur, condemnant ſacramentarij hæretici: vnde ait hodie impius Anglus Guilhelmus VuitaKẽrus; ſi Lutherus,aut qui Lutherum ſecuti ſunt, nonnulli aliter ſenſerint,aut ſcripſerint de quibuſdam libris noui Teſtamenti, ut de Epiſtola *l.6.art.27.* *Vuitakerus* *Cont.1.q.1 c.1.de Scri.*

Digitized by Google

Iacobi,aut Iudæ, aut de alijs quibusdam patribus,ij pro se respondeant, nihil ista res ad nos pertinet,qui hac in re Lutherū nec sequimur,nec defendimus,quique meliore ratione ducimur. Et Hussus,ista,olim inquit,est quarta pars & vltima Canonicarum,in qua ponitur Epistola Diui Iudæ Apostoli. Hic dicitur Iudas Thadæus, qui & frater Iacobi minoris; scribit autem hanc Epistolam generaliter omnibus Fidelibus,cuius materia est de Fide, & Charitate.

Hussus. *In Ep. D. Iude.*

CLXXXVII.

Opera D. Dionysii eidē auctori asserenda sunt.

Miseri nebulones,& infideles Papinones hæretici,qui Doctrina Apostolica,& Euangelica abnegata, doctrinam quoque Diuorum, qui Apostolos habuerunt magistros abnegant, inter quos Galliç monstra horribilia sunt, atque etiam Germaniæ portenta quædam,quæ doctrinam operū D. DIONISII Areopagitæ Apostolicam vna cum eodem auctore moribus scripti, votis & omnibus conatibus a Christianissima Gallia explodere conantur, quamquam incassum, Dionysius nugatur Lutheranorum deplorata abominatio,multa garrit de Diuinis nominibus,de Ecclesiastica,& cœlesti Hierarchia adeo ut eum hactenus uocarint diuiniloquū Theologum qui de rebus summis,& Diuinis scripserit,sed meræ sunt fabulæ. Nam non est ille Dionysius,qui Pauli discipulus fuit,sed alius Parisiensis. Hç ille præscitorum parens,cui alter reproborum sectarius, qui est in Gallia desolationis abominatio subscribit,dicens: Nimis crassa est eorum barbaries,qui libros de Cœlesti Hierarchia,& de Diuinis nominibus,huic Dionysio ascribunt: Cœlestis enim Hierarchia non modo multis insulsis, & monachalibus nugis referta est; sed etiam multis absurdis commentis,& impijs speculationibus scatet. Hæc ille magnus minister superintendens infernalis Ecclesiæ, contra Diuina plane Opera Diuinissimi Patris Apostoli,ac Discipuli D. Pauli D. DIONYSII, cuius agiographa, ac diographa eruditissimis commentarijs Diui MAXIMVS perantiquus Pater, deinceps HVGO Victorinus, THOMAS Aquinus, DIONYSIVS Carthusiensis,& alij Orthodoxorum Doctissimi illustrarunt. Hussus præterea,ut testimonium Ecclesiæ, auctoritatem Romanæ CHRISTI Sedis, & testificationem sapientissimorum Orthodoxorum omittam,quod & alias fusissime præstiti,Opera D. DIONYSII suspicit, suscipit ita dogmata probando Ecclesiastica: Petrus dicit: Virtutibus: intelligitur tertius Ordo, secundum illud Dionysij: Hierarchia est ordo Diuinus. Ac rursum: Dictum D. Dionysij est uerum: quod Petrus fuit capitaneus inter Apostolos, & fuit fundamentum Ecclesiarum. Hucusque Hussus Orthodoxe protulit,cuius discipulus Lutherus, quem nominare solum pollutio est,quoquo pacto sectatur, vbi scribit: Mihi in totum displicet tantum tribui (quantum fuerit) Dionysio; cum nihil in eo sit solidæ eruditionis. Omnia illius sunt prope somnijs simillima. Et alibi: Dionysius Areopagita nihil habet solidæ eruditionis,nihil vel auctoritate, vel ratione probat. Hæc ipse mendaciorum multorum impudentissimus consarcinator, qui imitatur Hussus,non quantum addubitat primum,sed quātum deinde credit opera D. DIONYSII, Husso denique aduersatur, quando in suarum hæresum gratiam eisdem Apostolicis, Euangeliis,& Diuinis scriptis nil tribuit. Huic vero suffragatur maledicentissimus scurra Satanæ Causçus,cum eundem D. DIONYSIVM Areopagitam, Opera quorum Ecclesia auctorem agnoscit,insense improbando, propterea quod sapientissime,ac diuine iudicio totius Christiani orbis scripsit,immeritissime, maledicentissime Sacrum Ecclesiæ DEI Doctorem a seculis spectatissimum tota Christianitate appellet delirum senem,& somniorum confictorem.

Lutherus. *De capt. Bab. c. de or.* *Caluinus.* *Apost.* *Auctor.* *Hussus.* *li. 6. Def. E. Chri. cat.* *Ad c. 3. tri. ep. D. De eccl. c. 9.* *Lutherus.* *De ca. Bal. c de Ord.* *Ad c. 7. De uter.* *Bartholom.* *Clyp. fid. dial. 11.*

Im-

Apocal. pro Canonica scriptura habenda.

CLXXXVIII.

Coccius. *L.6.ar. 28. & eod.l.ar. 4.*

Impius Cerdon, Marcion, Caius, Alogi, Lutherus, Zuinglius, Vitus Theodorus, Brentius, Kemnitiusque Diuinam Diuinissimi Diui Ioannis Archiprophetæ, Apostoli, & Euangelistæ Apocalypsim spernunt, atque reijciunt: Eam contra approbant omnes Ecclesiæ Doctores ab ipsis Apostolorum tēporibus, quemadmodū Diui DIONYSIVS, PROCORVS, IVSTINVS, MELITO, THEOPHILVS, IRENAEVS, CYPRIANVS, ZENO, & plerique alii, vt Iodocus fusissime patefacit, deinceps, ut Beati ALBERTI Magni uerbis vtar, tota Ecclesia recipit hunc librum, ut Ioannis Apostoli. Deindo Magdeburgenses auctoritatem eius libri Canonicam nobiscum agnoscunt. Hunnius quoque Lutheri petulans sectator à sectarii sui errore desciscens, Apocalypsim ut Canonicam acceptat. Atque etiam admittunt Sacrametarij, qui de libris noui Testamenti idem sentiunt, quod in Concilio Tridentino definitum est. Eam ob rem Oecolampadius Sacramentariorum caput inquit: Paraphrastes Prophetiarum Ioannes, quam miror quare quidam tam temerario iudicio abijciant, ut Somniatorem, & manicum, & inutilem Ecclesiæ scriptorem: cum tamen, sicut auctor Epistolæ ad Hebræos, plurima ueteris Testamenti, & eorum, quæ in Prophetis abstrusissima, proponat. Sed magni illi uiri qnantum sentiant produnt: quorum equidem censuras profanas facilius contempserim, quam tantum thesaurum abiecerim. Hactenus ille, cui opitulatur Bullingerus, dicendo: Non ignoro Martinum Lutherum in prima editione noui Testamenti Germanici præfatione acri præmissa, librum hunc veluti obelo iugulasse. At inuiderunt hanc censuram ipsi boni uiri, & docti, qui in ipso desiderant, & prudentiam, & modestiam.

B. Albert. Centuriato. — Aegidius. — Oecolāpad. — Bullingerus

Prol. in Apo. Cent. 1. l. 2. c. 4. col. 56. — In Iubilao apud Cass. confuta. — li. 2. ad ca. 22. D. Dā. — In Apoc.

Liber de Sacramentis D. Ambrosii est eius.

CLXXXIX.

Impudentiæ hæreticæ nullus finis, nulla meta est in his improbandis, uel negandis, quæ illorum insanis hæreticis aduersantur. Quorum in promptu habetur impudentissimus, & insanissimus hæresiarcha Oecolampadius, qui D. AMBROSII librum eruditissimum, quo se de uerissima veritate Catholica verissimę præsentiæ Corporis Dominici in speciebus panis, ac uini iugulatum prospexit, non modo impugnat, sed etiam ex professo impudentissime negat, dicendo: Audiamus Ambrosium, principio indubitatæ in hac re fidei Doctorem, & uel hinc colligamus, non esse librum eius de Sacramentis. Hæc ille, ad quem Orthodoxus Pater B. Ioannes Fischerius sic respondit. Hic primum aduerte lector, quibus technis vtitur Oecolampadius in hoc auctore citando. Principio nobis auferre conatur libros illos, qnos grauissimus iste Pater de Sacramentis edidit, in quibus, & apertissime rradidit uerum CHRISTI Corpus in Euchatistia contineri. Ceterum denuo audiatur Oecolampadius, quam malo dolo, & impudenti hæresi Sactos illos Diuinissimi Ecclesiæ CHRISTI Doctoris D. Ambrosij negat, ac rursum inculcat: Scio libellos quosdam obtrudi lectori classicorum doctorum nomine, quos uel proletarij succenserent sibi inscriptos: Quales sunt Sermones Cypriani de Cardinalibus operibus Christi, cuius sententias aduersarij nostri, emunctæ scilicet naris iuri tumide proferunt. Eiusdem farinæ sunt & sermo, & liber de mysterijs, quos Ambrosio tribuunt, & constare potest, tam ex phrasi, quam ex alijs eorundem scriptis præstantes illos viros aliter sensisse. Hæc ille hæreticus testis Satanæ ad quem gloriosus Christi testis Catholicus Roffensis sic Orthodoxe respondit Primum, cuiuscumque fuerint illi libelli, certum est ad hunc usque diem neminem Orthodoxum eos atro signasse calculo. Sed nec tu iam carbone notasses, nisi plane perspe-

Oecolāpad. — Roffensis. — Oecolāpad. — Roffensis.

L. 4. c. 1. F. D. Cont. Oecol. — l. 5. c. 71. — Cont Oecol. 5. c. 71.

Digitized by Google

xeris eos tuam hæresim condemnare. Sic enim consueuerunt hæretici semper in eos libros, qui suis dogmatibus aduersabantur, caninum infigere dentem. Ceterum quantum ad Ambrosium attinet clarissimus testis est Augustinus, qui non semel memorat Ambrosium de Sacramentis librũ scripsisse. Cui sane potius fides adhibenda est, quam tibi, cuius gustum toties, nõ solum in auctorum sententijs expendendis, verum etiam in ipsius CHRISTI verbis, experti sumus esse corruptissimum. Et iterum: Sæpe deprauas Ambrosium, ac detorques, ac inuertis ea, quæ Sanctissimus ille scripserat, sed locum inspectas, vbi scripserat ea, te plane falsarium ostendit. Quare frustra nonnullos ex sermonibus eius, & libros de Mysterijs, ac Sacramẽtis infamasti. Supersunt adhuc alii, quos impudentia tua reijcere nequit, in quibus abunde quid senserit, aperuit: Liber vero de mysterijs tam apertè nectitur superioribus eius libris, tamque phrasim seruat Ambrosianam, ut nemo iuste posit eum repellere. Ac rursum Berengarius, non tam impudẽter, atque tu, qui libros illos in totum negas Ambrosij esse, certe Berengarij temporibus, quin Ambrosii fuissent, nemo dubitauit, sed tunc pro libris Ambrosij habiti fuerunt ab omnibus. Denique Lutheranorum archihæresiarcha ceterorum abominandus Lutherus cum suis gregalibus librum istum D. AMBROSII eruditissimum, & Catholicissimum eiusdem esse sentit, & eius auctorem, quemadmodum Catholici efficiunt, tametsi suis ipsius Lutheri prorsus obstat hæreticis, agnoscit, & probat.

In eod. cap. — *D. Algerus.* *L. 5. c. 22.* — *Lutherus.* *L. 2. de Sac. c. 3. cõ. Ber.* *In cap. Bab. ap. Rof. & al. nota, h.*

Scriptura sacra summæ esse auctoritatis.

CXC.

Coccius. *l. 6. ar. 30.*

Plurimi sunt, qui omnem Diuinam contemnunt Scripturam, summæq; esse auctoritatis, utpote Gnostici, Helchesceitæ, Gnosimachi, Michael Balbus, Hermannus Risuuich, Thomas Muncerus, Anabaptistarum quidam, Libertini, Dauid Georgius, & Gaspar ZuencKfeldius. Quibus aduersantur Fides Christiana intemerati, & incorruptibiles Catholici a Sanctis Diuinisque eruditi Patribus ab ineunte vsque CHRISTI Ecclesia Diuis CLEMENTE, DIONYSIO, IGNATIO, & aliis pluribus, quorum quosdam mox citabo. D. ATHENAGORAS: Nos, inquit, sententiæ, fideique nostræ testes habemus Prophetas, qui Spiritu Diuino de DEO, & rebus Diuinis disseruerunt. Deinde D. IRENAEVS: Rectissime scimus, quia Scripturæ perfectæ sunt; quippe à vero DEO, & eius Spiritu doctæ. Insuper D. HIERONYMVS: Quod de Scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnetur, qua probatur. D. præterea AVGVSTINVS, Scripturæ sacræ auctoritatem eminentissimam esse asserit, ac prohibet disceptandum, utrũ verum, vel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit, eiusque plus esse auctoritatem, quam quicquid humana ratio, uel ingenium inuestigare potest. His uero, & reliquis Orthodoxis assentiuntur, Hussitæ, Sacramentarij, Lutherani, Confessionistæ, Trinitarij & alii, qui non desinunt prædicare Scripturam, & summam verbi DEI auctoritatem magnificare, & comprobare. Quamobrem ad exemplum Hugonotas in medium producam hæreticos: Ita reuerenter, confitentur, sunt nobis habenda DEI verba, nihil ut illis de nostro adijciamus. Ac iterum: Credimus verbum, quod Canonicis libris continetur, esse uerbum DEI a quo solo suam accipit authoritatem, & non ab hominibus. Ipsa (Scriptura) continet quidquid necessarium est, vt DEO seruiamus, & salutem assequamur. Et quoniam regula est veritatis, nec hominibus, nec quidem Angelis, illi quidquam addere, imminuere, vel mutare licet. Vnde sequitur, nullam antiquitatem, nullam consuetudinem, nullam multitudinem, nec sapientiam, nec iudicia, nec decreta, nec edicta, nec Concilia, nec visiones, nec miracula Scripturæ sacræ opponi debere. Hu-

leg. pro Ch. — *D. Athena.* *l. 2. c. 47.* — *D. Irenaus.* *Ad ca. 23. D. Mat.* — *D. Hieron.* *De B. l. 2. c. 3. Doc. D.* — *D. August.* *l. 11. c. 25. cõ Manichi.* — *Caluinita.* *Confess. fid. Calu. conf 16. l. præfa. apud Fena. & ea. ar. 5.*

cuſque illi. Ceterum cum hæretici recẽtiores omnes in uniuerſum uerbum DEI nimis ambitioſe iactent, ſiue vt facilius miſeram plebem ſeducãt, ſiue quod ita ex animo credant, uerbum DEI nimirum ſummæ eſſe auctoritatis paſſim credendum docent atque prędicant.

Scripturę ſacrę nihil addere uel auferre fas eſt.

CXCI.

Lutherus. Feuardent. Coccius. Lutherus.

Hęretici, qui aliquid de ſuo ſenſu Scripturis ſacris vel addiderunt, uel abraſerunt, cenſuere addendum, uel tollendum aliquid Scripturis, radi vel addi poſſe, & hoc perpetrarunt aliqui, ut Caluinus, Beza, Marotus, & alij, quos ſacrilegij reos ipſi Caluinitę cenſent, & Lutherus ipſe non ſemel hoc facinus perpetrauit, & defendit. Aliter tamen credit Eccleſia, quę nec iota quidem unum, uel addi, uel auferri poſſe tenet, quod etiam ebrius, & ebrioſus Lutherus ebrietate minus laborans, confirmauit, dicens: Pluris facimus unam literam & vnum iota ſacræ Scripturæ, quam Cœlum & Terram. Quamobrem ferre non poſſumus, ut uel minimum ab illis tollatur. Et alibi: Si quis unum iota aut literam, uel abſtulerit, vel mutauerit, Diabolo mancipetur.

In tran. G. 1. Ioã. 5. & epi. ad ami. de voce ſola. Theo. Isle. ar. 1. con. ſi. Calu. Conf. De Sig. Ec. Ad c. 5. ad Gal. To. 4. Germ. fo. 393.

Omnia non ſunt tradita in ſacris litteris. D. Auguſt. Coccius.

CXCII.

Senſit Lutherus cum Maximino Ariano, & alijs, omnia in Sacris Litteris tradita eſſe, nihilque præter eas eſſe recipiendum? Contra vero ſenſit & ſentit Eccleſia CHRISTI, quam ſacræ Spiritus Sancti ſententiæ docent, Epiſtolæ Apoſtolicæ tradunt, Apoſtolici Patres roborant, Sancti Doctores conſtabiliunt, & tota denique Chriſtianitas credit & confitetur iuxta Apoſtolos & Patres Apoſtolicos, inter quos D. PAPIAS ait: Si quis Presbyter mihi forte occurrebat, qui cum Apoſtolis conuerſatus fuiſſet, dicta Apoſtolorũ ab eo diligenter ſuſcitabar: nempe quid Andreas dixiſſet, quidnam Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, aut Matthæus, aut quis Domini diſcipulus: quid denique Ariſtion, & Ioannes Presbyter, qui in numero Diſcipulorum Domini habebantur, locuti fuiſſent. Neque enim ex libris petebantur, tantum mihi ſubſidij allaturum exiſtimaui, quantum ea, quæ acceperant ex hominum uoce, & ſermone, qui adhuc in uita manebant. Huic vero ſuccedit D. IRENAEVS: Quid ſi neque Apoſtoli quidam Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi Traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias? cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorum eorum, qui in CHRISTVM credunt, ſine charta, & atramẽto, ſcriptam habentes per Spiritũ in cordibus ſuis ſalutem, & ueterem Traditionem diligenter cuſtodientes. Deinceps Tertullianus antiquiſſimus Pater: Harum, & aliarum eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules Scripturarum, nullam inuenies: Traditio tibi prætenditur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. Rationem traditioni, conſuetudini fidei, patrocinaturam, aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo, qui perſpexerit, diſces. Nec eſt cur multos citem Patres, cum hæc omnium ſola ſit ſententia, quam ob cauſam cum D. DAMASO dicendum arbitror: Cauendum ſane, ne per eos, qui uarias doctrinas comminiſcuntur, in Lubricum ſeducamur, ac potius quotieſcunque illi uariantibus conſilijs circumferuntur, Patrum noſtrorum a nobis ſententię, ſunt retinendæ. Hactenus Pontifex Eccleſiæ Catholicę, cui peſſimus hæreſiarcha, uel ipſe Lutherus, qui non ferme nuſquam, nũquamque ſibi repugnat, dũ ſcribit: Ex corde concedo Cœnam Sacramẽtum eſſe ẽt ſi in ſacris Litteris nõ ita uocetur. Et rurſum: Anne mihi liceret Dominũ meum Chriſtũ nomine aliquo appellare, quod non extaret in ſacris Litteris? Quid? quod ſi eum uocarem coronam cordis mei, cordis mei iubilum, meum rubinum, ſi non contra con-

D. Papias. D. Irenęus. Tertullian. Papa. Lutherus.

lib. con. Maxi. Aria. li. 6. ar. 32. de Scrip. l. 4. ope. ſu. l. 3. ar. 4. lib. de cor. Mil. c. 4. Ep. ad Epi. Illyr. De abu. M. De Ser. art. 6.

ſcien-

scientiam agerem, ac si oporteret me illum hoc & non alio nomine vocare. Vbi nam vero huiusmodi nomina in sacris literis reperiuntur? Item quod si de Baptismo ac Cęna Domini sermonem deberemus instituere, quo modo ageremus? &c. Item plures sunt articuli Fidei, multæ partes doctrinæ Christianæ, multa capita in Biblijs, quid ageremus? Huiusmodi nomina articuli, partes, capita, non habentur in Biblijs. Hæc ille, qui eadem crebro confirmat ad confirmandam Catholicam Veritatem, & cōdemnandam suam & aliorum hæresim. Quod etiam altera hydra hæresem facit Caluinus, vbi dicit: Multa sacra, veraque non fuerunt scripta, sed tradita inter Iudæos. Et alibi: Quædam fuerunt ordinationes Apostolorum, quæ non sunt scriptæ. Et iterum alio loco Paulus plurima passus est, quę scriptis non sunt commissa.

Conf. de C. D. *Ep. de Ana.* *Ad Cœlest. prophet.* *Caluinus.* *In 1. Cor. 10. v. 2.* *In 1. Cor. 11. v. 2.* *In 1. c. 15. ver. 32.*

Scriptura est intellectu difficillima.

CXCIII.

Coccius. Extremæ insaniæ Lutherus Pater est, filius Ochinus, nepos Brentius, qui summam facilitatem, & clarissimam perspicuitatem sacrę Scripturæ somniarunt, quos non modo Catholici plurimi ipsius Scripturæ sententijs eruditi, Sanctorum Patrum & Orthodoxorū omnium vsque ab initio Ecclesiæ Catholicæ pari consensu fulciti, & hæretici recentes refutarunt, verum etiam iam olim hoc refutauit Theodorus ille Erachię Europę, qui in veteri Testamento nihil perspicuum expressumue de CHRISTO legi censuit. At qui Ecclesia, quæ vetuit extremitates uelitorum hæreticorum, de Scripturæ Sacræ auctoritate optime censet, veluti ex his Patribus Ecclesiæ perspiciendum erit D. CLEMENS Pontifex Maximus secundum Traditionem veri Prophetæ, qui solus scit, quæ facta sunt, ut facta sint, ea quæ fiūt, ut fiant; queq; erunt ut erūt: quæ tamen manifeste quidē dicta, non tamen manifestè scripta sunt, in tantū, ut cum legūtur intelligi sine expositore nō possint, propter peccatum, quod coadoleuit hominibus. D. ATHANASIVS Magnus: Ad Scripturarum indaginem uerumque intellectum opus est uita proba, animo puro, & uirtute quæ secundum CHRISTVM est, ut mens per eius tramitem decurrens, ea quæ expetit adipisci possit, quatenus fas est humanam naturam Diuina intelligere. Nam sine pura mente, & Sanctorū imitatione, nemo comprehendit Sanctorum uerba. D. EPIPHANIVS: Diuinæ Scripturæ profunditas, & claritudo, mentem humanæ naturæ excedēs decipit quamplurimos. D. HILARIVS: Sunt omnes prophetiæ ad mundialem sensum, & prudentiam seculi clausæ, & obsignatę, secundum illud Esaiæ: Erunt uobis omnia uerba hec tamquam eloquia libri huius signati. Hæc Sapientissimus Orthodoxus ille cum quo recte consentit Orthodoxus Pater D. PROSPER, optime dicens: Bonæ sunt in Scripturis mysteriorū DEI profunditates, quæ ob hoc teguntur, ne uilescant: ob hoc quæruntur, ut exerceant: ob hoc aperiuntur, ut pascant. Hæc Catholicissimus ille cui in sententia semper eadem constantissimi Catholici fauent omnino, & qui inconstantiæ monstrum prę se fert, ab hisdem non discrepat Lutherus ipse, qui ab alijs obiurgatus suam corripuit insaniam aliter alias scribendo: Nolim ab ullo id de me præsumi, quod nullus adhuc præstare potuit sanctissimorum, & doctissimorum: id est Psalterium in omnibus legitimo suo sensu intelligere, & docere. Sat est aliquos Psalmos, & eosdem ex parte intellexisse. Multa sibi reseruauit Spiritus, quo nos semper discipulos habeat: Multa solum ostendit, ut alliciat; multa tradit, ut afficiat. Scio esse impudentissimæ temeritatis eum, qui audeat profiteri unum Scripturæ librum a se in omnibus partibus intellectum. Ac rursum alibi: Ante uiginti annos coactus sum contemnere Patrum commentaria, cum Scripturæ legendæ essent in Scholis, & magno sudore veram, ac germanam sententiam quærerem. Ad hæc accedat, quod, Cum Iustus

L. 6. ar. 31. *Lutherus.* *Cat. hęr.* *D. Clemens* *Li. 1. Rec.* *D. Athan.* *De inc. Ve.* *D. Epiphan.* *Her. 55.* *D. Hilar.* *Prol. in psa.* *D. Prosper.* *Epig. lib.* *Lutherus.* *Præf. in psa.* *lib. de Cōc.*

Digitized by Google

Ionas aliquando ad mensam Lutheri referret, quod in sacris literis tanta sapientia abdita delitesceret, vt nemo eam perfecte vnquam addiscere & ediscere posset, respõdit Martinus Lutherus: Nos oportet manere discipulos: nam ne vnum quidem verbum scripturæ satis superque perscrutari valemus: nos duntaxat primitias habemus, & retinemus: & ubi multa nos putamus percipere, vix alphabetum, & id quidem non satis recte intelligimus. Adde, quod sacras literas intelligere res sit grauis, & difficilis, de eo Martinus Lutherus anno 1546. Islebij biduo ante obitum, hæc verba in mensa scripsit: Virgilium in Bucolicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinque annis pastor. Virgilium in Georgicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinque annis agricola. Ciceronem in epistolis (sic præcipio) nemo integre intelligit, nisi viginti annis sit versatus in Republica aliqua insigni. Scripturas Sanctas sciat se nemo gustasse satis, nisi centum annis cum Prophetis, ut Elia, & Eliseo Ioanne Baptista, CHRISTO, & Apostolis Ecclesias gubernarit. Hęc Lutherus contra seipsum astruxit pro Catholicis, qui numquam a via veritatis nec punctum quidem abscederunt, qua coacti hæretici cum eisdem consentire coguntur. *Ibidem.*

[T]raditiones [P]atrum recipiẽda sũt.

CXCIV.

[E]ccius. Venerandas Sanctorum Patrum Traditiones reiecerunt Ariani, Macedonomiani, Eunomiani, Pelagiani, Nestoriani, Iacobitæ, Lollardi, Vuicleuitæ, PicKardi, Eutyches, Henricus, Tholosanus, Abailardus, Hermannus, Risuuich, Luthelus, Zuinglius, Pomeranus, Musculus, Pseudomartyr, Laurentius Humfredus, & Sõmerus, quibus plane tota CHRISTI Ecclesia aduersatur & recte confitetur. *Art. 32.* *[C]oncilium.* Namque in sacrosancta sexta Synodo Vniuersali hæc Christianissime sanciuntur: Omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi Sanctorum Pattum dogmata: sed & ijsdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innouari. *Actio. 11.* Ac iterum: Si ad Scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur Episcopi, quam quomodo Ecclesiæ luminaria, & Docto res suis scriptis exposuerunt. *Cano. 19.* *[S]ynodus.* Post sacra Synodus Trullensis: Ea quæ a Sanctis Patribus nobis decreta sunt, nos quoque rata & firma esse volumus. *Cano. 8.* *[C]oncilium.* Inde Synodus Octaua Generalis: Regulas, quæ Sanctæ Catholicæ, atque Apostolicæ, tam a Sanctis famosissimis Apostolis, quam ab Orthodoxorum vniuersalibus, nec non & localibus Cõcilijs, vel etiam à quolibet Deiloquo Patre & magistro Ecclesiæ traditæ sunt, seruare atque custodire profitemur. *Cano. 1.* *[S]ynodus.* Huc accedat sacra Synodus Nicæna secunda: si quis Traditionem Ecclesiæ siue scripto, siue consuetudine volentem non curauerit, Anathema. *Actio. 7.* *[C]oncilium.* Ex Latinis Synodus Lateranensis Prima: Hæc quidem ipse Sanctorum DEVS Dominus noster IESVS CHRISTVS multifarie multisque modis per Sanctos Patres de se ipso locutus, illuminauit, nobis fidem Orthodoxam, & intransgressibiliter tenere eam, sicuti Patres prædicauerũt. *Consulta. 5.* *[S]ynodus.* Ac sacra Synodus Toletana Duodecima: Maiorum institutionibus contraire, & Sanctorum Patrum decreta conuellere, quid aliud est, quàm uinculũ societatis Christi abrumpere, & usurpatæ præsumptionis licentia statum totius Ecclesiæ dissipare? *Cap. 4.* Hoc idem semper senserunt Doctores Ecclesiæ, semper sanxerunt Cõcilia, semper seruarunt, & confirmauerunt Pontifices Romani ab initio, ut puta Diui CLEMENS, PIVS, LIBERTVS, DAMASVS, INNOCENTIVS, CAELESTINVS, SIXTVS, VIGILIVS, HORMISDA, AGATHO, & reliqui omnes. *[L.]M.* Vnde Diuus LEO in corde nostro, & obseruantia DEO inspirante permaneat, ne constitutiones Venerabilium Patrum diuinitus roboratæ, & ad soliditatem Fidei pertinentes praua cuiuspiam interpretatione uiolentur: *Ep. 8. ad Fl.* *[G].M.* D. GREGORIVS Papa: Absit hoc a me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam. *Ep. 37. li. 2.* Deinde contra supe-

rio-

Digitized by Google

Hussus. riores hæreticos hæretici vna cum Catholicis omnibus simul etiam ipsi pugnant, vtpote Ioannes Hussus, dicens: Admitto omnes Sanctorum Doctorum sententias: ipsam legem fideliter declarãtes: veneror etiam omnia Cõcilia generalia & specialia, Decreta, & Decretales, & omnes leges & constitutiones. Hæc ille, quæ præcesserunt Iconomachi, qui Sanctorum Intercessionem & Inuocationem (ut ostendi) & Ecclesiastica probant Traditione. Item hoc idem non vno quidem loco, sed pluribus profitetur Lutherus: Periculosum, inquit, inter alia, & horrendum est, quicquam vel audire, uel credere, quod aduersatur unanimi testimonio Fidei & Doctrinæ Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, quam inde usque ab initio per annos mille quingentos vnanimiter seruauit. Hæc ille, qui etiam traditionibus Ecclesiasticis de Baptismo puerorum tractans contra Anabaptistas sedefensatus est aliquando: quem imitati sunt Bullingerus, Bucerus, & Caluinus, qui Piggio se traditiones admittere, si modo Ecclesiæ traditio ex certo & perpetuo Sanctorum, & Orthodoxorum consensu demonstretur, pollicetur, dum dicit: Nos quidem non negamus, quin aliquæ fuerint tráditiones Apostolorum non scriptæ, quæ pertinent ad Ordinẽ & Politiam. Hæc ille, quæ rursum fusius firmat. Eo tamen melius disputat Danæus: Vera pietas a DEO Adamo, & ab Adamo Noe, a Noe autem filiis, & posteris per manus tradita fuit Deinde Marloratus Caluinum corrigendo, grauiora addit: suntque hæc, Tenete traditiones &c. ad præcepta externæ politiæ restringunt, sed perperam, modum standi iudicat. Atqui res longè altior est extrema disciplina. Vocat ergo Traditiones Paulus quidquid se docente & tradente didicerant Thessalonicenses, hoc est, Euangelii doctrinam de uera pœnitentia erga Deum, ueraque Fide in Dominum Iesum. Et aliquanto post: Agnoscimus nos traditiones Apostolicas non minus recipiendas esse, quam scripras Epistolas. Hucusque illæ, cui suffragantur Confessionistæ: itẽ Melanthon & alii quos omitto, ut ipsum audiam dicentem. Vt viuos libenter consulimus, quos iudicamus usum aliquem habere spiritualium rerum: ita & veteres, quorum scripta probantur, censeo consulendos esse. Existimo hoc communiter sensisse Ecclesiam, quod isti scripserunt. Neq; uero tutum est, a communi sententia veteris Ecclesiæ discedere. Hæc ille, qui hoc idem alio loco probe roborat, ac fusius tradit plurimum consensum vetustatis ad confirmãdas mẽtes valere. Eadem concedunt & profitentur Hugnostici. Nouissime uero Bucerus rem pulchrius decidit, Catholicum hoc modo proferendo sanctũ plane Canonem: Quæcunque Constitutiones ad externam uitam decẽter, & cum commodo proximorum degendam, ab hominibus constituuntur, non Humanæ, sed Diuinæ traditiones sunt, dimanantes scilicet ex lege dilectionis, mandatorum Dei capite.

[Left margin: Iconomachi. Luterus. Canisius. Caluinus. Lambertus. Marloratus. Melãthon. Hugnostici. Butzerus.]

[Right margin: Ser. de fid. sue elucidat. — In sua Syn. — Epistol. ad Magdabur gens. — De Deipa. lib. 2. c. 17. — Con. Piggi. de lib arb. — In pri. Cor. 11. v. 2. & 15. v. 32. — Proleg. in libr. de hær. Aug. — In 2. Thes. c. 2. v. 15. — Epistol. ad Frid. — Epistol. ad Ioan. Crato. med. — Confes. Cal. art. 6. — Ad cap. 15. Mat. p. 123.]

Symbolum Fidei recipiendum est.

CXCV.

Coccius. Sacrosanctum Diuorum Apostolorum Symbolum, quod Patres Apostolici, & discipuli Apostolorum D. CLEMENS, IGNATIVS, IRENAEVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, CELESTINVS, SIXTVS Tertius, LEO Primus, & pleriq; alij male suscipit Fotinus, inde Vualdenses plane contemnunt Caluinus eius eneruare conatur auctoritatem, & Seruetiani in Transyluania, nisi facta exceptione quatenus uerbo DEI consentit admittunt: Pseudo martyres cum Luthero uocem, Catholicam, vel etiam, Ecclesiam Catholicam, omittunt: Græci verò atque Anglorum hæretici ministri post omnium Orthodoxorum Catholicorũ, qui umquam fuerunt communem consensum suscipiunt. itidem Lutherani: vnde Lutherus tam serio approbauit, ut impossibile crediderit aliis, quã ipsis Apostolis tribui posse: Symboli uerba ab Apostolis constituta esse credo, qui in congregatione sua hoc Symbolum verbis tam breuissimis & cõ-

[Left margin: Manus Copus. Feuardentius. Luterus. Feuardent.]

[Right margin: Artic. 19. — Dialo. 6. cap. 21. — Theomac. 1. S. Trin. in disp. ministro. Genen. & Anglicano. — In colloq. to. 2 p. 106. — An. in 1. li. c. 2. D. Iren.]

sola-

solatoriis confecerunt. Opus est Spiritus sancti rem tanta breuitate tam efficacissimis, & emphaticis verbis describere.

CXCVI.

Symbolum fidei auctores habet Apostolos. Caluinus.

Sacratissimum Fidei Christianæ Symbolum Diuorum Apostolorum esse improbissimi hæretici Caluinus, Spineus & Cureus negant. Quod Apostolorum Discipuli eorumque successores Apostolos eius cognouerunt auctores, idque scriptis tradiderunt, quod semper communi Christianorum cunctorum consensu probatum est, & ab Ecclesia Catholica Spiritus sancti lumine uegetata receptum, potissime vero ab Ecclesia Christi intemerata Apostolica Romana, de qua testimonium Diui AMBROSII altissimi Ecclesiæ DEI Doctoris extat illustrissimum: Credatur Symbolo Apostolorũ, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit & seruat. Quam ob rem merito hydra ipsa hæreseon innouatorum Lutherus Catholice de eodem sic loquitur: Symboli verba ab Apostolis constituta esse credo, qui in congregatione sua hoc Symbolum verbis tam breuissimis & consolatoriis confecerunt. Est opus Spiritus sancti rem tanta breuitate, eã efficacissimis, & emphaticis uerbis describere. Extra Santissimum & Apostolos non potuisset ita componi, etiam in millia secula illud cõponere conarentur. Hæc ille, quibus deserto Caluino suo assentiuntur Caluinitæ, & hoc symbolum ab ipsis Apostolis esse Conscriptum confitentur: Symbolum Apostolorum est summa veræ fidei, quam semper Christiani professi sunt.

In Syn. Lausan. dispu. pub. — *D. Ambros. Epist. 81. ad Siric.* — *Lutherus. Colloq. 10. 2. pag. 106.* — *Caluinitæ. Catechi. Tom. 2. confuta. a Feuard. lib. 16 Theom. Caluin.*

CXCVII.

Omnes antiquos Sanctos Patres errasse falsũ est. Lutherus.

Cerberus Acherontis diabolicissimus Lutherus Aurifabro conscribente oretrifaci superbissimè nugatur: Deponite quidquid armaturæ suppeditãt veteres Theologorum scholæ, auctoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot seculorum, ac totius populi Christiani. Quibus blasphemiæ mendacissimæ & mendacij contumeliosissimi uociferationibus, omnes vsque ad ipsum Lutherũ errasse extremo delirio summa insania, & nouissimo furore cauillantur. Quod quidem impudentius pessimus Hugonota pessime sensit, & blaspheme uociferatur Parentius: Vniuersis antiquis Patribus nihil defero. Rursum sine fine impudenter contumeliose ac blaspheme debacchatur: Omnes Patres communi consensu errauerunt, non tantum semel, neque in ullo tantum seculo, sed in plerisque, & sepe. Maior illorum pars in errores absurdos lapsi sunt, & quod deterius, in hæreses Huc tendũt scriptis suis innumeris refertis absurditatibus, erroribus, hæresibus, & notis abominationis, & næuis Antichristi omnes hæretici, qui cum Christianissimis Sanctissimorum & eruditissimorum Patrum agiographis, nõ nisi uerbo Dei & Spiritu Sancto illustratore Dogmatibus peruersissime, & impiissime pugnant. Ceterum Ecclesiæ cœlestis ac terrestris, quæ umquam fuit, est dæmonis strophis ac extremis Satanæ suggestis Christianissime & religiosissime abrenunciant. A quo alias Lutherus, vt antea patuit, non abhorruit, similiter nec alii hæretici, uti etiam postea patebit: Caluinus itaque sic fatetur de Orthodoxorum Patrum conuentibus ac Christianæ Fidei definitionibus: Nos Nicęnam Constantinopolitanam, Ephesinam, Chalcedonensem, ac similes priscas Synodos, quæ confutandis erroribus habitæ sunt, libenter amplectimur, ueneramurque ut sacrosanctas, quantum attinet ad fidei dogmata. Nihil enim continent, quam puram & natiuam scripturæ interpretationem. Hæc ille, cui Myricus, Vuigandus, Faber consentiunt, palã testificantes, etiam quinti a CHRISTO seculi Patres doctrinam de DEO uero contra hæreticorum corruptelas, summa fide tradidisse, & defendisse: Trinitatis doctrinã sanctè custodiuisse: CHRISTI Incarnationem sum-

In colleq. mensal. to. — *Parentius. Instruct. Gallic. citat. Feuard li. 13 c. 2. de Purgato.* — *Caluinus. Lib. 4. inst c. 9.*

Digitized by Google

Hugonote. ma fide tractasse. Demum apertum testimonium est illud, quod Caluiniani hæretici confessionis fidei suæ proferunt ad hunc modum: Detestamur omnes hæreses, quibus antiquitus turbatæ fuerunt Ecclesiæ. Atque iterũ. Admittimus, quod determinatum fuit per antiqua Cõcilia: & detestamur omnes sectas & hæreses, quæ reiectæ fuerunt per Sanctos Doctores, ut per Sanctum Hilarium, sanctum Athanasium, sanctum Ambrosium, sanctum Cyrillum. Hucusque illi. *Confes. fid. Calu. apud Feuard. 15. lib. 1 theom. ar. 14. & 6*

Sanctorum Patrum scriptis fides exhibenda est.

CXCVIII.

Coccius. Feuardent. Stultissimi omnium sunt Lollardi, Vuicleuistæ, Vuicleuus, Lutherus, Zuinglius, Musculus, Pseudomartyr: Parentius, Hugnostici & alii, qui Sanctos Patres organa scilicet, Spiritus Sancti, quorũ quidem sicut statuta trãsgredi, veluti *Sigibertus* Gemblacensis probat, & pie asserit, sacrilegium est, ita eorum doctrinam totius orbis auctoritate roboratam impugnare, impium est. Vera docuisse de Fide impudentissime negant. Inter hos tam Diabolicas uoces erumpit *Joannes* Pomeranus: Non debetis Patribus credere, qui ex eodem ore calidum & frigidum efflant. Ab illis damnari uerbum DEI addit *Joannes* Sommerus, & *Martinus* Lutherus omnium impudentissimus dicit: Doctores cum sua doctrina anathema sunto. Qui tamen male, idemque bene sibi consulens secum mire pugnat, ubi Catholice contra se scribit: Hilarius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, & multi plures Euangelium, & Fidem in CHRISTVM absque ulla hypocrisi pure, & simpliciter tradiderunt, hæreticis restiterunt, & Ecclesiam ab innumeris erroribus expurgarunt. Hactenus ille serio locutus, quemadmodum sane alias dixit; Primum protestor, me prorsus nihil dicere, aut tenere uelle, nisi quod ex sacris Litteris primo, deinde ex Ecclesiasticis Patribus, ab Ecclesia Romana receptis, hucusque seruatis, & ex Canonibus ac Decretalibus Pontificijs habetur, & haberi potest. Hucusque ille vertumnus, qui ista non semel alijs locis confirmat, vna cum his, quos supra citaui. Quibus, ut Græcos omittam, qui ueterum Græcorum, & Latinorum Patrum scripta profecto magnificiunt, *Lutherani* se credere profitentur testimonijs sacræ Scripturæ iuxta expositionem Sanctorum & Orthodoxorum Patrum in Conciliis Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi, & Constantinopolitano. Præterea eisdem de Concilijs eiusmodi differens *Caluinus* assentitur, & insuper dicit. Non difficulter inter me, & Piggium in hac de Traditionibus contentione cõuenire posset, si modo Ecclesiæ Traditionem ex certo, & perpetuo Sanctorum, & Orthodoxorum consensu demonstraret: deinde si ijs simpliciter, & candide vteretur, ad veram, & germanam Ecclesiæ doctrinam comprobandam: non ad pingendos horum tẽporum impias doctrinas abuteretur. Nunc si ex priuato paucorum sensu communem Ecclesiæ consensum facere velit Piggius, Tumque ex Apostolorum traditione natum esse afferat, non recipiam. Hæc Caluinus, cui *Caluinitæ* Caluiniani subscribentes hæc insuper profitentur: Admittimus, quod determinatum fuit per antiqua Concilia: & detestantur omnes sectas, & hæreses, quæ reiectæ fuerunt per Sanctos Doctores, ut per Sanctum Hilarium, Sanctum Athanasium, Sanctum Ambrosium, Sanctum Cyrillum. Proinde optime consuluit Vrbanus *Regius*, quamuis hæreticus sit: Patrum, inquit, Orthodoxorum, & Ecclesiæ Fidem sequitor tu, & satis tutus eris.

Li.6. art. 2. de Sac. scriptur. lib. 13. 12. & 11. de purgat. In Cronic. Ad cap. 3. Iona. Com. Caro. lib. 1. cap. 1 Com. in ep. ad Galat. Ad c. 5. ad Gal. edit. 1. In protest. Confes. August. c. 1. et 2 Con. pig. de libr. arbitr. Confes. fid. Caluinian. art. 6. eius confu. 15. libro Feu. In Catechi. fol. 50.

Concilia omnia a Sũmo Pontifice approbata recipienda.

CXCIX.

Coccius. Feuardent. Caluinus. Malesuadi hæretici Ariomanitæ, Nestoriani, Eutychiani, Seueriani, Vuicleuus, Lutherus, Caluinus, Sebastianus Francus, Coruinus, Regius, Sommerus, & alii plerique sacra omnia Concilia in omnibus non probant, & vt plurimum ea reijciunt, ac damnant penitus: Caluinus tamen cum sumis *Li.7. art. 21 De Purgat. 13. lib. 12. Inst. lib. 4. cap. 9.*

Cal-

Luterus. B. Thomas Morus. Luterus. Caluinitis se præcipua Concilia recipere gloriatur:& Lutherus dicit: Conciliis nihil derogo,sed omnium sacratissimum fuit Nicęnum. Et item: idē vocat Concilium omnium optimum. Et rursum; Si diutius steterit mundus, iterum erit necessarium, propter diuersas Scripturæ interpretationes, quæ nunc sunt,ad conseruandam Fidei unitatem, ut Conciliorum decreta recipiamus, atque ad ea confugiamus. Eius quoque antesignanus Hussus cum Generalia,tum specialia Concilia recipienda tradit, quemadmodum paulo ante patuit. Ex hoc omnes tenent Fideles, iuxta verbum Dei, Apostolicam consuetudinem,traditionem, & sanam puramq; Diuinorum Patrū, Orthodoxorum Doctorum,& Ecclesiæ Christi Catholicæ doctrinam,veluti Roffensis, Eckius, Cochlęus, Morus, Catharinus, Hosius, Alfonsus, Bellarminus, Coccius, Feuardentius,& alii multi plus satis patefecerunt: Namque,vt quædam exempla in medium afferam, Sanctissimus,& eloquentissimus Diuus LEO Papa inter multa,inquit ista: De rebus apud Nicęnam, & apud Chalcedonam (sicut DEO placuit) definitis,nullum audemus inire tractatum; tamquam dubia vel infirma sint,quæ tanta per SPIRITVM SANCTVM fixit Auctoritas. Diuus IOANNES Secūdus Papa sanctissimus & eruditissimus: Tomum Papæ Leonis,omnesque Epistolas, necnō quatuor Synodos, Nicęnam, Constantinopolitanam, Ephesinam. & Chalcedonensem,sicut Romana hactenus suscepit & ueneratur Ecclesia,sequimur,amplectimur,atque seruamus. Hoc enim est Fidei nostræ fundamentum, hæc Fidei nostræ petra firmissima. Diuus GREGORIVS in cunctis Maximus: sic, quatuor Synodos Sanctæ uniuersalis Ecclesiæ, sicut quatuor libros Sancti Euangelii recipimus. Cum hoc uero optime concordant summi omnes Catholicæ Ecclesiæ Pontifices, Patres, Doctores, Concilia omnia, inter quę Toletanum Tertium Christianissime confitetur ac sancit: Qui Concilia omnium Orthodoxorum Episcoporum consona Conciliis Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino,& Chalcedonensi non recipit, anathema sit. Quibus quidem conuictis veritatis Christianæ perpetuis hostib. hæreticis, qui prætererierunt,& qui supersunt, eisdem plane coguntur quocūque prætextu assentiri. Lutherani enim se credere & admittere quatuor illa prima sacrosancta Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Concilia confitentur & profitentur. Iisdem vero adstipulatur Caluinianorum sectarius tale elogium proferendo. Priscas illas Synodos Nicęnam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, ac similes, quæ confutādis erroribus habitæ sunt, libenter amplectimur, reueremurque, vt sacrosanctas, quantum attinet ad fidei dogmata. Nihil enim continent, quā puram & natiuam Scripturæ interpretationem, quam Sancti Patres spirituali prudentia, ad frangendos Religionis hostes accommodarunt. Hæc ille, cui consentiunt Beza & Hugnostici; ac nouissimo loco penitus Parentius Hugonota & gregales eius assentitur his uerbis, dicens: Nos credimus & admittimus Nicęnum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense,& alia pleraque Concilia, tanquam expressum, DEI verbum.

Margin notes (left): D. Leo. P. M. — D. Ioannes P. M. — D. Gregor. P. M. — Concilium. — Luterani. — Caluinus. — Beza. Caluinitę. Parentius.

Margin notes (right): Disput. lipsi lib. 2. c. 22. n Luthe. ex 1. Con. Reg. Angl. Con. Zuin. & Oecolāpad. — Epi. 78 ad Leo. Aug. cap. 3. — Ep. ad liber. — Li. 2 indict. 11. epi. 10 ad Saun. — In Confes. Fidei. — Cōfes. Vuit. cita Linda. Panop. 2. cap. 6. lib. tr. 3. 4. c. 98. — In Confes. Instruct. Gallic. pag. 32. 33. 35.

CC.

Ecclesia Christi uisibilis esse asseueratur. Francus.

Visibilem esse CHRISTI Ecclesiam negat Sebastianus Francus, magnoque deliramento & Satanæ ludibrio ait: Pro certo habeto, externam Ecclesiam una cum fide & Sacramentis opera Antichristi statim, post Apostolorum discessum, euanuisse, & hisce mille quadringentis annis nunquā externam & uisibilem Ecclesiam fuisse. Hoc quoque Inuisibiles hæretici adfirmant, docentes quidem nullam Ecclesiam esse uisibilem. Ita Lutherus & Melanthon initio, ut est in Apologia Augustanæ Confessionis: sed hunc errorem, licet ipsi tacito retractarint, cum nihilominus retinent Illyriciani, Schuuenc, Kfeldiani, Osiandrini, Anabaptistę hæretici Luthero aucto

Margin notes (left): Lindanus. — Morus. Luterus.

Margin notes (right): Epist. de abrog. Ecclesia. Eccl. — In Tabu. — Con. Luth. c. 10. lib. 1. De abro. Miss privat.

re sic

re sic nugante, delirante, furente, ac debacchãte: Quis nobis ecclesiam mõstrabit, cum sit occulta in spiritu: & tantum credatur, sicut dicitur: Credo sanctam Ecclesiam: Hæc ille, quem spiritus oris Dei iugulat. CHRISTVS enim in Euangeliis Vicario suo dixit: super te ædificabo Ecclesiam meam. Et in Actis tale oraculum hominibus patefactum, Euangelista refert: SPIRITVS SANCTVS vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Quæ in Symbolo Apostolorum Catholica vocatur, quæ Diuus HIRENEVS, D. CYRILLVS, D. AVGVSTINVS, D. OPTATVS sacris dictis roborat, toto diffunditur orbe. In quo consentiunt omnes Patres, Orthodoxi omnes, & omnes Christiani, a quibus non dissident ipsi hæretici priores omnes ut Arriani, Donatistæ, Pelagiani, Vuicleuistæ, Hussitæ & reliqui ac posteriores fere omnes, vt Euangelici, Lutherani, Adiaphoritæ & alii, inter quos Melanthon ita scribit. Necesse est Ecclesiam definiri, quæ est uerum corpus Christi, quia Regnum Christi est iustitia cordis, & donatio Spiritussancti, non externa politia. Deinde ex fętidissimo Caluini cęno, excrementoque Satanæ orti, aspectabilem esse magna vi veritatis astricti fatendo: Ecclesia quidem, inquiunt, visibilis est.

D. Irenæus. D. Cyrillus. D. August. D. Optatus. Lindanus. Philippus. Caluiniani.

Lib. 3. c. 3. ad hær. In Catec. 18 Donatis. Ec. cap. 25. Con. Don. Dial. 2. Dub. Cu. Coch. in resp. art. 8. conf. Aug. Incatec. c. 6. Dom. 16.

CCI.

Miseri hæretici, qui adeo cæcutiunt, ut tenebras a luce nec lucē a tenebris discernant: credunt enim Ecclesiã Christi Catholicã in tenebris versari, in multos rapi errores, luceque carere; vnde Petrus martyr falsissimus dicit; Quandiu consistimus in Concilijs & Patribus, versabimur semper in eisdē erroribus: Hæc ille vna cũ Ioanne de Vuesalia, qui Ecclesiã non posse sensũ scripturæ exponere mētitur, & cum eodē alij blaterones in aures Fidelium obstrepere nõ uerentur: sed eisdē opponã Lutheranos, Caluinianos & Cõfessionistas, qui ea Cõcilia probant, quibus sacrarum scripturarum de Fide in Christũ, & in sanctam Trinitatem, & in alios Fidei articulos vera intelligētia verissime patefacta fuit. Deinde obtrudam ipsis duo capita impietatis hæreticæ, quæ illi impense colunt, & impie adorant. Primus, Lutherus est, qui dicit, propter diuersas Scripturæ interpretationes fore necessariũ Concilia recipere & ad ea confugere, vt, paulo ante hæc, constitit: Ac iterum: Dico magnã, & ineffabilem Ecclesiæ autoritatem, quòd Spiritu Sancto regatur, pleno corde confiteor. Et alibi: Dico mea sententia, nulli esse licitum, suũ iudicium, suam opinionem, suam deuotionem sequi, sed auctoritatē Ecclesiæ, & captiuandum sensum, in obsequiũ Christi, quia scriptum est: stultus est, qui confidit in corde suo. Secundus est Caluinus qui sic scribit: Peculiariter notãdũ est, quod nõ est extra Ecclesiã sacrę intelligētiæ scripturarũ lux.

Vera script. intelligētia in Ecclesia Catholica præcluditur. Martyr. Lutzēburg. Luterus. Martinus. Caluinus.

Lib. de notis. Cat. hær. Con. Zuin. & Oecol. In disput. lips. in præcepto. In Epist. ad Hebræos.

CCII.

Ioãnes de Vuesalia hęretice putauit Ecclesiã errare posse, & errasse idem Lutherus, Petrus falsus martyr, & alii plures, quos plene retundit Ecclesia, quæ ut in ore aureo uersatur fortior est Cęlo, estq; ipse Deus, qui fortior est omnibus. Quæ quidē ita firma est, quod est in D. MARTIALE Apostolo Christiq; Discipulo, ut nec cadere nec dirũpi poterit vnquã. Ecclesia enim, quæ in Christũ credit luculēti D. CYPRIANI sentētia, & quæ semel id, qđ cognouit, tenet, nũquã ab eo omnino discedit. Propterea tantũ abest, quod falsitati aliquãdo subesse possit, ut Diuinissimus Dei Pontifex D. GREGORIVS diuine dicat. Quia tũc sancta Ecclesia valentius reficitur, cũ ardētius pro ueritate fatigatur. His aũt subscribunt qui DEO in sacris scriptis loquēti credunt, hi potissime sunt, qui in Domo Dei permanēt. Deinde inter eos extra hãc expulsos iacent, Lutherus est, qui ait: Hoc sane habet Ecclesia, qđ potest discernere verbum Dei a verbis hominũ: sicut Augustinus cõfitetur se Euangelio credidisse, motum authoritate Ecclesiæ, quæ hoc esse Euangeliũ prædicabat. Atque alibi: Ecclesia non potest errare, quilibet aũt potest in

Consensus. Ecclesia Catholica neque errat, neque errare potest. Alphonsus a Castro. Lutherus. Vermilius. Chrysost. D. Martialis. D. Cyprianus. D. Gregor. Luterus. Morus. Luterus.

De Deipa. 3. cap. 6. Con. hær. De abrog. Mis. lib. de votis. Hom. cum. de expul. eius a ger. Epistol. ad Burg. l. c. 11 Epistol. ad Consul. Li. 9. in Iob cap. 6. In capt. Babylo. In Luther. libro. 1. c. 9. Dedic præf. In Resolut.

deuotione sua errare.&c. Ecclesia regitur a Spiritu Sancto. Rursum: An nõ videmus, quam vigil sit Christus in Ecclesia sua, vt iam errare volentes non permittat errare? Et iterum: Ecclesia nõ debet, nec potest mentiri, nec errores docere, ne in minimis quidem, cũ Deus sit os Ecclesiæ, & Deus mentiri non potest, sic etiam Ecclesia nequit. Et alibi: Vniuersalis Ecclesia non potest errare, vt doctissime etiam probat Cardinalis Cameracensis in primum sententiarum. Ac denique: Quidquid Ecclesia facit, Spiritus Sanctus facit. *De antiq. Eccles. Respon. ad Syl. Prieria. Con. Catharin.*

Ecclesia Romana Columna, & Firmamentum Veritatis.

CCIII.

Cum Ecclesia peccare non possit, multo magis Ecclesia Romana, quæ Caput est Ecclesiæ, peccare non poterit: eam tamen recentiores hæretici præsertim pluribus erroribus labefactatam traducunt: vnde Tilmanus Heshusius librum pluribus 600. mendacibus refertum de sexcentis erroribus Pontificum dedit in lucem, quorum dogma hæreticum, & impiissimum studium, hæresum farraginem, perfidię idolum sacrilegæ, & Satanę suggestum repudiant Ecclesiæ vniuersæ Doctores: itidem eidem assentiũtur Sancti Patres omnes, Discipuli Apostolorum, omnes Christianorum Ecclesiæ, Concilia omnia, communis omnium Catholicorum eruditio, fides, fideique professio. Exempli enim gratia: Sacrosanctum Concilium Nicęnum Primum: Non debēt, præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari. Et Concilium Sardicense celebratum anno 353. Quæ decreuerit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Idem & alia multa grauia cantant Concilia Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, Africanum, Mileuitanum, & alia vtique plurima & grauissima. Atque inter ceteros Patres illustrissimos ac Diuinos Diuus ATHANASIVS D. MARCO Papæ: Optamus, vt a vestræ sanctæ sedis Auctoritate, quæ est mater & caput omnium Ecclesiarum, & ad correptionem, & recreationem fidelium Orthodoxorum percipere, per præsentes legatos mereamur. D. BASILIVS Magnus in omnibus: Reuera dignum est illa excellentissima voce, qua te beatũ prædicauit, quod pietati tuæ donatum a Domino est, scilicet, vt quod adulterinum, est a legitimo ac puro discernas, ac fidem Patrum sine subtractione vlla prædices. D. HIERONYMVS Maximus Ecclesię ab Ecclesia Doctor appellatus Diuum DAMASVM Papam alloquitur. Non noui Vitalem, Meletium renuo, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. D. AVGVSTINVS Doctor nimirum mirabilis: Apostolicę sedis tam antiqua, atque fundata, & clara est Catholica fides ut nefas sit de illa dubitare Christiano. Diuus LANFRANCVS Doctor illustris in Ecclesia Dei. Beati Doctores, si non iisdẽ verbis, tamen sententiis multis in locis concorditer astruxerunt hæreticum esse omnem hominem, qui a Romana & vniuersali Ecclesia in Fidei doctrina discordat. Hæc & alia grauiter sentiunt omnes Orthodoxi, quæ vtique ẽt hæretici crederent omnes, si verbo Dei, veluti se credere gratis gloriantur, crederent; nam hi Patres Catholicæ Ecclesiæ verbo Dei subnixi, SPIRITVIque Sancto creduli fidelissime crediderunt. Quod quidem quidam ẽt hæretici peregerunt. Nã Ioannes Pzribrauus ita scribit: Profiteor fideli corde & ore, quia omni uoluntate & desiderio sum in spe, & esse cupio in re, ex integro inuiolabiliter & inseparabiliter mẽbrum Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ, Vniuersalis & Romanæ, per totum Orbem diffusæ in Apostolicis sedibus a Beato Petro Apostolorum Principe fundatæ, & usque modo continuatæ, & supra firmam Petram, tam firmiter roboratæ, quod portæ inferi non possunt aduersus eam quomodolibet preualere. Et Lutherus diserte ait. Fatemur nimirũ, quod ĩ Papatu uera sit Sacra Scriptura, verus Baptismus, verũ Altaris Sacramẽtũ, veræ claues ad peccatorũ remissionẽ, verũ cõcionãdi munus, verus Catechismus, vt sunt Oratio Dominica, decẽ Pręcepta, & Fidei articuli. Hic accedãt neutrales, qui in Catholica Romana quasi

Marginalia: *Nicænum.* *In Can. col. & epist. Iul.* — *Sardicense.* *Pa. cano. 1. Cap. 4.* — *D. Athan.* *Epistol. ad Marc. Pap.* — *D. Basilius.* *Epistol. ad Sabi. Dia. ad Pon. Ro.* — *D. Hieron.* *Epist. 57. ad Dam.* — *D. August.* *Epist. 157.* — *D. Lanfr.* *De Euchar. con. Bereg.* — *Hussita.* *In Confess. fid. c. 3.* — *Lutherus.* *Epist. ad 2. Parochos de Anaba. to. 2. Germ. fol. 229.*

censo-

Digitized by Google

Lindanus. cẽſores, quod ridicule quidem nugantur, Eccleſia permanẽt. Inde vero Lutheranorum pleriq́ue (quorum nomine aſſerit Orthodoxus Lindanus, ſi vera narrat hæreticus Heshuſſius, recte cenſentur Vuittembergenſes & Lipſenſes Doctores) libris editis docent, licitum eſſe ſuſcipere doctrinam Romani Pontificis. Vt pote, quæ nihil niſi purum verbum DEI, & Spiritus Sancti documentum habet. *Dubit. Dialog. 2.*

Symbolum Nicenum Christianiſſimum, & Sacroſanct. D. Athanaſius.

CCIV.

Arriani olim, cum ſe in Cõcilio Niceno omnium ſacratiſſimo & ſacroſancto damnatos deſpicerent, eidem reſtiterunt, & manibus, & pedibus aduerſari fruſtra conati ſunt. *Cont. Ar.* Quod facinus perfidioſæ, & hæreticæ impietatis nouus admiſit Arianus, peſtifer nebulo, ſtolidus helluo, ſpurcus hæreticus, infamis ſcriptor, Iudæus perfidioſus, infidelis Turca, improbus Tartarus, impurus Paganus, prauus idololatra, impius Ethnicus, & procax diabolus Ioannes Sommerus, qui exagitatus a Satana eiuſdem ſuggeſtũ hoc modo profert: Nos Symboli Niceni auctoritate ſtare non poſſumus, quod præter verbum DEI Ethnica ſomnia inuenit. *Ioãnes Sommerus Arrianus.* *Aduer. Pet. Corol. li. 2. cap. 3.* Hæc ille ſubditus Satanæ peſsimus peſſime ſcripſit, ac ſine fine impudenter, mendaciter, ſacrilege, Ethnice atque diabolice aſtruxit; cuius Ethnicis plane calumniis magis ſacrilegus, magis prauus, magis impius, magiſque blaſphemus Caluinus conſentit, ſibi vero diſſentit, & adeo Ethnice, furenter, lymphate, Satanice debacchatur, ut omnem impietatem longe vincat, ſymbolum procul omni controuerſia ſacroſanctum Nicenum, carmẽ battologicum, blaſphemus blatero, blaſphemando. *Caluinus.* *Copus.* *Inqua. diſp. con. Pet. Cor. Cita. Alan. Cop. l. 5. capit. 10.* Quod omnes Orthodoxi, omnes Chriſtiani, omnes Sancti, omnes Patres, omnes Doctores, omnia Concilia, & omnes Eccleſiæ execrantur & abominantur, quippe quæ illud ſacratiſſimum Symbolum, Fidei puriſsimam regulam, firmiſsimam hæreticarum fallaciarum abolitionem, certiſſimam verbi DEI aſſertionem, ſolidiſsimum Chriſtianæ Fidei robur, lectiſsimum veritatis Catholicæ compendium, præcipue credendorum Confeſsionem plane Diuinam, & infallibilem SPIRITVS SANCTI doctrinã ſuſcipiunt, decantant, tenent, puro corde credunt, & conſono ore profitentur. Hos aſſequuntur multi hæretici, vtpote vi omnipotentis ueritatis coacti, at potisſime Græci Schiſmatici, & hæretici ſimiliter: Lutherus etenim Concilium Nicenum optimum ceterorum & ſacratiſsimum fuiſse aſſeuerat, item Caluinus idem commendat, itidem Lutherani Niceni Concilii Symbolum credere ac ſequi profitentur, & pariter Caluiniani vna cum iiſdem perſpicuis uerbis expreſſe admittunt tanquam verbo DEI, vti dicunt, cohærentia & conſentientia. *Lutherus.* *Caluinus.* *Lutherani.* *Caluiniani.* *Diſp. lipſi. & con. Reg. Ang Inſtit. l. 4. c. 9. Cõfeſ. Vuit. Cõfeſ. Cal.*

Eccleſia Catholica durauit, ac durabit.

CCV.

Perdite cauillatur Caluinus: (ſunt ipſius uerba) Ante tempus ſuum, tam altis tenebris immerſa fuiſſe omnia, ut nulla ueræ Eccleſiæ facies extaret. *Caluinus.* *Præfa. Inſt.* Idem quoq; rurſum habet tempore Heliæ nullam formã habuiſſe: & poſt CHRISTI aduentum ſic oppreſſam fuiſſe, vt nulla parte fulgeret. *Idem.* *Ibidem.* Huic uero Beza & cæteri Impietatis eius gregales conſentiunt, ac ſuffragantur. *Beza. Coccius.* *In icon. In Theſ. Cathol.* Quibus quidem omnes Catholici aduerſantur, qui eccleſiam Orthodoxam nullo unquã tẽpore poſse deficere, & penitus interire, ſic ut nuſquã appareat; unde eruditiſsimus Iodocus Chronologiã colligit Orthodoxæ Eccleſiæ ab origine mundi vſque ad hæc tẽpora. *Cõfeſ. Aug. art. 3.* Verumenimuero Lutherani docent, quod una Eccleſia perpetuo manſura ſit. *Proteſtãtes.* Ceterum ex Caluiniana factione ipſe Caluinus ſe ſuoſque nimis aperte ac ſatis vere iugulat atque condemnat, dum ſic Catholicam defendit Romæ præſidentem Eccleſiam: Vixit ſane Chriſti Eccleſia, & viuet quamdiu Chriſtus regnabit ad dexteram *Caluinus.* *In præfat. inſtit.*

Patris, cuius manu sustinetur, cuius præsidio defenditur, cuius virtute suam incolumitatem retinet: præstabit enim ille indubie, quod semel recepit, sed ad futurum vsque ad consummationem seculi. Et alibi: Statuendũ est nullum fuisse ab Orbe cõdito tempus, quo Ecclesiam suam Dominus non habuerit: nullum etiam fore ad consummationem vsque Seculi, quo non sit habiturus. Quod certis promissionibus testatum fecit, quales sunt istæ: Ordinaui testamentum electis meis; Iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternum propagabo semen tuum; In generatione & generationem ædificabo sedem tuam. Item: Elegit Dominus Sion, elegit eam inhabitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, &c. Item Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumen diei, Lunam & stellas in lumen noctis. Si defecerint leges istæ coram me, tunc & semen Israel deficiet. Hactenus ille, cui alii hæretici tã ante ipsum, qui ex Ecclesia Geneuana Catholica tenebrosum fecit Aegyptũ, quã post ipsum animo inuito veritate iubente plane assentiuntur. Sunt enim inter illos, qui ad tertium a CHRISTO seculum vsque perdurasse Ecclesiam Catholicam Romanam sentiunt, multi, vsque ad quintum, alteri ad sextum vsque, plerique vsque ad duodecimum, quidam ad decimum tertium, & plures ad decimum quintum.

Instit. l. 4. c. 17. *In asser. Apud Feu. & Bellar. Bru. de hær. Lind. et al.* *Luterus. Lutherani. Flagellãtes. Vuicleuus. Hussitæ. Neutrales.*

CCVI.

Extra Ecclesiam Catholicã Romanã nulla salus.

Extra veram CHRISTI Ecclesiam salutem esse hæretici quidam plane fanatici, & furiosi insane debacchantur, cum tamen certum sit ex Scripturis Sanctis, & Doctrina Ecclesiæ Catholicæ, ac Romanæ, neminem salute donari præter qui est intra Ecclesiam, & illum, qui est extra Ecclesiam saluari non posse, nisi Ecclesiæ reconciliat se, & per fidẽ Ecclesiæ, quæ una tantum est, sicut vnus Dominus, vnum Baptisma, & vnus Sponsus, & vna Salus. Hinc est, quod Sancti Doctores, per quos Spiritus Sanctus erudiuit Ecclesiam Catholicam, hoc idem tam ex professo, quam in confesso credunt, tradunt, prædicant, confitentur, D. itaque AVGVSTINVS asserit: Neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in Sancta Ecclesia DEI desperanda est misericordia agentibus pœnitentiam, secundum modum sui cuiusque peccati, &c. Recte cõstituuntur ab ijs, qui præsunt Ecclesiæ, tempora pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittantur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Quicunque credunt, quidem quod CHRISTVS IESVS ut in carne venerit, & in eadem carne in qua natus, & passus est, resurrexit, & ipse sit filius DEI, DEVS apud DEVM, & cum Patre unum, & incõmutabile Verbum Patris, per quod facta sunt omnia; sed tamen ab eius corpore, quod est Ecclesia, ita dissentiunt, vt eorum communio non sit cum toto quocunque diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur: manifestum est eo, non esse de Catholica Ecclesia, extra quã certe nulla salus est hominibus. D. GAVDENTIVS: Perijsse constat in diluuio omnes ipsius temporis homines, præter eos qui intra Arcam quæ typum gerebat Ecclesiæ, reperiri meruerunt: nam similiter etiam nunc omnino salui esse non poterunt, qui ab Apostolica fide, & ab Ecclesia Catholica fuerint alieni. Elaboret ergo omni studio vnusquisque nostrum permanere in Domo Domini exercens opera perceptæ gratiæ congrua. Demum Gregorius Nonus Oecumenicus Ecclesiæ Episcopus: Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus homo saluatur. Hæc est sententia omnium equidem Orthodoxorum, qui vere & certe in uera certaque DEI Ecclesia manent, quorum Dogmati Catholico Græci, Hussitæ, & reliqui fauent hæretici, qui tamen in eo vehementer peccant, extreme delirant, & nouissime hallucinantur, cum in Ecclesia se esse putẽt, cũ extra eam longe explosi certissime & uerissime maneant. Sed inter hos Oecolampadius exẽpli causa scribit: Quantum mihi notus est Origenes, nusquam tanto super-

Medices. Luxẽburg. *In Sum. hær. De hær. Ca.* *D. August.* *In Ench. c. 65.* *In Lem. Pa tilia c. 4.* *D. Gaudẽt.* *Tract. 1. in ord. 5. ad Neoph.* *Gregorius.* *l. decr. c. 1.* *Oecolãpad.* *li. 4 c. 5. de V. D.*

cilio

Digitized by Google

cilio fidem dictis suis, imo non satis, sed DEI vendicat. Agit enim præter morem suum, quandoquidem plerumque liberum iudicium lectori permittit. Hic minatur: Qui ignorat, ignorabitur; qui carnalis est, in mortis est discrimine: qui non agnoscit, Ecclesiæ filius non est. Ac rursum: Patet quam graue quiddam Abstinentia sit: multo autem grauius, si Ecclesia excommunicet: grauissimum denique, si & DEVS, ut palmitem aridum execat à vite uera, quæ est CHRISTVS. Ac iterum: Non est spernenda Tertulliani auctoritas, nam licet alibi fides eius à Catholicis non probetur per omnia, in his tamen a nullo vnquam reprobatus est. Ex his uidetur satis fauere Dogmati Catholicorum & expressis verbis Catholicam CHRISTI Ecclesiam, in qua Christianæ fidei veritas, & æterna salus includitur, probare. Deinceps ad eumdem accedunt impij Caluinitæ, vbi scribunt: Soli sūt fideles, qui sentiant efficaciam Sacramenti Baptismatis. Et denuo: Extra Ecclesiam nihil est, præter damnationem, & mortem. Quicunque separāt se à communione fidelium, vt partes agant sectarias, nullā sperent salutem, quamdiu in illa diuisione permanserint. Denique his assentiuntur Lutherani, Caluiniani, & complures, inter quos Confessionistæ præcipui habentur, qui Symbolum admittunt Apostolicum, in quo hæc asseruntur: Credo vnam Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Cap. 13. *L. 2. c. 4.* *Caluinitæ.* *Cat. Do. 49 Do. 16 confuta. & Feuard.* *Apostoli.* *In Symb.*

CCVII.

Symbolum D. Athanasii sacrosanctum est.

Nihilominus Ecclesiam Romanā peccasse putant, quia approbauit Symbolum D. ATHANASII, quod Sathanasii præ nimia modestia Christiana appellant Blandrata, Seruetus & gregales in contemptum, & odium Ecclesiæ. Sic perpetrarūt Ariani in Symbolum Nicænum, quos nepos eorum Arianus Caluinus sectatur, Diui Athanasii Symbolum nullam auctoritatem habere, nisi ex primis, id est, horis Canonicis Sacerdotum nugatur. Sed Athanasianum Symbolum olim Ioannes de Vuesalia (præter articulū, qui sibi resistebat) approbauit. Post hæc Lutherani: credimus, inquiunt, tres esse per se subsistentes proprietates, siue personas, sicut docet Prophetica, & Apostolica Scriptura, & explicant omnia Symbola, Apostolicum, Nicænum, & Athanasianum. Postremo Hugnostici Nicænum atque Athanasianum Symbolum admittunt. In Confessione enim Caluiniticæ fidei hæc proferuntur: Admittimus tria Symbola, videlicet Apostolorum, Nicenum, & Athanasii; quia cum uerbo DEI cohærent atque consentiunt.

Georgius Maior. Caluinus. *In conf. err. 6. Bland. Con. Serue. p 880.* *Feuardent.* *In Theom.* *Caluinus Arianus.* *Luterani.* *Conf. Vuit. c. 1.* *Hugnostici.* *Feu. l. 3. de et. D. Fil. c. 8.*

CCVIII.

Præceptis ecclesiæ parendum est.

Conciliorum Ecclesiæque Romanæ Præceptis pro libertate, quam fingunt, Christiana parendum non esse censent hæretici, passimque hoc afferunt. Contra sentiunt Apostoli in Canonibus, Pontifices in Decretis, Patres in Concilijs Doctores in Ecclesia, Sancti in Professione, Christiani in Confessione, Fideles in Disciplina, in Eruditione Catholici, & in hæresi hæreticorum quidam. Ioannes Pzribrauus: Profiteor humiliter, quod volo vsq; ad mortem meam humiliter esse subiectus, & obediens Ecclesiæ Romanæ, et eius Summo Pontifici. Huic repugnando sibi non semel, nec bis, sed ter Lutheranorum sectarius consentit: Vtraque Præcepta & DEI, & Ecclesię seruanda sunt. Pari iudicio hoc prosequuntur Caluinitę de die festo Dominico differentes: Superest ut seruemus ordinem constitutum in Ecclesia: nec perturbemus spiritualem administrationem.

Pzibrauus. *Conf. c. 17.* *Lutherus.* *In declara quo. ar.* *Caluinitę.* *In Catech. Do. 27.*

Ne-

Nefas est, ac perniciosum ab Ecclesia Romana segregari.

CCIX.

Nefas esse & perniciosum, non solum non dicto esse audientes Ecclesiæ Romanæ, sed & ab eius, vel per quorundam Sacerdotum malâ vitam, vel per turpissimum schisma, vel per nequissimâ hæresim, Vnitate separari negant Græci omnes schismatici ac omnes hęretici, qui extra Ecclesiam perfidiose naufragantur, & perdite periclitantur: hoc vero facinus & impiæ perniciei perennisque perditionis barathrum reprobât & damnât Ecclesia stici omnes, Sancti omnes, Patres omnes, Theologi omnes, Doctores omnes. Atque Præterea Lutherus, qui quamuis aliter aliquando senserit, quandoque tamen de more Iudæ quodam modo respuit & nisi in desperationū pelagū actus fuisset, ad Ecclesiæ Romanæ amabilem, salubrē & necessariā ad salutem (vt alias ostendi) Vnitatem fortasse redijsset, qui hac de re sane sic agit: si nunc, proh dolor, res habeat Romæ, vt expediret habere melius, attamen neque hæc, neque ulla alia causa tam grandis est, nec esse potest, ut ab Ecclesia Romana separatio aut discessio ulla fieri debeat. Imo quo peius ibi res habet, tanto magis accurradum, & adhærendum est: per separationē enim & contemptum non fit melius. Idem porro de Hussitis & eiusmodi hæreticis alijs in hunc mo dum differit: Bohemorum dissidium a Romana Ecclesia nulla excusatione defendi potest, quin sit impium & CHRISTI legibus contrarium: quia contra Charitatem, in qua omnes leges sumantur, perstât. Nam hoc quod vnice allegant se se timore DEI & conscientiæ defecisse, ne inter malos Sacerdotes & Pontifices viuerent hoc eos maxime omnium accusat. Hæc ille, qui alibi adijcit his, quod uel si iure Diuino segregati essent ab Ecclesiæ Romanę Catholicę Vnitate, hoc illis etiam non licuit, cum, inquit, supremum ius Diuinum sit charitas, & vnitas Spiritus, &c. Demum Lutherani mirifice suo se gladio confodiunt: inquiunt enim; Monuit nos CHRISTVS in collationibus de Ecclesia, ne offensi priuatis uitiis, siue Sacerdotum, siue populi schismata excitemus, sicut fecerunt Donatistæ, illos vero, qui ideo excitauerunt schismata, quia negabant Sacerdotibus licere tenere possessiones, aut proprium, planè seditiosos iudicamus. Hactenus aduersarij illi suis se transfossi iaculis.

Author. — Lutherus.

Def. Ec. Ca. lib. 8. — In dec. qua. art. — Ad c. 6 ep. ad Gala. 1. editio. — In disp. Lips. ca.

Perpetuus cōsensus veram probat Ecclesiam.

CCX.

Perpetuum in Doctrina Fidei consensum certum esse Orthodoxæ Ecclesiæ signum negat Beza, & sui gregales: hoc vero asserunt Sacræ litteræ, Euangelia, Epistolæ Apostolicæ, Patres Apostolici, Orthodoxi omnes, sacri Doctores, & vt Iodocus luculentissime palam facit, Ecclesiastici Theologi, & Christiani omnes, Catholici Tractatores: quorum vnum citasse, cum prorsus idem cuncti credant, & confiteantur, sat esse debet: Diuus enim BERNARDINVS Senensium, Italiæ ac Ecclesiæ, CHRISTI decus, inquit: Pensanda est concordia, non solum dictorum, sed etiam operum, & gestorum Sanctorum omnium, & vere Catholicorum, qui in DEI Ecclesia extiterunt ab ipso CHRISTO vsque ad nostra tempora. Nam in his, quæ legis & fidei nostræ sunt, nec in puncto quidem discordât; licet in his, quæ per opinionem probabilem currunt, aliquando aliter unus, quam alter reperiatur sentire. Vnde per hæc clarescere potest, quod & posteriores, & priores in vnum eundemque Spiritum congregati, unam Ecclesiam, Sponsam vnicam IESV Saluatoris, in vnam eamdemque fidem, atque in eandē caritatem spiritualiter ordinatam, Protestâtes, præterea fatentur ac docent, quod Ecclesia proprie dicta, habet signa sua, scilicet puram et Sancti Euangelii doctrinam, & rectum vsum Sacramentorum. Et ad veram ueritatem Ecclesiæ satis est consentire de doctrina Euangelii, & administratione Sa-

Coccius. — D. Bernar. — Protestâtes

l. 8. de Sig. Ecc. ar. 5. — To. 1. Ser. c. 2. — Conf. Aug. ar. 7.

cra-

cramentorum. Hæc Lutherani, quæ consensum perennem Ecclesiæ, hic ob scure probent, & alibi sic: Non aspernamur consensum Catholicæ Ecclesiæ: quos in hoc sectantur, idem longe illustrius asserendo Heidelbergenses Theologolli: Si uobis (Anabaptistis) Ecclesiæ titulum ac nomen concedere uellemus, quæ nam inter uos secta pro Ecclesia DEI habenda esset, cũ in tam multas sectas diuisi sitis? Nam vos Ecclesiam dici non ferent Hussitæ, qui uos tamquam minime Christianos a communione sua per excommunicationem excludunt. Multò minus id ferent Mennonistæ, quorum nonnulli (nam & ij uarie diuisi sunt) eos etiam rebaptizant, qui a uobis baptizati sunt. Quod si Hutitas Ecclesiam appellare placeat, id neque uos, neque Mennonistæ ferẽdum putabunt. Similiter neque vos tolerabitis, neque Hutitæ, vt Mennonistis Ecclesiæ nomen non concedatur. Et hæretici cum Luthero Mansfeldenses, qui sic loquuntur: suspectam merito hẽmus Sacramentariorum doctrinam: primo propter nouitatem: secundo quod Sacramentarij non definite eadem in sententia concordes, sed inter seipsos diuisi sunt, vt alij sunt Carlstadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, Suenc Kfeldiani, Caluinistæ, & similes.

Theologolli. — *In Protocol. Fran. Pref. ad Anab.* — *In Confess. Mansfeld. lat. fol. 128*

CCXI.

Ecclesia CHRISTI dissidium ignorare debet.

Sententia Bezæ est, quod non vbicunque dissidium est, ibi exulat Veritas, sic iam olim Parmenianus & Donatistæ, sic quondam Arius & Ariani arbitrati fuere: licet enim inter se multis dissidiis prorsus scinderentur, gloriabantur tamen apud se extare Ecclesiam CHRISTI, sic hodie iactant Lutherani, Caluiniani, Trinitarii, Anabaptistæ & similes, qui cum vnus sit CHRISTVS, vnaque sit eius Ecclesia, eam omnes apud se ipsos esse contẽdunt, multiplicemque faciunt: sed merito Catholici eos reprobant ac damnant quos vnus DEVS, qui vt Diui Pauli sententia est, non est auctor dissẽsionis, vna fides, vnum Baptismum, idipsum omnium dictum, perfectio in eodem sensu, in eadem sententia & multa eiusmodi in gremio Catholicæ Ecclesiæ, iustissime tenent. Tenet, vt Diuus AVGVSTINVS loquitur consensio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate aucta, veritate roborata, & alia, quibus carent hæretici, qui, vt pulchre asseuerat Diuus HIERONYMVS, & Diuus BEDA contra se inuicem dimicantes, Ecclesiæ uictoriã faciunt. Quod confirmat Lutherus, dicendo: Neque ulli hæretici unquam uicti sunt, ui aut astu, sed mutua dissensione, ita ut Hilarius sanctus uir glorietur in libro de Trinitate, bellum hæreticorum esse pacem Ecclesiæ. Ad dissensionem enim animorum sequitur & corporalis eorum dissensio. Et alibi dicit: Semel uiolata Ecclesiæ concordia, non est modus, neque finis dissensionum. Nostro tempore primum defecerunt a nobis Sacramentarij, (tacet interea impius se primo defecisse ab Ecclesia CHRISTI) post Anabaptistæ. Horum neutri inter se cõcordes sunt; (ita nec Lutherani) ita semper secta parit sectas, & una damnat aliam. Cessante unitate secundum Mathematicos, progreditur numerus in infinitum: sic læsa & ablata unitate spiritus, (ut fecit idem) neque in doctrina, neque in moribus possibile est manere concordiam. Subinde noui errores nascuntur in infinitum. Hucusque Lütherus, cui concordant plurimi, ut sunt Cyprianus, Spangenbergius, Ioannes Manullius, Lipsiensis, Ioannes Vuigandus, Nicolaus Gallus, Dauid Chytræus, Theologasti, Vuitembergæ, Sebastianus Castalio, Iacobus Andreas, Tilmanus Heshusius, Ioannes Oecolampadius, Nicolaus SelnocKerus, Andreas Poachius, & alii Cyclopes Tartari, ex quibus prodiit Matthias Flauius Illyricus, qui de uera Pœnitentia tot Lutheranorum suorum dissidium ponit, deplorat atq; sugillat hoc modo: Philippus Melanthon, & eius procuratores, huiusmodi

Beza. Luisẽburg. D. August. D. Optatus. — *Epi. 1. Cat. hær. Serm. 1. D. post 8. Pen. Con. Dona.*

D. August. — *Con. epi. Monic. c. 4.*

D. Hieron. D. Beda. Luterus. — *Ad ca. 24. D. Mat. Ad ca. 21. D. Luc. In Ps. 5. pa. 98.*

Coccius. — *L. 8. de Sig. Ecc.*

ne-

Illyricus. negotium, seu disputationem acuunt, ac prohibent: cum tamen inter se ipsos non consentiant. Alius enim hoc, alius alio modo interpretatur, quemadmodum in malis causis accidere solet. Primus ait: Vocabulum Pœnitentiæ nihil aliud, quàm Contritionem significat. Alter ait: quod Euangelium solum resipiscentiam a peccatis, scilicet incredulitatis prædicet. Alius contendit ab omnibus. Quidam quærit Glossam eiusmodi, quod Euangelium improprie, & solum per accidens Pœnitentiam concionetur: alius inquit ex cōsequenti: Tertius per Antithesin. Quartus quod aliquo modo Pœnitentiam cōcionetur: Quintus quod incredulitatem corripiat: Sextus quod modicam fidem reiiciat: Septimus infert, quòd minus principaliter Pœnitentiam concionetur: & sic inter seipsos diffident, quemadmodum Sacramentarii, & Babylonii, nec secus, ac idolorum effectores apud Esaiam. Postremo Poachius: Absterret me dissensio, ut cum illis (Operistis) sentire non possim, cum dissensio in sententia & in uerbis sit diabolus ipse. Ac ut ingenue fatear, si alterutrum mihi faciendum esset, aut cum Papa, aut cum istis Papæ filiis inter se dissidentibus sentiendum, malim sentire cū Papa, qui uniformis est, nec ita ludit uariis interpretationum præstigiis in vna & eadem propositione.

(In decla. quo. ar. Ch. lectr.) (Andreas.) (In def. ad res. Marlor. ex ap. Schl. con. Antin.)

(Sanctitas Orthodoxæ Ecclesiæ argumentum.)

CCXII.

(Coccius.) (L. 8. ar. 11. de Sig Ecc.)

Vitæ, morúmque Sanctimoniam esse Orthodoxæ Ecclesiæ signum negat Lutherus, negant Lutherani: contra autem affirmat Ecclesia Scripturis Sanctis admonita, uitæ morumque sanctimonia ab initio Ecclesiæ usq; ad hæc tempora perpetua successione propagata; cui opitulātur Græci, Vuicleuus, Hussus, Lutherus, Lutherani, Caluiniani & quisquis Symbolum cōfitetur Apostolicum, quod istud plane credere confitemur: Credo Sāctam Ecclesiam Catholicam: Quam in Catholica Ecclesia, eiusque prosigno dispiciunt, & fatentur Foxus & Magdeburgenses, qui rei ueritate coacti idem confitentur, hoc stylo scribentes: Etsi hoc seculo ueri Dei cultus, & uirtutum officia traditionibus, & superstitionibus humani obscurata erant, tamen studium seruiendi DEO, & pie iusteque uiuendi miseræ plebeculæ nō defuit. Quantus enim fuit amor pietatis, quantus ardor hominum erga religionem, inde potest æstimari, quòd nullus modus fuit, cumulandi opes Ecclesiasticas. Præcationibus uero adeo fuerunt intenti, ut fere totum diē illis tribuerent: nec Christianus habebatur, qui ignorabat, aut non aliquoties recitabat usitatas formulas precationum, præsertim Orationem Dominicam & Symbolum. Quanta fuerit reuerentia erga ministerium, & ministros, quantus concursus ad conciones publicas, dictum est. Magistratibus honorem, ac reuerentiam exhibuerunt debitam: Amicitiæ, Cōcordiç, & Societatis erāt studiosissimi, adeò ut offensas, & iniurias citra negotium remitterent. In honesta quoque uocatione & labore uersari singulis studio fuit. In egenos & peregrinos maxime fuerunt humani, & liberales. In iudiciis quoque & contractibus maximè fuerunt ueritatis amantes. Foxus denique sic confitetur: Vtinam ij ipsi, quos nos maxime pro Papistis nauseamus, in multis Ciuilis officii partibus multos non præterirent, qui tanto pere Euangelii titulo nobis adblandimur.

(Magdeburgenses.) (Cent. 7. c. 7. p. 181.) (Ioannes.) (Cot 8 de sig. Ecc.)

(Vera Ecclesia a falsa per miracula internoscitur.)

CCXIII.

(Erasmus.)

Pariter omnes hæretici, Ethnici, Turcæ, Iudæi, & alii infideles uera miracula facere nequeunt, ita ut uere dixerit Erasmus nullum hæreticorum uel equum quidem claudum sanare uoluisse. Hanc ob causam perpetuis miraculis ueram Ecclesiam a falsa internosci negant. Quod si assererent, falsam plane suam assererent Ecclesiam miculis carentem, quæ potissime ad

(Coccius.) (L. 8. art. 13.)

noua

noua dogmata prædicanda, & nouam religionem instituendam potissime requiruntur. Hoc autem Iudæi negarunt, ac negant contra CHRISTVM Dominũ, negauit, & Celsus Ethnicus, inde Arriani, Vigilantius, Mahometes, Vualdenses, Vuicleuus, ac Hussus, qui sic inquit: Nullus Christianus uerus debet signis in fide sua credere, sed constanter quiescere in seipsum. Hæc ille, cui adstipulatur primogenitus ipsius Lutherus, dicendo: A nobis, qui negamus liberum arbitrium, miracula exigi non debeat, a uobis qui asseritis, debent: quando negatiua nihil ponit, nihil est, nihil tenetur probare, nec debet probare: affirmatiua debet probari. Hactenus ille, cui fauet filius eius, nothusq; Hussi Caluinus impudentius dicens: Improbe faciunt, quod miracula à nobis postulant. Hoc ille astruxit suarum institutionum hæreticarum præfatione. At Ecclesia Orthodoxa, quæ Spiritu Sancto probatur, & uegetatur, semper uera miracula operata est, ac præcipue CHRISTO volente, & iubente in Fidei Catholicæ testimonium, & infidelitatis, siue Ethnicæ, siue hæreticæ contemptum, ac reprobationem. In quare nititur verbo DEI, sacris Scripturis, sacrisque utriusque Testamenti Patribus, qui scriptis, & actis miracula comprobarunt, quibus à sui origine ineunte mũdo numquã caruit Ecclesia, quemadmodũ Orthodoxus Coccius demõstrat fuisse satis euidentissime. Nãq; perspicue sunt Scripturæ Euangelicæ oracula: Respondens IESVS ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis, & uidistis, cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundãtur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Amen, amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiorum horum faciet. Signa Apostolatus mei facta sũt super uos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & uirtutib. Euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum, sed in uirtute, & in Spiritu Sancto, & in plenitudine multa. Itidem Sancti Patres dixerunt, ac fecerunt, & ab hæreticis nulla miracula fieri posse docuerunt, ac probauerunt. Ceterum Lutherus suo condemnatus iudicio ista mirum in modũ aduersus se pro Veritate Catholica in medium protulit: Senatus prædicatorem illum haud uocatum sistat coram se; & si fieri potest, coram tota concione, eumque interroget, quis ipsum ad prædicandum miserit, aut vocauerit? neque enim Senatus fecit: si igitur dicat DEVM eiusq; Spiritũ ad modum Apostolorum se misisse, facite confirmat hoc signis, & miraculis, aut illi prędicari interdicite. Quando enim DEVS ordinarium modum uult mutare, semper adiungit miracula. Hęc illæ quæ Orthodoxus Tribonianus eloquẽtia, & peritia prędítus contra impium Lutheranorum patronum Hunnium ponit. Rursum eadem roborat Lutherus legesque præscribit, quo concionatores nouæ doctrinæ huiuscemodi uerbis percõtãtur: Vnde venis? quis te misit? quis tibi mandatum dedit prædicandi? ubi habes sigilla, & literas, quod ab hominibus missus es? ubi miracula tua, quod a Deo sis ablegatus? Ab his vero nec vnquam transuersum quidem Maledictus abscedit Aretius, dicendo: DEVS quotiescunque tales dederit, semper eos singularibus testimoniis Spiritus Sancti ornauit: & Prophetis quidem dedit vim miraculorũ aliquando: frequenter facultatẽ futura prædicendi: quibus CHRISTVS adiecit in missione Apostolorum dona Spiritus Sancti, peritiam linguarum, sanationum, veram Scripturæ interpretationem. Hucusque ille, cui consimilia astruit Melanthon: Numquam in magnis tenebris DEVS nouos uocat Doctores; quin semper eis addat testimonium miraculorum, ut certò sciamus a DEO missos esse. Hactenus ille, cui iactabundus, & arrogans Hunnius suffragatur ita nugando: Flagitante necessitate, atque hostibus Euangelij urgentibus mihi omnino periculum faciendum, ac signa edenda, potius quam Euangelium premi, ac cõtemni sinam. Hæc ille, qui profecto tam iactanter, & serio non blateraret, nisi miracula saltem tali casu rectè, ac necessario exigi existimaret.

Marginal notes (left): Origenes. Hussus. Lutherus. Caluinus. Coccius. Lutherus. Cassius. Lutherus. Benedictus. Philippus. Aegidius.

Marginal notes (right): Lib. 1. cont. Cels. De ag. Ch. De Ser. arb. Inst. pra. De Sig. Ec. To. 2. Ien. f. 455. 456. In Pseudo iub. Aegid. Hun. To. 5. f. 44. Proble. 63. de minist. In c. 3. Ma. Ap. Tribo.

Vera Ecclesia, est Ecclesia Catholica.

CCXIV.

Veram Ecclesiam esse Ecclesiā Catholicam, quæ præ eximio priuilegio DEI, qui Sanctitatis omnis, & omnium Sanctorum Opifex est, Sanctæ epitheto uocatur, Apostoli cōfitentur, & Catholici omnes quotquot vnquam fuerunt, cum præteritis, tum præsentibus temporibus, ex quo in Symbolo Fidei Apostolico dicatur: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam Negat hanc veritatem qua una omnes semper hæreses pessum ierunt, prodigiosus, vesanus, fanaticus, lymphatus, furibundus, & superbus Lucifer, uel potius Noctifer Lutherus: quippe qui hanc uocem Catholicam e Symbolo Apostolico, incredibili impudentia, impietate, perfidia, nequitia, & summo sacrilegio sustulit. Quamobrem, Nouis Pseudomartyribus, ueluti recitat Orthodoxus Catholicus ex Anglia oriundus Alanus Copus, aliquot numquā persuaderi potuit, vt in recitando Symbolo illa verba, Catholicam Ecclesiam, vsurparent. Quam alij irrident, & cacolicam summa blasphemia appellant. Quam quidem Scripturæ appellant Donum DEI, quasi auroram consurgentem, pulchram vt Lunam, electam vt Solem, terribilem vt Castrorum aciem ordinatam. Quam Apostolus gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, immaculatam, columnam, & basim Veritatis nuncupat. Quam Apostolus, Propheta, & Euangelista Sanctam ciuitatem nouam Hierusalem a DEO paratam, sicut sponsam ornatam nominat. Quamque Diui Apostoli Sanctam antonomasticōs uocant Ecclesiam. De qua Orthodoxi Catholici eius filij omnes optime sentiunt, quorū vnū citare lubet: cum enim idipsum omnes dicant, unum audisse, omnes audisse est. Non est dissensionis DEVS, sed pacis, idest, non eius, qui a consentienti vnitate defecerit, sed eorum, qui in consentiendi pace permanserit: sicut in omnibus, inquit Apostolus, Ecclesijs Sanctorum doceo, idest, Catholicorum quæ ideo Sanctæ sunt, quia in fidei communione persistunt. Hæc Diuus VINCENTIVS Lyrenensis de Ecclesia Sancta, atque de eadē Catholica pulcherrime sic disserit: In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, vt id teneamus, quod omnibus creditum est: hoc enim vere proprieque Catholicum: (quod ipsa uis nominis ratioque declarat, quæ omnia uere uniuersaliter comprehendit:) sed hoc ita demum fit, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem Vniuersitatē hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fatemur, quam tota per orbē terrarum confitetur Ecclesia; Antiquitatem vero ita, si ab his nullatenus sēsibus recedamus, quos Sanctos maiores ac Patres nostros celebrasse manifestū est: Consensionem quoque itidem; si in ipsa uetustate oīum Sacerdotū pariter & Magistrorum definitiones sententiasq; sectemur. Hæc ille uerissime, quo plus addit D. Augustinus anathemate percutiens, qui aliter de Ecclesia Catholica docent Donatistas, & in illis omnes cū antiquos, tū modernos hæreticos. Dicit itaque profecto diuine: Hæc uerba facta secuta sunt. Qūo captum sit ab Hierusalem, & deinde processum in Iudæā, & Samariā, & inde in totam terram, ubi adhuc crescit Ecclesia, (quod hodie fit apud Indos & Antipodes) donec usq; in finem etiā reliquas gentes, ubi adhuc non est, obtineat, Scripturis sanctis testibus consequenter ostenditur. Quisquis aliud euangelizauerit, anathema sit. Aliud aūt euangelizāt, qui perijsse dicit de cetero mundo Ecclesiam, & in parte Donati in sola Aphrica (aut in parte Lutheri, uel Caluini, uel Buceri, vel Vuitacheri in sola Europa, seu Europæ partiuncula) remansisse dicit. Ergo anathema sit. Hæc ille Princeps Orthodoxe sapientium de Ecclesia CHRISTI Catholica. Quem probant etiam schismatici Græci, qui Patrum Catholicorum doctrinam, ac Symbolū suscipiunt Apostolicum, quod olim in Concilio Nicæno Priore Sācti Patres roborarunt, quando Christianos appellandos esse Catholicos diuinitus existimarunt. Nec enim Ecclesia uera est, quæ non est Catholica neque fi-

Marginalia (left): Apostoli. — Lindanus. — Copus. — D. August.

Marginalia (right): In Sym. fid. — Dub. Dial. 1. — L. 6. c. 21. — Ps. 92. Can. 6. — Eph 5. Cor. 6. — Apo. 21. Sy. fid. — 1. Cor. 14. — Aduer. hær. c. 40. & c. 3. — De uni. Ec. c. 12. et 19.

des

D. August. des est fides, quæ non est uera inquit, D. Augustinus, & catholica. Lutherani præterea & Caluiniani, qui se recipere & obseruare Symbolum Apostolicum profitentur, vel inuitis quidem animis & repugnantibus doctrinis, Ecclesiam Catholicam a qua pro certo exulant veram esse Ecclesiam confitentur. Idem fateri Lutherus cogitur, quippe Symbolum Apostolicum agnoscit, & SPIRITVS SANCTI opus confitetur. Denique Lutherus ipse dum in aspectabilem molitur, & machinatur Ecclesiam tam portentosi dogmatis libidine correptus, sui sæpius obliuiscitur, & veram sanctam Ecclesiam nempe Catholicam esse pluribus locis, ac præsertim ex Apostolico Symbolo, licet in tā densis tenebris iaceret, uere uidit ac serio agnouit & cōfitetur, dicendo: Quis nobis Ecclesiam monstrabit, cum sit occulta in Spiritu, & tantum credatur, sicut dicitur: Credo Sanctam Ecclesiam? Hucusque vertumnus ille inuito animo, repugnāte volūtate, & aduersante eruditione, Catholicis herbam porrigit, quemadmodum Lutherani, quādo post multa ita confitentur. Hæc fere notoria est doctrina apud nos, in qua cerni potest nihil esse, quod discrepet a Scripturis, uel ab Ecclesia Catholica, uel ab Ecclesia Romana, quatenus nobis ex Scriptoribus nota est. Ecce fatentur, & gloriantur doctrinæ suæ Lutheranæ summam, a Catholica Ecclesia in nullo discrepare, & addūt quod sicut nec ipsa a verbo DEI discrepat Ecclesia Catholica atque Romana, ita nec ipsi discrepant ab eadem. Ac idem inibi toties confirmant, atque iterum hoc alibi confitentur: Ecclesiæ apud nos de nullo Fidei articulo dissentiunt ab Ecclesia Catholica.

Tracta. 67. in Io. — *Lutherus se ipso nolente iugulat.* — *L. de abrog. Mis. priu.* — *Ecclesia Romana uere Ecclesia CHRISTI fuit.*

CCXV.

Bellarmin. Cocceius. Lutzēburg. Ecclesiam Romanam mille saltem abhinc annis esse Antichristi impudenter sine meta oganniunt recentiores hæretici, quod antiquiores tam vanum, Ethnicum, ac Turcicum commentum, nec excogitarunt quidem: sed horum auctorem videtur fuisse Vuilhelmus Aurifex, qui se ann. 1200. propheram Albigensium finxit, Petrus Ioannes, inde Lutherus, & alii veri, certique Antichristi emissarij; quod execrantur Doctores Diuæ Ecclesiæ, refragantur Græci & cuncti hæretici, qui futurum opperiuntur Antichristum: Quod autem Ecclesia Romana sit Ecclesia CHRISTI, non autem Antichristi, patet primo quia sacris sententiis eadem Ecclesia CHRISTI esse probatur, inde quod Orthodoxi omnes non dum uenisse, sed verum esse docent Antichristum. Item Christianus Orbis omniū seculorum præteritorum ac præsentium expectant Antichristum futurum. Itidem, quoniam est Catholica a qua Catholicismus numquam separatus fuit, aut separari potuit, & eximie princeps Catholicæ Ecclesiæ, insuper quia omnes Sacerdotes Christiani, ut in sacrosanctis Concilio Nicæno sancitum fuit, confitentur se credere Ecclesiam Romanam esse: Credo unam sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam; præterea quia hæc una CHRISTI Ecclesia numquam iuxta Diuina promissa, defecit, nec deficere aut desinere, nec penitus interire potest. Ceterū hac digressione omissa, id quod luce clarius, & quidem meridiana claret, paucis absoluam. Diuus IRENAEVS Pater utique Apostolicam Ecclesiam Romanam CHRISTI Ecclesiam agnoscit, & opulentissimam veritatis Apostolicæ Apothecam, uitæque portam commendauit. Pariter ante hunc Apostolici Patres ac Discipuli Diuus IGNATIVS, POLYCARPVS, CLEMENS, LINVS, ANACLETVS, DIONYSIVS Areopagita, PAPIAS, AEGESIPPVS, DIONYSIVS Corinthiacus & ceteri Orthodoxi, & Concilia omnia, & omni seculo totus Catholicismus, omnesque Doctores, quorum uno citato, & altero abundare poterit, cum quia idem omnes Catholici docent, cum Veritas consortium multiplicis assertionis non admittit, tum quia idem multi clari Ecclesiæ proceres his temporibus ex professo ostēderūt, tum quia tam uerum

L. 1. c. 1. de Mis. & l. 3. c. 3. cō. gen. to. 1. l. 7. ar. 17. de Hic. Ec. Cat. hę. — *Concilium.* *In Symb.* — *D. Irenæus.* *L. 3. c. 4. ad hær.*

Digitized by Google

D. Anaclet. est Ecclesiam CHRISTI Ecclesiam esse Romanam, quam verum est Ecclesiam CHRISTI esse Ecclesiã CHRISTI. Diuus ANACLETVS Pontifex Apostolicus, qui & tempestate Apostolica floruit; sic scriptũ reliquit: Apostoli statuerunt iussione Saluatoris, vt maiores, & difficiliores quæstiones, semper ad Sedem deferantur Apostolicam, super quam CHRISTVS vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Apostolorũ Principem Petrum: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Diuus CYRILLVS Patriarcha Alexandriæ altissimus & Doctor grauissimus vel ab ipsis hæreticis celebratus: Petram opinor per agnominationem nihil aliud quam incõcussam, & firmissimam discipuli fidem uocauit, in qua Ecclesia CHRISTI fundata & firmata esset, vt non laberetur, & esset inexpugnabilis inferorum portis, in perpetuum manens. Hactenus ille, quibus Orthodoxus Christianismus vsq; ad hunc diem consentit, & quod nuper Erasmus dixit, asserit: CHRISTVM agnosco: Lutherum non agnosco, Ecclesiam Romanam agnosco. Ceterum, omissis nunc veteribus hæreticis, recentiores in medium adferam, qui Ecclesiam Romanam CHRISTI Ecclesiam agnoscunt. Scribit Lutherus; Beatissime Pater (ad Leonem Decimum) prostratum me pedibus Beatitudinis tuæ offero cum omnibus, quæ sũ & habeo: uiuifica: occide: voca: reuoca: approba: reproba vocem tuam, uocem CHRISTI in te præsidentis & loquẽtis agnoscam. Et alibi: Protestor me colere, & sequi sanctam Romanam Ecclesiã in omnibus meis dictis, & factis, præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid contra, uel aliter dictũ fuit, uel fuerit, pro nõ dicto habere, & haberi uolo. Hæc ille, cum conualesceret, publicauit, nec infirmus ad mortem negauit, nam ęgrotus cum esset, verum Baptisma, Catechismum, Symbolum, veram Eucharistiam, & uerum Euangelium in Ecclesia Romana agnoscit, & fatetur, morti uero uicinus doctrinam suam aduersus eamdem Ecclesiam scriptã nauseat, notat ac reprobat. Igitur proculdubio Ecclesiam CHRISTI Romanam ipse agnoscit. Ibidem. Lutherani doctrinam suam Doctrinæ Ecclesiæ non semel iactant. His aliisque similibus in necessitatem a ueritate adactus Caluinus pessimo semper animo in Romanam Ecclesiam affectus, eiusdẽ præ ceteris mortalibus infensissimus, eam CHRISTI Ecclesiam adhuc esse aliquo pacto agnoscit: Rationibus solidis, inquit, me probasse puto, Ecclesiam licet semiruptam, imo si lubet, diruptam ac deformem, aliquam tamen manere in Papatu. Hinc Caluinum Caluinici iurati Christianæ Veritatis hostes maxima ueritatis Catholicæ ui extorquentur, quando tam densis & obscuris tenebris obruti lucem aliquam uidere, & confiteri coguntur. Restat, confitentur aliquod in Papatu Ecclesiæ exiguum uestigium, & substantia Baptismi illic mansit. Hucusque illi miseri Ecclesiæ Romanæ infensi, qui cum palam in Ecclesia Romana adhuc aliquam CHRISTI Ecclesiam, & aliquod uestigium Ecclesiæ CHRISTI, & ueram substantiam Baptismi, & cetera, ut Lutherus ait, permanere fateãtur, inuitis animis eãdem Christi Ecclesiã docent & confitentur, cum nusquam reperiatur nisi una tãtum Ecclesia CHRISTI, & altera Antichristi. Quare his omnibus clarius, sanius, & pulchrius hoc tradidit Princeps Hussitarum, ut post pauca patefaciam. Vuicleuus præterea recentiorum hæreticorum præcursor ait, quod extat apud Foxum Audeo plane detegere cuicumque fidem meam, & specialiter Romano Põtifici: quia suppono, quod sit Orthodoxa, ipse fidẽ meã humiliter confirmabit & si sit erronea emendabit: Suppono iterum, quod sit Summus Vicarius CHRISTI &c. Hussus denique alter recentior hæreticorum præcursor: Quamuis Ecclesia Christiana cœpit a Iudea, & caput Ecclesiæ CHRISTVS fuit martyrizatus in Hierusalem, tamen rationabiliter uocata est Ecclesia CHRISTI secundum quandam præeminentiam, Romana Ecclesia propter tria. Primo, quia CHRISTVS sciuit Gentes sub Romano Imperio loco Iudæorum infideliter discedentium inserendas, si-

Margin notes (left): D. Anaclet. — D. Cyrillus — Oecolãpad. — Roterodamus. — Lutherus. — Lutherani. — Caluinus. — Caluinici. — Ioannes. — Foxus. — Huss.

Margin notes (right): epist. 1. — Li. 4. Dial. de Trin. D Ver. Dom. c. ... — In Spon. ad ver. Hute. — Ad Leo. Deci. — In prot. — Conf. Aug. art. 21. & 2. ar. an. 1540 art. 21. epi ad Soci. Ital. 1549. & ep. ad Fatres. conf. ea. Conf. f. Ca. Confus 28. li 15. Theo. Feund. — Ad Vrb. 6. epist. — Lib. 1. com. — De Ecc. c. 7

cut dicit Apostolus Rom. 11. Secunda causa est, quia maior multitudo Martyrum ibi triumphauit, quam in alia ciuitate. Ergo concedi debet, quod Romana Ecclesia est Sancta Mater, Ecclesia Catholica, Sposa CHRISTI.

Romana Ecclesia Caput cæterarū Ecclesiarum.

CCXVI.

Romanam CHRISTI Ecclesiam sacrosanctam Matrem, Caput Reginamque aliarum Ecclesiarum omnium de more Thaboritarum negant nostri seculi hæretici, & nil pendunt si ab ea abscedant, putantque extra Ecclesiam aucupare salutem. Sed cordati Catholici secus sentiunt, quemadmodum docuere Scripturæ Diuinæ, verbum DEI in Euangelio, Apostoli, Euangelistæ, Sancti Patres, Doctores, Theologi, communis omnium seculorum consensus, omnium Christianorum fides, CHRISTI pollicitatio, Spiritus Sancti eruditio, Ecclesiæ Traditio in sacrosanctis Conciliis Nicæno Primo, Secundo Chalcedonensi, & alijs cunctis. Atque iam olim nonaginta episcopi Arriani a Diuo IVLIO Pontifice Romano petierunt, ut synoduli sui acta rata haberet, & loco Episcoporum damnatorum, quos ipsi elegissent, confirmare dignaretur. Idem equidem Constantius Augustus a D. LIBERIO Papa petit, atque contendit. Hi ergo summum Romanæ Christi Ecclesiæ Primatum diuinitus a CHRISTO traditū, & ab Apostolis, Apostolicis Patribus, Doctoribus, Orthodoxis & Christianis omnibus firmiter creditum & edoctum, recte crediderunt, atque palam demonstrarunt. Itidem præterito seculo iuxta Fidem communem totius Ecclesiæ CHRISTI inter hæreticos recentes Lutherus est vnus, qui non semel hoc probat: Quod Romana Ecclesia, inquit, à DEO sit præ aliis omnibus honorata, non est dubium. Ibi enim Sancti Petrus & Paulus, quadraginta sex Romani Pontifices, & tot centena millia Martyrum sanguinem suum fuderunt, Infernum & mortem vicerunt, vt vel palpari queat, quam singularem habeat DEVS ad illam Ecclesiam respectum. Quod si nunc, proh dolor, res se habeat Romæ ut expediret habere melius; attamen neque hæc, neque ulla causa est tam grādis, neq; esse potest, vt ab Ecclesia illa separatio, aut discessio vlla fieri debeat. Et alibi: Ingenue fateor, quod Ecclesiæ Romanæ potestas omnia excedat, nec quicquā ei, uel in Cœlo, vel in Terra præferri queat, præter vnum CHRISTVM, qui omnium Dominus est.

Aeneas Sylvius. — *Epi. 130.*

Trip. Hist. l. 5. c. 28.

Lindanus. — *Panop. Ecc. l. 4. c. 88 ex Amb. l. 15.*

Lutherus. — *In dec. quo. arti.*

D. PETRI Primatum agnoscunt Aduersarij Iodoc. Cocc.

CCXVII.

Diuum Petrum Ecclesiæ Vniuersæ Pastorem pariter ac Regem a CHRISTO constitutum esse negant Marsilius Patauinus, Vuicleuus, Hussus, Lutherus, Caluinus, Magdeburgenses. Asserunt Ecclesiastici Doctores verbi DEI præcones, Concilia, & uniuersi quotquot fuerunt Christiani; Patres, Pontifices, Reges, Imperatores, & omnes nationes Christiani Orbis, atque item asserunt hæretici: Hussus enim Catholice dicit: Dictum Beati Dionysij est uerum, quod Petrus fuit Capitaneus inter Apostolos, & fuit Fundamētum Ecclesiarum. Et dictum Augustini etiam est verum, quod fuit Primus inter Apostolos secundum aliquam prærogatiuam. Et dictum Marcelli uerum est, quod Petrus fuit Caput totius Ecclesiæ, quam regebat doctrina & exemplo. Deinde Pzribrauus: Confiteor, quod Claues soluendi & ligandi peccata remittendi & retinendi datæ sint a CHRISTO Ecclesiæ Sāctæ in Beato Petro principaliter, & in alijs Apostolis. Posthæc Luder Vertumi primogenitus lucide loquitur contra se: Petrum fatemur Principem Apostolorum, Primum Ecclesiæ membrum, Caput Collegij Apostolici, & alia, quæ de eo Sancti Patres dixerunt.

L. 7. ar. 4. de Hier. Ecc.

Hussus. — *De Ec. c. 9.*

Hussita. — *In Conf. fid. c. 38.*

Lutherus. — *In Resolut.*

Græ-

Digitized by Google

D. Petrus fuit Romæ.

CCXVIII.

Coccius. Græci delirant, itidem præceptor Vuicleui Guilhelmus, post Lutherus, Art.6. Feuardent. Vdalricus, Vlrichus Velenus a Roffenſe iugulatus, Caluinus, Illyricus, Funcius, Molinæus, Gallaſius, Baleus, Buntingus, & Magdeburgẽſes, ex quo Diuum PETRVM numquam fuiſſe Romæ aſſerunt: aduerſus hos tricones ſtant quotquot umquam floruerunt Catholici omnes ab antiquo uſque tẽ pore, quo idem Romæ fuit, eumque inibi viderũt: a nobis quoque ſtat Huſſus: qui Epiſtolam Diui PETRI Romæ ab eo conſcriptam illis uerbis hoc indicantibus. Salutat uos Eccleſia, quæ eſt in Babylone electa, & Marcus filius meus ſenſit, ſecutus ſanctiſſimum, & antiquiſsimum Patrem D. PAPIAM, quẽ citarunt, ac probarunt D. EVSEBIVS, & BEDA ex antiquis, & ex modernis, Nicephorus, Thomas Vualdenſis, & Roffenſis. Dicit itaq; Huſſus: Salutat vos Eccleſia, quæ in Babylone collecta eſt: Ecce ibi Eccleſia ſumitur pro Chriſti Fidelibus, qui erant Romæ cum Beato Petro. Hæc ille, cum Catholicis ſenſit, quibus propter ſcriptorum conſenſum ſe nolle repugnare, quin Romæ Diuus PETRVS mortuus fuerit, aſſeuerat Caluinus.

Inli.3.c.3. D.Trm.Annot. Hussus. De Ecc.c.7. D.Papiam. D.Euſebius. D.Beda. Nicephorus. Vualdenſis. Roffenſis. Explã. Ser. Dom. Lib.2.c.14. Prol.i Mar. lib.2.c.15. Doc.f.2.ar. 2.c.7.con. ult. vec.

Monarchia Papæ aſſeritur.

CCXIX.

Coccius. Iterum Græci, Vualdenſes, Thaboritæ, Magdeburgẽſes, Berengarius, Gerardus Sagarellus, Dulcinus Nouarienſis, Hermãnus, Marſilius Paduanus, Ioannes de Iamduno, Ioannes de Vueſalia, Vuicleuus, Huſſus, Lutherus, Melanthon, & Caluinus cum aliis dęmoniorum gregalibus Primatum Romani Pontificis impugnant, detrahunt, & ex induſtria damnant: Eum nimirum omnis Eccleſia agnouit, omnis omnium nationũ populus, omnia Cõcilia, omnis Chriſtianitas omni ſeculo. Vnde nõ ſolum omnes aut certe propemodum omnes Canoniſtæ hoc idem ampliſſime & concorditer credũt & docent, ſed etiam D. THOMAS pluribus hoc ipſum corroborat locis ſapientiſſime, eiſdem D. ANTONIVS Florentiæ Archiepiſcopus quem B. AEGIDIVS Romanus, B. AVGVSTINVS Anconitanus, D. DYONISIVS Carthuſianus & cõplures Orthodoxi ceteris doctiores, & celebriores Chriſtianiſſime ſectantur, inter quos B. IOANNES Capiſtranus libro integro Venetiis typis excuſo de Papæ & Concilio. auctor. ex Diuinis oraculis, ex firmiſſimis Sãctorum Patrum aſſertionibus, & efficaciſſimis rationibus, quinimo ex perſpicuis dilucidiſque Ioannis XXII. Pont. Max. & aliorũ plurium vnam atque alteram prouinciæ vtriuſque ſummã doctiſſime probat & rectiſſime demonſtrat authoritatem. Hanc vero ſecundum Euangelium, ſeu ut vtar ſcholaſtico ſermone, de iure Diuino ampliſſime, & rectiſſime tradidere Sanctiſſimi, & Sapientiſsimi Patres, quorum duo citaſſe ſat eſt. D. AVGVSTINVS: Onimia potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris. Quis plebeium piſcatorem Apoſtolorum facile crederet Principem, & Regibus obſiſtere? Reges ſanctificare? Regnis omnibus imperare? mũdum refrenare legibus? dæmones calcare pedibus? iubere uirtutibus? cœlum hominibus aperire, cum vellet? claudere cum placeret? immortale Regnum cõuerſis donare? negare peruerſis? merita mundi cognoſcere, culpas & crimina ominibus relaxare. D. BERNARDVS: Quid tu denuo vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem tamen, qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic. Cõuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipſe, tuo forſitã nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioqui ſi nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apoſtolis. Ecce gladii duo hic: non reſpondiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed nimis eſt. Ioannes a Poliaco eiſdem ſuffragari uidetur, idem Flagellantes,

Capiſtranus. Lib. de Pot. Pa. & Cõc. D. Auguſt. An. Apoſt. Pet. & Pa. For. et hum. D. Bernardus. De conſid. lib. 4. ad Eug. Lutzẽburg. Cat. hær.

Vuicleuus. lantes, qui primatum plane fatebantur, sed superstitiose dicebant, suo tempore a DEO interdici simul cum omnibus Episcopis ac Sacerdotibus: Vuicleuus asseruit post Vrbanum sextum non esse aliquem pro Papa recipiendum. Idem autem sic scribit: Suppono, quod cũ Romanus Pontifex Christi Vicarius in terris sit ad legem Euangelio obligatur &c. *Epistol. ad Vrban. 6.* *Hussus. Litteras.* Hussus uero sic commendat eum: Credendum est, quod Papa sit immediatus Vicarius Iesu Christi, & supernus Sacerdos hic in terris. Hæc Hussus, quem alioqui Lutherus colit, commendat, sectatur, & tutatur, sed quia is Monarchiam Papę credidit ac tradidit eundem retundit, respuit, displodit, carpit & pro uiribus insectatur. *Quaest. de credere. In Ar. dam. a Leo. X.* Monarchiam quoque hanc profitetur credere & obseruare Ioãnes Pzribrauus. *Pzribrauus.* Idem confitetur & docet Lutherus, *Lutherus.* dicens Auctoritati Papali in omnibus cum reuerentia cedendum, qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit: igitur licet in exiguis, nihilo tamen minus quam in magnis Auctoritati cedere. *In Profes. c. 27. Ref. de Ind. concl. 69.* Hinc etiam illud uenit, quod etsi Papa ferret iniustas sententias, timendæ tamen sunt. Et aliubi: Primum; quod me mouet Romanum Pontificem esse aliis omnibus, quos saltem nouerim se Pontifices gerere superiorem, est ipsa voluntas Dei, quam in ipso facto uidemus. *Resol. prop edit. an. 1519.* Neque enim sine uoluntate Dei in hanc Monarchiam uenire unquam potuisset Romanus Pontifex. At uoluntas Dei quoquomodo nota fuerit, cũ reuerentia suscipienda est. Ideoque non licet temere Romano Pontifici in suo Primatu resistere. Hæc autem ratio tanta est, vt etiam si nulla alia causa esset, hæc tamen satis esset ad compescendam temeritatem resistentium. Hæc ille, qui istud idẽ de Primatu Papæ quatuor aliis locis serio confirmat. *Ep. ad Leo Dei & ad Tho. Caie. Ap. ad Leo. & in prot. et prapa. ad mort.* *Illyricus,* Multos præterea Lutheranos Illyrico teste cessisse, inquit Romano Pontifici, eum esse Oecumenicum, eique Iurisdictionem Paradisi, hoc est Ecclesiæ restituendam esse. *Prafat. 5. Centu. hist. ex linda. Dub. 2.* *Bucerus,* Demum Bucerus probe dicit: Ingenue confitemur apud veteris Ecclesiæ Patres, Romanam Ecclesiam præceteris Primatum obtinuisse, ut quæ Cathedram Diui Petri habeat, cuiusque Episcopi Successores Petri fere semper habiti sunt. *In præparat. ad Concil. Art 17.*

Papa nõ est Antichrist.

CCXX.

Coccius. Vuitacherus Sanderus. Iodocchus. Bellarmin. Luterus. Lutzẽburg Nouissimũ est Nouatorum nouissimorum profecto hæreticum impietatis commentum ac Diabolicæ suggestionis delirium, Romanum Pontificem esse Antichristum. Quem certum quendam hominem, nondum ueniſſe, in fine mundi uenturum, Iudæum ex tribu Dan nasciturum, Hierosolymis in Templo Salomonis sessurum, miracula mendacia facturum, Monarchiam totius mundi euasurum, Christianos toto orbe persecuturum, Enoch, & Eliam ei se oppositurος, tandemque interficiendum Spiritu oris Domini Catholicus, & eruditissimus Coccius plurimis Sanctorum Patrũ, & sapiẽtum Ecclesiæ Christi Doctorũ sententiis profusissime docet. *Con. fand et Thes. De ui Mon. Eccl. lib. In thes. cat. De contro. general. lib. 3. c. 3. to 1. Ad ca. 49. Gen.* Propterea pessimũ pessimorum impiorum dogma uere cõdemnatum quotquot fuerunt Orthodoxi, & quotquot claruerunt Catholici, uoluere, quam ob causam Lutherum piget, quod ex omnibus Scholis Catholicorum nemo sit, ait, qui sentiat Papam esse Antichristum: nec Marsilius Patauinus, hostis Pontificię Maiestatis, nec Ioannes a Poliaco, nec Sagarellus hoc probatum uoluerunt, *Cat. hær.* *Lindanus.* nec priores hæretici id aliquando excogitarunt: Arriani enim appellare solebant Pontifici Romano, ut sua conciliabula rata haberet eaque confirmaret: *In Panoplia* *Medices.* posteriores uero hæretici, ut Pseudo apostoli. Vuicleuus, Hussus & alii illi Diabolicæ factioni, ut claruit, non consentiunt. *in. Om. hær. 58. Pa.* *Martinus. Hoffmeisterus.* Demũ Bucerus D. DANIELIS & Apostoli Vaticinium, quod illi impii Pontifici Romano quasi Antichristo apponunt, in eumdem non quadrare ipse testatur, addẽs & hoc: *In cap. 24. D. Mat.* Neque Papa, inquit se Christum unquam dixit esse, illum scilicet libertatis & omnis fœlicitatis restitutorem qui in præsenti exhibere uellet, quæ de Meschiah Prophetæ prædixerunt, & cet. *Dialogo. libro 2.*

Epi-

Episc. a Presbyteris differunt.

CCXXI.

Coccius. Episcopos certis officiis & dignitate a Præsbyteris differre negant impij nebulones Aetius, Marsilius, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, Caluinus, & gregales. Quos non solũ Doctores sacri reprobãt iuxta Canones Aposto lorum, Conciliorum Nicæni Primi, Ephesini Primi, Ancyrani, Antiocheni, Laodicensis & plurium aliorum, & iuxta doctrinã Patrum Apostolicorũ, Orthodoxorum omnium, & communem omnium Christianorum assertionem atque fidem, qui aliter docentes hæresis nota conuincunt, sed etiã hæretici: Ordinauit Deus, asserit Ioannes Hussus, in Episcopis varias potestates cognoscendi, & definiendi in causa Ecclesiastica, ligandi, & soluendi, Sacramenta Ecclesiastica conficiendi, & administrandi, Clericos ordinandi, & baptizatos confirmandi. Vnde hæretici sunt hodie omnes, addit sectator eius Pzribrauus, tenentes omnem Sacerdotem esse Episcopum, & sic posse ordinare. Tales enim ordinati sunt magis latrones, quam Sacerdotes. Or dinatio & Cõsecratio vtiq; ad solos Episcopos spectat, non ad simplices Sacerdotes. Postremo Lutherus perspicue docet Sacerdotes & ueteris Ecclesiæ Ministros ab Episcopis ordinandos esse. Ergo sensit ab Episcopis differre Presbyteros.

Art 18. — *Hussus.* — *Ser. habi. ad cler. Prag. in Syn.* — *Hussita.* — *Profes. c. 11.* — *Lutherus.* — *Ad c. 8. Ep. ad Galat.*

Episcopi sũt honorandi.

CCXXII.

Coccius. Tandemus est & Lutherus, qui Episcopos omni dignitate & honore spoliant Laicis exequãt, uel etiam deteriores fingunt, & spurcissimis titulis traducũt. Quod plane pii omnes Ecclesiæ Sanctæ Dei Proceres uerbo Dei au cti, & Apostolico ore roborati, Ecclesiastica eruditione fulti abominantur. Quare exempli ratione D. PROSPER Sacerdotes ac Episcopos hortatur, vt Deo adscribant honorem, quem Laici Principes, Reges, & Clerici exhibere, consueuerunt: Quidquid ait, sibi sacerdotaliter viuentibus, atque docentibus, honoris impenditur, Deo ascribant. Deinde nostro seculo R. Ioannes Cochlæus Orthodoxus doctissimus ad Lutheranum articulum respõdens ait: In hoc articulo libẽter agnoscimus & approbamus, quod sit discrimen inter Ecclesiasticam potestatẽ, & potestatem gladij secularis, & quod utraque propter mandatum Dei ueneranda sit religiosè, & honore afficienda, tamquam summa Dei beneficia in terris, sicut in confessione protestantium habetur. Idem comprobant Andreas Fabricius, Ioannes a Dauentria, Hoffmeisterus, & Cæsar, item & Lutherus qui secum ipse pugnat; ubi inquit: Maxime sunt honorãdi Episcopi, qui sunt loco Apostolorum. Et alibi: scias te tanquam inobedientem suo Magistratui, contra iuramentum suũ delinquere, & tanquam contemptorem Pastoris sui, cui honorem debet, cõtra Deum agere. Protestantes præterea de Magistratib. Rebuspublicis Regibus, & Episcopis inquiunt: Adhunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia, & iubent utramque honore afficere, & agnoscere, utramque Dei donum & beneficium esse. Rursus: Vtramq; potestatem propter mandatum Dei religiose venerandam & honore afficiendam esse, tamquam summa Dei beneficia in terris docuerunt. Deinde Hugonotæ, quippe quamdam præ ceteris auctoritatem & dignitatem Ecclesiæ Pastoribus cõcedunt, hos debito honore ac debita reuerentia exuere non uidentur, sed potius honorem, qui tantæ auctoritati ac dignitati debetur, probare. Ceterum cum Apostolus lucide dicat: Qui bene Ecclesiæ præsunt, duplici honore digni sunt, & hæretici (quamquam frustra) uerbum Dei obseruare iactant, istud negare neutiquam poterunt.

In loco supr. cit. — *D. Prosper.* — *De uit. cõt. l. ... cap. ...* — *Cochlæus.* — *Discu. art. de pot. Eccl.* — *Luterus.* — *De dec. præ ceptis.* — *Lutherani.* — *To. 5. f. 156. in Psal. 18.* — *Cõfes. Aug. Art. de pot. Eccl.* — *Caluinist.* — *In fid. Gal. Conf. ar. 29*

Digitized by Google

Potestatem Clauiū Episcopi ac Sacerdotes habent. Coccius. D. Pacian.

CCXXII.

Art. 10. Con. Noua. ca. & ep. 3.

Ptātē ligādi & soluendi Ep̄s & Sacerdotibus nō relinquunt Armenij, Vualdenses, Lutherus. Horum aūt hæreticam perfidiā retundit D. PACIANVS: Pœnitenti (inquies) peccata dimittis, cū tantū in Baptismate tibi liceat relaxare peccatū. Non mihi plane, sed DEO soli, qui & in Baptismate donat admissum, & pœnitentiæ lachrymas non repellit. Ceterū quod ego facio, id non meo iure, sed Domini: DEI sumus adiutores inquit, DEI ædificatio est. Iterū: Ego plantaui, Apollo irrigauit, sed Deus incremētū dat. Ergo neque qui plātat est aliquid, neq; qui rigat: Sed qui incremētū dat Deus. Postea D. AVGVSTINVS: Illud quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse? Accipite Spiritū Sanctū ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione Dominica per Spiritū Sanctū aguntur, idcirco quū regula eis, & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis: Accipite Spiritū Sanctū. Et quia vere ad ius Ecclesiasticū pertinet, statim subiecit, dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiseritis, remittētur ei. Inspiratio ergo hæc, gratia quædā est, quæ per traditionē infunditur ordinatis, per quā cōmendatiores habeātur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheū: Noli, inquit, negligere gratiam, quæ est in te, quę data est tibi per impositionem manuū Presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, ut de cetero traditio ista non sine dono Spiritus Sancti esse crederetur. Sicut.n. in Saluatore forma data est uisibiliter, vt post baptismū Spiritus Sanctus credentibus de cetero inuisibiliter dari non ambigeretur, ita & in supra dicta causa, forma data est in principio, vt ex eo traditioni Ecclesiasticæ Spiritus Sanctus infusus credatur. Deinceps post Catholicos, hæretici pleriq; nō admittunt: & Hussus ac Hussitæ, ut supra palā constitit, ex diametro eisdem impiis repugnant: Imo Lutherus ipse dicit: Solis Sacerdotibus ad hoc ordinatis Sacramenta ministrare, & verbum DEI prædicare permittitur. Et nulli DEVS remittit culpam, si non ille se subiecerit & humiliauerit suo Sacerdoti uicario. Hactenus Lutherus, quem Lutherani secuti inquiunt: Deus vere per verbū uiuificat claues uerò coram DEO remittunt peccata, iuxta illud: Qui uos audit, me audit. Quare uoci absoluentis, non secus ac voci de Cœlo tonanti credendum est.

D. August. — l. de scrip. eccl.
Hussitę. Lutherus. — In Dial. De 10. prae.
Lutherani. — Conf. Aug. ar. 12.

Laici impares sunt Sacerdotibus.

CCXXIII.

Lutherus. — Ep. ad Sen. Prag. & de Miss. priua.

Asserit Lutherus omnes Christianos habere commune officium clauiū; idque damnant Catholici Doctores, execrātur Orthodoxi quiq;, detestātur Apostoli, Apostolici, Cōcilia, Canones, Decreta, & Christianorū omniū cōmunis pietatis ac veritatis fides abominatur, ex quibus omnibus unum solū modo testimonium utique grauissimum & vetustissimum in medium producam D. IGNATIVM Patriarcham Antiochenum Discipulū D. IOANNIS Apostoli, & Euangelistæ, ac Martyrem: Sacerdotium, ait, est omniū bonorū, quæ in hominibus sunt, apex; qui aduersus illud fuerit, non hominem ignominia afficit, sed DEVM, & Christū Iesū Primogenitum, qui natura solus est summus Sacerdos Patris. Omnia igitur vestra decenti ordine perficiātur in Christo. Laici, Diaconis subiiciantur; Diaconi Presbyteris; Presbyteri Episcopo, Episcopus Christo; vt ipse Patri. Hactenus ille in Epistola spiritu, & eruditione referta plane Apostolica, quam D. HIERONYMVS, & D. THEODORETVS olim citauerunt, & commēdauerunt. Itē Hussus enucleate præfert Sacerdotes Laicis omnibus, imo cunctis Angelis, atq; lōge inter se distare docet illlorū potestatē: Deinde asseuerat Sacerdotes ob tria dici & esse Sacerdotes. Primo, quia sūt sacra recipiētes: recipiunt enim Spiritum Sanctum impositionem manus Episcopi, cum eis dicitur: Accipite Spiritū

D. Ignatius — Ep. 1. ad Smyr.
D. Hieron. D. Theodor. Hussus. — l. de Scr. Ec. In Dialo. De cor. Ch. in Sac. Alt. & ad c. 2. 1. Pet.

Digitized by Google

Sanctũ, quorũ remiseritis peccata, &c. Secundo dicuntur Sacerdotes, quia sunt sacra cõficientes. Vnde in eorũ cõsecratione dicitur: Vnctione cõsecrẽtur Domine manus istæ, & benedicãtur, vt quęcumq; benedixerint benedicta sint, & quęcũq; cõsecrauerint cõsecrata sint. Tertio dicuntur Sacerdotes, quia sunt sacra dãtes: ipsi.n. sũt ministri Sacramẽtorũ Ecclesiæ. Hactenus ille, cui ex recentioribus hęreticis hæreticorũ Caluinianorũ secta subscribit.

Caluinista. Beza. Excommunicatio probatur. Coccius. — *Ep. 51. ap. lib. de ref. E. in Absi. cal. Heshus.*

CCXXIV.

Excõicationẽ, qua confodiuntur schismatici atq; hæretici, Petrobrusiani, Henriciani, Albigenses, Vuicleuus, & eius sectator Lutherus contẽnunt, & proijciũt ceu inefficacẽ & nullatenus metuẽdam. At vero illa probat Ecclesiæ Cultores Diuinis erudimentis sacrarũ sententiarũ admoniti, Canonibus Apostolicis eruditi, Pontificijs statutis aucti, Cõciliorũ omniũ decretis suffulti, Ecclesiæ traditione firmissima cõstabiliti, vel ab ipsa quidẽ Sacros. Apostolorũ tẽpestate. Sic.n. Diuiasseruerũt Christi Legati: Quiiustè à nobis punitus est, & excõicatus, idẽ a vita immortali, & gloria reiectus est, & apud iustos, et pios homines inhonoratus, & inglorius, & apud eundẽ Deũ dãnatus est. Ac rursũ: Si quis cũ excõicato, vel in domo vna precatus fuerit, segregetur. Hæc Sãctiss. Apostoli, quos sacrosãncti Concilij Nicæni Primi Diuini Patres oĩno sectantur, dicentes: De his qui a cõione segregati sunt, siue Clericorum siue Laicorũ sint ordines, ab Epis, qui sunt in vnaquaq; prouincia, ualeat sñia secundũ canonẽ, qui pronũtiat eos, qui ab alijs eiecti sunt, nõ esse ab aliis admittendos. Inde apud sacrũ Cõciliũ Antiochenũ: Si quis a proprio Ẽpo fuit excõicatus, ne prius ab aliis suscipiatur, quã fuerit a proprio Ẽpo susceptus, uel facta Synodo accedẽs se defenderit, & persuasa Synodo aliã sñiam retulerit. Idẽ in Cõcilio Sardicẽsi, & Libertino, Arelatensi, Carthaginensi, Toletano, & aliis quã plurimis; ac præsertim in generali Chalcedonẽsi: Eutyches quosdã ex diuersis Cõciliis rite dãnatos, in cõionem propria auctoritate suscepit, sanctis regulis præcipientib. excõicatos alijs in cõionẽ alios non debere suscipere, &c. decenter ab uniuersali Cõcilio sacerdotio est nudatus, & ab Ẽpali dignitate pronuntiatus est alienus, ut his similia perpetrãtibus, disciplinę fieret & sobrietatis exẽplũ. Quoniã quidẽ, & diuinæ præcipiunt leges, apertè dicentes: Expellite malũ a uobismetipsis. Hæc Oecumenicũ Cõciliũ, cui suffragãtur plurimũ, Cõcilia Arausicanũ, Agathẽse, Turonẽse, Lugdunẽse, Bracarẽse, Antisiodorẽse, Vernẽse, Cabilonẽse, Alemãnũ, Lateranẽse, & alia. Vñ Carthaginẽse Quartũ hæc hẽt. Qui cõicauerit, uel orauerit cum excõicato, siue Clericus, siue Laicus excõicetur. His cõformia docẽt Sãcti Patres, sacriq; Doctores. Itẽ uetusti hęretici, proinde Dioscorus D. LEONEM Papã excõicare ausus est. Itidẽ Iconomachi, qui negantes SS. Intercessionẽ, & Inuocationẽ, hæreticos excõicationi subijciũt, ut supra patefactũ est, atq; Hussitæ a cõione sua per excõicationẽ Anabaptistas excludũt. Deniq; Hussus Lutheri magister: Timenda est Pastoris sñia, siue sit iusta, siue iniusta. Ideo pensare dẽt subditus, quod hẽat timorẽ. Idẽq; iã moriturus negat se contempsisse Põtificis excõicationẽ. Itẽ corã Cõcilio Cõstãtiẽsi fatetur ẽt iniustã excõicationẽ esse timẽdã & octo uel ẽt plures causas esse ait, quare Excõicationẽ timeri debet. Huic ordine & tẽpore succedit excõicatus Apostata, & pestulentissimus hæresiarcha Oecolãpadius, qui a ueritate Catholica nõ aberrat, ubi ait: Hodie interdũ corã Deo gratias multo uerius agit ex Ecclesia eiectus, & excõicatus, quam is, qui in medio Ecclesiæ cõicat. Ac rursũ: Hinc patet, quam graue quiddam abstinẽtia sit: multo aũt grauius si Ecclesia excõicet: grauissimũ denique, si & DEVS, ut palmitem aridum exercet a vite uera, quæ est CHRISTVS. Inde Melanthon seu Lutherani, Episcopis competere affirmant, cognoscere doctrinam, & doctrinam ab Euangelio dissentientem reiicere, & impios, quorum nota est impietas, excudere a communione Ecclesiæ, sine ui humana, sed uerbo. Verum ex recentioribus hæreticis

Art. 20. — Luxẽburg. — Cat. hær. — D. Clemens — Const. Apo. l. 2. c. 47. — Concilium. — Ca. Apo. 10. — Cano. 5. — Synodus. — Cano. 5. — Concilium. — Act. 3. ad Val. — Synodus. Coccius. — Cap. 37. L. 19. ar. 3. 4. de Sig. E. — H. Ideberg. — In Proto. F. praef. ad An. To. 1. de sex erre. to. 2. fo. 345 et 346 to. 1. f. 18. — Hussus. — Oecolãpad. — l. 3. ca. 2. de V. D. & l. 4. c. 13. ap. Ro. — Lutherani. — Conf. Aug. ar. de Pot. Ecc. v. anno 1540.

Magistratus secularis nō est Iudex Ecclesiasticorum. Caluinici adsunt, qui sua cōfessione in hęc verba prorumpuntur: Admittimus excōmunicationem, & fatemur necessariam esse cum suis adiunctis.

CCXXV.

Coccius. Secularem Magistratum non esse iudicem Ecclesiasticorum, principes Laicos non praeesse Ecclesiae, nec eius Praesulibus, negat Marsilius, qui Papam a Caesare iudicari posse affirmat, Iulianus Apostata, Henricus octauus rex Angliae, & Elisabetha pseudoregina, qui se auctore Satana iudicem in omnibus rebus, & causis tam Ecclesiasticis, quam secularibus constituerunt; negat iterum Brentius, martyr Diaboli, & Lutherus in Germania, Caluinus in Gallia, & Sanson in Anglia. Sed in Italia Ecclesia Romana vna cum omni Ecclesia Catholica istud nefas longe prodit, ludibrio proscindit, & anathemate percutit. Sic enim statuit Diuus CLEMENS Primus: Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi nō iudicentur; sed quod Presbyteros Ecclesiae, quidquid illud est, dirimatur. Haec ille, quem sequitur D. CAIVS Pontifex Maximus & ipse: Primo suos paganos & haereticos nō posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationes inferre, deinde nemo vmquam Episcopum apud Iudices seculares alios Clericos accusare praesumat. D. MARCELLINVS: Clericum cuius libet ordinis absque Pontificis sui permissu, nullus, praesumat, ad seculare iudicium attrahere, vel Laico quemlibet Clericū licet accusare. Idem statuūt Cōcilia sub D. SYLVESTRO Papa celebrata, Primū, & Secūdum, Antiochenum, Carthaginense Tertium, Mileuitanum, & alia plura, in quibus ēt eis, qui aliter sentiunt, vel perpetrant; quam sentit, & iubet Ecclesia de hac re, anathema dicitur. Idem iuxta DEI uerbum probat, atque docent Orthodoxi Doctores, & Sancti Patres ex Graecis Diui ATHANASIVS, CYRILLVS, GREGORIVS, & plerique alii, ex Latinis Diui HILARIVS, LVCIFER, AMBROSIVS, & multi alij, quod quidem approbant haeretici, quorum primarius Sectarius hac verborum serie eloquitur: Salutet uos DEVS infideles principes vestrorum subditorum: quis Diabolorum uobis in mandatis dedit, tam vehementer non commissa Ecclesiastica negotia peragere, quae DEVM & conscientiam spectant? Et alio loco: Semper seculares principes nomine ipsius Diaboli CHRISTVM docere & instituere gestiunt, qua ratione suam Ecclesiam gubernare debent. Et alibi: Si quādo secularis princeps tibi mandat Pontificem sequi, aut hoc uel illo modo credere aut iubet libros abijcere, sic dices: Non decet Luciferum sedē suā iuxta Altissimum ponere, beneuole princeps, omnem corporis, & fortunae tibi debeo. Manda mihi pro ea, quam in terris obtines, potestate, & sequar te. Si quid autem praeceperis de Fide, aut libris abrogandis, non tibi dicto audiens ero. In his tyrannum te praebes, modum excedis, ea praecipis, in quibus nullam potestatem obtines. Atque alio loco: Causantur Canonici se ex mandato Principis impietatem istam exercere. Sed quid ad eos in hoc casu mandatum Principis? Princeps est politicus Magistratus, cuius est gladium, non ministerium curare: Ego uero a vobis ad concionandi munus vocatus sum, vt Ecclesiam DEI hoc loco uerbo Domini pascam. Et aliubi: Non est Regum, aut Principum, etiam veram doctrinam confirmare, sed ei subijci & seruire. Hactenus Lutherus, cui adstipulantur Lutherani Confessionistici, & Geneuanae haeresis ministri, qui damnāt, & execrantur ministros Anglicanae Ecclesiae, quippe caput imbelle uolunt esse foeminam, (quam tamen ab omnibus officiis ciuilibus, & publicis iura remouent,) reginam nempe, cui in negocia Ecclesiastica, & ministros, ac Episcopos suos summam permittunt potestatem.

Marginal notes (left): *Lutherus.* — *Papa.* — *Papa.* — *Papa.* — *Lutherus.* — *Lutherani. Caluinistę.*

Marginal notes (right): *L. 7. ar. 22. L. 8. de uis. Ec. Mo. c. 2.* — *Ad Chri. nob. Germ.* — *Ep. 1.* — *Ep. ad Fel.* — *Ep. 2.* — *L. de bel. ad Turcas.* — *In Ps. 101.* — *De secula. potesta.* — *Epi. ad cap. Vuitemb.* — *L. de magi. ciu. to. 1. la. fo. 259.* — *Aug. con. L. Ecc.* — *Apud Feu. l. 1. de S. T.*

CCXXVI.

Licet Principibus Christianis bellū gerere aduersus Turcas. Christianis Principibus non licet pugnare contra Turcas Turcae dicunt

Vtzinger. Iacobus Maior. Lutherus.

docent, ac prædicant, & Turcici Lutherani, ut Turcicus Alexander Vtzinger Smalcaldicæ impietatis concionator, Turcicus Iacobus Andreas, denique, ut multos alios taceam, Turcicus Georgins Maior hoc impio disticho: Aut potius Turcarum dominum experiamur, ut illi sit census: Pietas saltē sit libera nobis. Hæc Turcici nebulones Turcissimo Luthore auctore, cui profecto Satan suus familiaris hoc bellum esse contra Voluntatem Spiritus Sancti reuelauit? idque non probant Doctores sacri, quemadmodum Beatus Ioannes Fischerius illustrissime demonstrat ex sacris Litteris, & Orthodoxis sanctis Patribus, efficacissimis rationibus suscipiendum aduersus ethnicos & Turcas prælium esse licitum & necessarium, multisque siquidem næuis ac notis Antichristi prodromum eiusdem Lutherum palam facit, ad quem Lectorem remitto, dicturus, quod hæretici ipsi recentiores Turcissimo omnium Turcæ Luthero repugnant, dicentes: De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, vt imitemur fidem eorum, & bona opera iuxta uocationem, ut Cæsar imitari pōt exemplū Dauid in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria, nā uterq; Rex est. Hæc illi Lutherani, qui contra Lutherū dimicant, & sentiunt Cæsari Christiano licere aduersus Turcas præliari. Quinimo Turcarū rabula Lutherus secum ipse pugnando asserit; Clamant aliqui Prædicatores temere de Turcis, non esse eis resistēdum, quia uindicta Christianis prohibita sit. Hic sermo seditiosus est, qui neque tolerari, neque permitti debet. Tenentur potestates resistere Turcis: quia non solum cupiunt prouincias uastare, vxores violare, liberos interficere, verum etiam iura prouinciæ, cultum DEI, omnemque ordinem abrogare, & tollere. Et alio loco: Turcis resistere tenemur ob multas causas, &c.

Apud Trib. in Ifeudo. Inb. vit. ca. 15. Libel. conf. ref. in Frācο. Con. de Tur. In assertio. dam. art. a Leo 10. Art. 34. Assor. Luth. confut. arti. 33. & 34. Lutherus. In uisita. Saxo. Sermo. cont. Turcas.

CCXXVII.

Regimen ac secta Turcarum turpissimum. Lutherus.

Nullum regimen seculare pulchrius quam apud Turcam, & nullum turpius, quam apud Christianos omnium Turcissimus dicit Lutherus, qui & addit: Turcarum sacerdotes religiosi tam seueram, grauem, strenuamque uitam ducunt, ut Angeli, non homines uideri queant, adeo, ut omnes nostri Clerici & Monachi in Papatu iocus præ illis sint. Et alibi: Vmbrę sunt nostri religiosi ad Turcarum religiosos collati, & vulgus nostrum plane profanum ad illorum uulgus comparatum. Idem sentiunt Turcæ, & Christiani cuncti abominantur, & furorem furorum omnium nouissimum a Diabolo nequiter suggestum, ac impulsum existimant, & in farragine mendaciorum Martinianorum primas concedunt, ac idcirco hæretici ipsi contradicunt illis Turcis Diabolis & horum principi Luthero, quinimo Turcissimus ipse Lutherus pugnans secum dicit: Turpissima est Mahometi lex. Et alio loco: Apud Turcas nulla honestas, nulla disciplina est.

Ad nob. Ge. Serm. castr. & de visu. Tur. in præf. Angelus Pientinus Carthusianus. In demonst. sect. Mahocon. Turcas. Lutherus. Ser. cō. Tur. Et in uisit. Saxo.

CCXXVIII.

Mōnarchicū regimen est optimum. Coccius.

In omni Magistratu Monarchium regimen esse optimum negant Zuinglius, Bucerus, Caluinus, & Vuolfius. Cōtra existimant Catholici, Diui IVSTINVS, ATHANASIVS, HIERONYMVS, LEO Papa, & alij quam plures; quorum primus dicit: Homerus sub persona Vlyssis Græcorum exercitum alloquens, ait: Non bene regnabunt multi, Rex vnicus esto. Atque equidem ille non bonum esse regimen multorum, sed e diuerso malum, seipsa ostendere constitutum habens, eam ob causam bella illorum propter multitudinē, & prælia, & factiones, & mutuas insidias, passim commemorat. Nam Monarchia, siue vnius imperium pacatum esse consueuit. Secūdus: Vniuersitatis istius ordine, & harmonia necesse est, ut animad-

Art. 2. D. Iustinus. Ad Gen. or. cohort. D. Athan. Ora. cont. Idol.

uer-

uertamus, omnium istorum principem esse Deum, eumque unum, & non plures, &c. vt diximus multitudinem numinum nullitatem esse numinũ; ita quoque necessum est, multitudinem principum id efficere, ut nullus esse princeps uideatur, cum enim quisque alterius regnum tollebat, nullus reliquus conspiciebatur princeps, sed interregnum potius sine capite erat vbi autem Princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur. Tertius Muta animalia, & ferarum greges ductores sequuntur suos: in apibus principes sunt: grues vnam sequuntur ordine, literatos imperator unus: iudex unus Prouinciæ. Roma, ut condita est, & duos simul fratres habere nõ potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecæ utero Esau, & Iacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbiteri, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In mari unus gubernator: In domo unus dominus: in quamuis grandi exercitu unius signum expectatur. Quartus uero: Verbum factum est caro, ita Diuinam naturam, naturæ uniuit Humanæ, ut illius ad infirma inclinatio nostra fieret ad summa prouectio. Vt autem huius ineffabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum Diuina prouidentia præparauit Cuius ad eos limites inclementa perducta sunt, quibus cunctarum vndique gentium uicina, & contigua esset uniuersitas. Dispositio namque diuinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno cõfœderarentur imperio, & cito per suos haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen ciuitatis. Hæc omnes commendant Orthodoxi, quibus concordant & hæretici: Lutherus enim instruit hoc in hunc modum scribens: Huc pertinent Episcopi, & Principes, Parochi, & Senatores, utrumque scilicet Dominium, &c. Idem sensit Hussus, ut declaraui supra. Pariter Georgiani, qui Ecclesiæ suæ quendã Archiepiscopum præficiunt, cui ut Monarchæ obediunt. Hoc idem bene iudicarunt Fraticelli; Item Melanthõ, deinceps Anglicanæ hæresis ministri, qui Monarchicũ regimen pseudo regi suo uices gerenti Antichristi, impudentissimo Antipapæ, & sacrilego Antichristi emissario, parenti, Luciferique Vicario tribuunt. Etsi enim reliqui Euangelici in Romanum Pontificem iniqui sint, propter eos, quos fingunt Romanam Ecclesiam errores & genuisse, & hodie cum primis defendere, fatentur tamen præcipui eorum, ac inter alios Andreas Modreuius Euangelicorum omnium fere acutissimus, ac doctissimus, summam Ecclesiæ ac rerum Ecclesiasticarum præfecturam ad unum esse deferendam. Neque valde dubito (quod peritissimus Alanus asseuerat) quin si soli, Catholicis sublatis, regnarent, uni ac fortasse etiam huic ipsi Romano Pontifici, si sectæ assensorem (quod absit) haberent potissimum deferrent. His postea addo testimonium Zuinglii, non repudiandum, sic loquentis: Vbi multitudo est, ibi aliquem primum esse necesse est. Postremo autem Caluinus huic omnino assentitur, dicens: Fatemur quidem Petrum agnitum fuisse Principem inter Apostolos ut necesse est in omni cœtu aliquem esse qui præcedat, & alios dirigat.

[Marginalia, left: D. Hieron. — D. Leo. — Luterus. — Luxẽburg. — Melanthon — Feuardent. — Copus. — Modreuius — Cinglius. — Hoffmeister — rus. — Caluinus.]

[Marginalia, right: Epist. 1. c. 6 — Ser. 1. in Nat. Apost. cap. 2. — De 4. prae. — Catal. hær. — Ep. ad Frid Mycordis. de iu. Mag. — Lib. 1. Theom. Cal. de S. Trin. — Sex. li. Dialo. c. 43. — Lib. 2. c. 9. de Eccles. — Artic. 17. — Dial. 2. — In Artic. Apost. c. 1. nu. 16.]

CCXXIX.

[Marginalia, left: Magistratibus obediendum esse. — Coccius. — Feuardent.]

Semper fallaces & ex errore in errorem præcipites hæretici pro sospitate hæreticæ libertatis, seu potius dæmoniacæ captiuitatis negant Magistratum ullum posse iudicare subditos, nec eis quidquam imponere, & inter hos recensentur esse Crescouius, Vuicleuus, Galecus, Behaim & Mahuzim Lutheranorum Deus Lutherus, insuper Monetarius, Melanthon, Caluinus Kelficensis, & Vualdenses, Begardi, Anabaptistæ & Libertini. Quos repellit Ecclesia, quæ numquam peccat, quæque Oracula obseruat Apostolica, quibus obedientia Principibus Magistratibus & superioribus omnibus exhibere iubetur, certa sacræ Scripturæ erudimenta admittit, & Saluato-

[Marginalia, right: Lib. 7. art. 1 de Hier. Eccles. — Cass. f. Calu. cõl. 15. artic. 40.]

ris

D. Clemens. ris eius precepta custodit, id quidem, quod paucis lucide docebo. Diui Apostoli in Constitutionibus ista mandant: Estote subiecti omni Regi & potestati in ijs, quæ DEO placent, tamquam ministris DEI, & impiorum vindicibus, & vltricibus: Exhibere illis omnem metum debitum omne nectigal, omne tributum, omnem honorem, dationem censum. Hæc est enim DEI lex, nemini quidquam debere, præter amicitiæ, quod DEVS per CHRISTVM sanxit. Hæc illi, qui & in Canonibus iubent: Quisquis Imperatorem, aut Magistratum contumelia affecerit supplicium, Luito: si Clericus sit deponitor, si Laicus a cōmunione remouetor. Hactenus CHRISTI Nuncij, quorum sanctissimus Discipulus D. IGNATIVS ait: Cæsari subiecti estote in ijs, in quibus subdi nullum animæ periculū est. D. MARTIALIS Apostolus: Principi Stephano ēt obedire debetis in omnibus; quia Princeps uobis a DEO constitutus est, a quo omnis potestas, & paternitas in Cœlo, & in Terra originē, ac fortitudinē sumpsit. D. THEOPHYLVS Patriarcha Antiochenus: Magistratibus, & potestatibus, vt pareamus, Diuina Scriptura monet: præcipit quoque, vt pro his preces fundamus ad Dominum, vt qui etiam, & tranquillam transignamus uitam. Iubet omnibus Diuina sapientia reddere omnia: cui honorem, honorem, cui timorem, timorem; cui tributum tributum. D. HIERONYMVS: Si bonum est, quod præcipit Imperator, ac præses, iubentis obsequere voluntati: si vero malum, & contra DEVM sapit responde ei illud de Actibus Apostolorum: Obedire oportet DEO magis, quā hominibus. D. AVGVSTINVS: Generale pactū societatis humanæ est obedire Regibus suis. Atque, vt præterea silentio Pōtifices Ecclesiæ, & Concilia plena, pium Concilij Meldensis statutum tātum modo in medium adferam, quod tale est: Si quis potestati regiæ, quæ non est, iuxta Apostolum, nisi a DEO, contumaci, & inflato spiritu contra auctoritatem, & rationem pertinaciter contradicere præsumpserit, & eius iustis, & rationalibus imperijs secundum DEVM, & auctoritatem Ecclesiasticā, ac ius ciuile, obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur. Hæc Catholicissimi Proceres, atque Magistri, & Rectores, a quorum definitione non dissident Græci, & Lutherus tritissimo more suo pugnans ipse secum ait: Subiecti sumus cum corpore, tum omni substantia nostra Cæsari, iurique seculari, etiam aliquando malis principibus obediendum est. Hæc ille scripsit, posteaquam aliter docendo, fuerat in causa, ut Rustici, & alii nollent ulli ciuili vel Ecclesiasticæ, summa animarum corporumque pernicie, parere potestati. Hunc secuti sectatores Lutheranæ impietatis, potius Catholicam, quam Lutheranam ita pronunciant sententiam: Necessario debent Christiani obedire Magistratibus suis & legibus, nisi cum iubēt peccare: tunc enim magis obedire DEO, quam hominibus Actorum quinto. Deinceps Caluiniana scabie corrupti Hugonotæ Regi Gallorum Confessionem suam hæresibus, mendaciis, & notis plurimis labefactatam scribunt: In qua protestari possumus, nihil esse, quo verbo DEI repugnet, uel honori, quem tibi debemus, aduersetur. Et rursum: Credimus DEVM uelle mundum politia & legibus regi, vt habenæ sint, quibus desideria mala reprimentur. Ideoque constituerit regna, respublicas, ceterasque principatuū formas, siue hæreditarias siue alias: & id omne, quod ad iustitiæ statum pertinet, cuius uult auctor haberi. Ideo commisit gladium Magistratibus, ut coercerent, non solum peccata admissa in priorem præceptorum DEI tabulam, verum & in posteriorem. Quare necesse est propter DEVM patiamur, non solum superiorum dominatum, verum etiam eos in pretio habeamus. Et paulo post: Tenemus ergo obtemperādum esse horum legibus atque statutis. Tandem concludunt: Quocirca eos detestamur, qui Potestates & Magistratus vellent reijcere, aut bonorum omnium communionem, seu potius confusionem inuehere, ordine omnis iustitiæ subuerso.

Left margin notes: *D. Clemens.* — *D. Ignatius.* — *D. Martia.* — *D. Theoph.* — *D. Hieron.* — *D. August.* — *Concilium.* — *Lutherus.* — *Protestātes.* — *Caluinistæ.*

Right margin notes: *Const. Apo. l. 4. c. 12.* — *Ep. ad Antioch.* — *Ep. ad Tho. c. 8.* — *L. 3. ad Autol.* — *Ad c. 3. ad Tit.* — *L. 3. cōf. c. 8.* — *Cap. 15.* — *l. con. Rust.* — *Cōf. Augu. art. 14.* — *Cal. con. fi. praef. ad Re.* — *Conf. ar. 39* — *ar. 40.*

Plu-

Fas est occidere ex iussu Principis Sebastianus Medices.

CCXXX.

Plures impii, nefas esse occidere etiam ex præcepto Iudicis, docuerunt, fas vero esse omnes Catholici, qui semper hæreticorum omnium omnia portenta abhorruerunt, & a Fidei tramite numquam aberrarunt asseuerauerunt, & adhuc asseuerant: quemadmodum Lutheranos, Caluinianos, protestantes, Cõfessionistas, & reliquos asseuerare idem supra constat, quorũ testimonia quasi superuacanea omitto, quæ infra ex mox dicendis illud plus satis fuse & lucide patefiet.

Lutherani, Caluiniani.

In sum. Omni. hær. occidere. 150. In corpus. Aug. in cõfess.

Hæretici cõburendi sũt

CCXXXI.

Coccius.

Hæretici causam suam, ossa sua, uitamque defendunt: etenim negant hæreticos a Ciuili uel ab Ecclesiastico Magistratu esse puniẽdos, atque ut Animarum occisores & Fidei uiolatores, aut uita priuandos, aut exilio multandos; sunt hi Parmenianus, Petilianus, Gaudentius, Raimundus Lullius, Nicolaus Galasius, Hermannus, Bodius, Martinus, Billius, Vualdo. cum Vualdẽsibus, & cum Lutheranis Lutherus, qui aperte mentitur hæreticos comburi esse contra uolũtatem Spiritus Sancti. Atque hæc quidem manifesta, & irremissibilis blasphemia est in Spiritum Sanctum, qui docuit eius discipulam Ecclesiam, ut pertinaces, & pestilentes hæreticos e uita eximat, & sęua nece multet, id quod sane doceri uoluit a Sanctis Ecclesiæ Patribus. Nãque utdicit D. ATHANASIVS: Acatius, Ludoxius, Patrophilus, cum talia scribãt, qui quęso nõ omni supplicio digni fuerĩt? Ac D. HIERONY. Quid loquar de Priscilliano, qui & sæculi gladio, & totius orbis auctoritate damnatus est? D. IOANNES Maxẽtius: Nisi Christum Filium Dei, qui pro nobis passus est in carne unum esse, & sancta, & indiuidua Trinitate fuerit confessus Diosiorus, pelago mancipetur. D AVGVSTINVS: Hęretici occidũt animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, temporales se perpeti conqueruntur D. PROSPER: Mulier illa, quæ relicto tanto uiro alii se credidit sociandam, incendio cum suis parentibus a suis uiribus digno scitur esse consumpta. Vt omnis anima hæretica cum suis parentibus, idest, doctoribus, igni extinguibili, peccatis traducẽtibus, exuratur. Quoniam traducent illos ex aduerso iniquitates illorum, cum eis dixerit Dominus: Discedite a me in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. D. ANTONINVS: Hæretici morte puniuntur: continuo enim post deprehẽsionem erroris, nisi ad fidem conuerti uoluerint, & hæresim suam abiurare & satisfactionem exhibere, subito debent comburi. His autem talia, & similia leguntur in Oecumenicis Conciliis Ephesino apud Græcos, & Lateranensi apud Latinos. Idem & similia constituuntur, & docẽtur a Diuis Pontificibus Ecclesiæ CLEMENTE, LIBERIO, INNOCENTIO Primo, & GELASIO, & PELAGIO, & aliis multis. Itidẽ faciunt D. CONSTANTINVS Imperator, & Theodosius, Valentinianus, & plures alii Imperatores, ac Reges religiosissimi. Lutherus alioqui hęreticissimus, hæresiarchaque omnium pestilentissimus, ac nocentissimus idem fatetur, & ab Ecclesia Christi stat, ac secum ipse pugnat, uti qui insolentiam, perniciem, nequitiam, uitia & demerita satis animaduertit hæreticorum, Custodit, inquit, Magistratus non solum secundam, uerum omnium maxime primam tabulam, idololatrias, blasphemias, execrationes, periuria ulciscitur; oblatos hæreticos, ut in uerum Numen contumeliosos, atque alios eas blasphemias docentes coercet: præfractiores, atque in errore prætexendo contumaciores, vt cum certissimo plurium exitio, pro maleficis puniendis suscipit. Hęc ille, eadem & grauiora catholice de hoc scribunt, hæretici plerique quorum vnus est Bucerus, qui ita asserit: Capitalia fuit non solum adulteria, homicidia

Luterus. *D. Athan.* *D. Hieron.* *D. Ioannes.* *D. August.* *D. Prosper.* *D. Anton.* *Lutherus.* *Bucerus.*

Lib. 7. art. 13. de Hierar. Eccl. *Ibidem.* *Ep. ad Orthod.* *Ad Pel. c. 2* *Resp. ad. Hormisd. Pap.* *In To. Tra. cap. 11.* *De Promis. & Præd. p. 2. c. 21.* *Sum. par. et 2. tit. 12. c. 4.* *In postil. mi no. in Dom. 5. ab Epiph.* *Ibidem. ad cap. 22. Math.*

Digitized by Google

dia,& id genus atrociora scelera, sed etiam si quis a vultu Dei docendo abductus:si quis sibi idola,aut aliam superstitionem statueret,si ariolos consuleret,si Deo conuicium diceretur,& eiusmodi,quæ proprie ad curam attinet religionis.Iam Deus non mutatur: quare in hæc eadem hodie quoque magistratum animaduertere decet: nec enim minus apud priscos uera religio cordi fuit,atque hodie;& æque tum,atque modo opus Spiritus Sancti illa extitit.Hæc ille,cuius sententiæ fauent Manlius, Lossius, & Ioachimus Vuesphalis,qui inquit:Non est tyrannis obsistere, ne psycho tyrannis seducant populū, ne animas infectas falsæ doctrinæ interimant. Pastor non agit tyrannum, qui repellit lupos, ne oues dilacerent: Magistratus non exercet tyrannidem,qui secundum leges moderate coercet maleficos,& desontib. sumit pœnas.Denique in eam sententiam omnino descendūt hæretici alij, vt sunt Melanthon in libro de officijs Principis,Brētius lib.de Rep. admin. Vuolphangus Capito.lib.de iu.Magistra. in religio.Bullingerus Ser.7. & 8. 2.Decad.Caluinus de Act.serue. Tract.Aretius Bernensis lib.de cas.Gentili, & Beza lib.de hæreticis a ciuili Magistratu puniendis.

Vuesphalis. — *Con. Io. a Lasco.* — *Feuardent.* — *Lib. 13. de purgat. c. 7. in fin. n. 12.*

CCXXXII.

Anima ex traduce nō propagatur. Iodocus Coccius.

Post Philosophos Ethnicos, Anaxagoram, Democritum, Dicearchum & alios,hæretici Lucifer,Faustus Manichęus, Lutherus& Dresserus dicūt animam ex transfusione seminari: idem confirmāt impij Luciferiani,Apollinaristæ,Armenij,Coterelli,& Magdeburgēses,atque etiam alii. Aduersus hos docent. Orthodoxi, quorum ambos solummodo signiferos audire satis esse debet, unus enim est.D. AVGVSTINVS qui dicit: Inhonestum puto,si dicantur animæ cum corporibus generari,ut anima nascatur ex anima,quod nec animæ ipsi competit. Ac iterum: Animam partem Dei esse non credimus,sed creaturam:nec de Deo natam,sed ab illo factam, atque in eius genus adoptandam,mirabili dignitate gratiæ,non parili dignitate naturæ:nec eam corpus esse,sed spiritum,nec creatorē esse, sed creatum: nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile,quo grauatur, quod illuc eam uitæ in Cœlestibus,vel in quibuslibet aliis mūdi partibus antea male gesta merita compulerunt,& c.si anima de anima parentis fiat in prole,uel traducatur in prolem,utrum in corporeum semen animæ,sua quadam occulta,& inuisibili uia,seorsum ex patre currat in matrem, cum fit conceptus in fœmina an quod incredibilius in semine corporis lateat,cum autem fluunt irrita sine ullis conceptibus semina, utrum semen animæ non simul exeat,an summa celeritate atque atomo temporis vnde exierat, recurrat ac pereat? Et si perit quomodo ipsa, cuius mortale semen est, immortalis est anima? &c. D.HIERONYMVS deinde alter est,qui sapientissime sugillat, & subsannat Lutherum, & sequaces,ac in illud Eccl. 12. Conuertetur puluis in terram suam,& spiritus reuertetur ad Dominum, qui dedit illum, scribit:ex quo satis ridēdi sunt,qui putant animas cum corporibus sexi,& non a Deo, sed a corporum parentibus generari. Cum enim caro reuertatur in terrā, & spiritus redeat ad Deum,qui dedit illum,manifestum est Deum patrem animarum esse,non hominem.Hæc tradunt Catholici Catholicæ fidei cultores æternæque ueritatis, quæ tā una est, quam Deus est vnus infallibiles Doctores Ecclesiæ DEI,quæ basis & columna Veritatis legitimi filii,ac fortissimi propugnatores, & hæreticorum quidam,qui illam asserunt ex nihilo a DEO creari,ut sunt Græci,Flagellantes, Caluinitæ & alii omnes, seu ferme omnes.

Lutzēburg. — *De heret.* — *D. August.* — *Quest. 5. & N. 1. q. 21. De orig. an.* — *D. Hieron.* — *Ad ca. 12. Eccles.* — *Caluinus Caluinistę.* — *In cap. 16. Mat. In conf. & cat. Lib. 1. art. 1 & lib. 8. ar. 3. no. 1.*

CCXXXIII.

Anima non fiunt ex substātia Dei. Coccius.

Plus delirant,qui Animam ex substantia DEI effici instruxerunt, Gnostici Manichæi, Priscillianistæ,Fortunatus,Prodicus, Mahometus, seruetus:

quos

quos ineunte CHRISTI Ecclesia reiecerunt Sanctissimi Apostoli,& Apostolici Sancti CLEMENS, DIONYSIVS, ATHENAGORAS, IRENAEVS ac D. PROSPER,qui inquit: Creaturæ rationalis vel intellectualis bonum,quo beata sit,non est,nisi DEVS: quod ei nō ex seipsa est: quia ex nihilo creata est: sed ex illo,a quo creata est.Hoc enim adepto,fit beata, quo amisso misera. Hæc ille ex D. AVGVSTINO,quod sentiūt Orthodoxi reliqui.Quam ob rem Princeps Sedis Apostolicæ.In qua indus perpetuæ veritatis Christianæ fidei includitur, Diuus LEO Nonus sic fidem Christianæ Religionis profitetur: Animam non esse partem DEI, sed ex nihilo creatam, & absque Baptismate originali peccato obnoxiam credo,& prædico.Hæc ille aduersus hæreticos aduersæ sententiæ ostentatores,quos iure Christiano anathematis notatos Ecclesia per Conciliū Bracarense Primum conuincit: Si quis animas humanas, uel Angelos ex DEI, credit substantia extitisse,sicut Manichæus,& Priscillianus dixerunt,anathema sit.Hactenus spectati Concilij Patres contra illos hæreticos,& filios, ac nepotes eorūdem,quos quidem,post Catholicos Ecclesiæ Christianæ perpetuo studiosus, hæreticæ synagogæ debellatores, reprobant omnes hæretici,qui eas ex traduce propagari senserunt: quibus adijcio Lutherum, Caluinum,Anabaptistas & Trinitarios, qui illud commētum omnino improbant,& iure detestantur.

Episcopus. — *Lib. Senten. ex D. Aug.* — *Papa.* — *Ep. ad Pet.* — *Concilium.* — *Cap. 5.* — *Feuardent.* — *In Theom.* — *Anima non migrāte corporibus in corpora.*

CCXXXIV.

Tertium delirium Albigenses seu Albanenses ponunt, quippe dicunt nouas Animas a DEO nec creari nec infundi,sed eas de corpore ad corpus, vt est in somnio Pythagoræ etiam animalium & serpentium transmigrare. Quorum fundamentum, ac per hoc totum ædificium ruit, ac subuertitur ab ipsis Apostolicis D. CLEMENTE,& alijs: Qui ex modico,inquiens, semine genitali hominem in vtero format.& animā,quæ ante non erat,in eo creat. Hæc ille,quos sectantur Patres Concilij Nicæni Secundi tali vtentes argumento: Si anima,quamuis creata sit, nemo pingere potest, quanto minus incomprehensibilem unigeniti Filij Deitatem potuit quisquā cognitione comprehendere,vt sensibiliter a se depingatur? Hoc sectatur insuper D. PRIMASIVS: Animam hominis ex nihilo creauit DEVS, & adhuc creat. Non enim putandum est,quod pars Deitatis sit: Deitas increata est,anima autem creatura est. Idcirco autem omnipotentem Creatorem animarum appellat,nō corporum,cum omnium creator sit, corpus nostrū ex semine paterno,& materno conficitur,anima vero semper a DEO ex nihilo creatur.Deinde D. LEO Pontifex Ecclesiæ spectatissimus Catholicā fidē constāter, atque ueraciter prædicat,quod animæ hominum, priusquā suis inspirarentur corporibus,non fuere,nec ab alio incorporētur,ni ab opifice DEO,qui & ipsarum est Creator,& corporum. Hæc omnes sentiunt Orthodoxi quia: Hominum animos non ex traduce fluere, ait D. RVPERTVS, omnium Orthodoxorum una est sententia Hæreticorum dogma, præter Scripturas sacras, Sanctorum Doctorum scripta, Orthodoxorum omnium assertiones,& legitimos Ecclesiæ DEI filios Catholicos, Vualdenses & alii hæretici,qui ante hac fuerunt, & adhuc in hunc usque diem pro Satana superstites perseuerant,quasi dogma Pythagoricum & plane Ethnicum penitus refutant.

Coccius. — *l. de na. ho.* — *D. Clemens* — *Const. Apos. l. 5. c. 6.* — *Concilium.* — *Act. 6.* — *D. Primasi.* — *Ad ca. 12. ep. ad Heb.* — *Papa.* — *Epis. 93. ad Thur. c. 10.* — *D. Rupertus* — *In Gen. l. 2. c. 21.* — *Lutzēburg.* — *De her.* — *Bellarmin.* — *Tom. 3.* — *Anima corporea nō est.*

CCXXXV.

Cum Epicuro, Lucretio & Auicenna Animam esse corporeā Tertullianistæ,ac multi antiqui hæretici,vt qui uel mortalem,vel ex semine produci

Coccius. — *art. 1. & 2. de nat. ho.*

Digitized by Google

Lutherani. Caluinistæ Fiuatslent. ſenſerunt,&(ut patuit)neoterici non deſunt,qui hæretice hoc idē aſtruunt ut Riſuuich,& Seruetus: quem errorem olim refutatum eſſe a Baſilide,a nouis Priſcillianiſtis,& nuper a Luthero a Caluino,& aliis lego. Idque SPIRITVS SANCTVS per Scripturam adumbrauit & per Eccleſiam DEI uiuentis ſatis perſpicue patefecit, Quod quidē breui demonſtrabo. *In confeſ.& Cat. In Theom. In An. n D Ire. etal.* In Concilio enim Nicæno Secundo hæc aſſeruntur: Animam nemo circumſcribere poteſt quia inuiſibilis eſt. *Concilium. Act 6.* Huc accedit antiquiſſimus Pater D. GREGORIVS cognomento eximio Thaumaturgus,qui ſic arguit: Quod poteſt diuidi compoſitum eſt:corpus vero tripliciter diuidi poteſt. *D. Gregor. Diſp. de an.* Atque corpus adiunctum corpori molem auget:anima vero in corpore exiſtens,illud non tumidum,ſed viuum efficit. Non igitur corpus,ſed expers corporis eſt anima. Huic ſuccedit ex Latinis D.CLAVDIANVS Mamertus, ſic argumentando: ſi DEI imago eſt humana anima, incorporei uidelicet imago eſt. *D.Claud. De Nat. an. lib. 1. c. 4.* Si incorporei imago eſt,incorporea vtique ipſa eſt. At ſi incorporea nō eſt,incorporei prorſus imago non eſt. Sed incorporei imago eſt, incorporea igitur eſt D.CASSIODORVS: Corpori ſociata,quamuis ipſius mole prægrauetur,opiniones rerum ſolicita curioſitate perpendit, Cœleſtia profunde cogitat,naturalia ſubtili indagatione ueſtigat,& de ipſo quoque conditore ſuo ardua noſſe deſiderat. *D. Aurelius. De ani. c. 4* Quod ſi eſſet corporalis, cogitationibus ſuis ſpiritalia nec cerneret utique,nec videret. Ceſſet ergo de eius corporalitate ſuſpicio: quando & definitionem corporis a ſe omnibus modis reddit alienam,& tales cauſas exquirit,ad quas ſolus Spiritus ſublimis contendit. Hęc illius Orthodoxi,imo ceterorum,& Eccleſię CHRISTI veriſſima ſententia eſt,animam omnino eſſe incorpoream,ac purum hoc eſt, corporeitatis, & omnis materiæ expertem ſpiritum.

Anima Immortalis eſt

CCXXXVI.

Coccius. Lutzēburg. Mortalem quoque fingunt binæ mortis mancipia Animam. Quam quidem immortalem non Catholici ſolum,verum etiam Ethnici,& hæretici fatentur: mortalem enim fecerunt eam Democrites,Epicurus,Stoici, Sadducæi, Plinius, Heracleon,Arabici, Athoici, Thnetopsychitæ, Auerroes, Barbara imperatrix,Hermannus,Lutherus,Anabaptiſtæ, Brentius, & Seruetus: *Art. 2. d. 1. T. C. De Lares.* immortalem uero Catholici omnes aſſeuerauerunt, quemadmodum Apoſtoli ſancti in primis tradiderunt, dicentes: Anima in nobis confitemur expertem corporis, & immortalite præditam, neque interitu deleri, ut corpora, ſed immortalem eſſe, ut pote rationis participem, & ſui compotem. *D. Clemens. Conſt. Apoſ. l. 6. c. 11.* Deinceps Diuus IVSTINVS: Animas ſuperſtites manere etiam eo demonſtrauerim, quod & Samuelis animam ventriloqua Pythoniſſa, ita ut Saul perierat, euocauit. *D. Iuſtinus. Dial. cum Trypho.* Diuus THEOPHILVS: Formauit DEVS hominem de humo, & inſufflauit in nares eius flatum vitæ, factusque eſt homo in animam uiuentem. *D. Theoph. L. 2. ad Autol.* Inde anima à pluribus immortalis dicitur. Diuus EVSEBIVS: De immortalitate animæ Plato Moſen eſt ſecutus, qui primus immortalem eſſe docuit, cum imaginem DEI eſſe aſſeruerit. *D. Euſebius. De præp. Eu. l. 11. c. 14.* Diuus ZENO: Nos quos non ingenioſa ſuſpicio, ſed DEVS inſtruxit, propter nos in ſemetipſo probando, quod docuit, viuere animas mortuorum, non tam dicere, quam oculatis rebus ſufficimus approbare. *D. Zeno. Ser. de Res.* Diuus AMBROSIVS: An mori Diuinitas poteſt, cum anima non poſſit? Nolite inquit timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Si ergo anima occidi non poteſt, quomodo Diuinitas poteſt? *D. Ambroſ. L. 2. de fid. c. 3.* Diuus AVGVSTINVS: Semper animus uiuit, ſiue ipſa ratio ſit,ſiue in eo ratio inſeparabiliter. *D. Auguſt. Lib. de* Hæc ille,qui ex profeſſo librum de immortalitate anim[illegible] ſcripſit,cum quo conſentiunt cuncti Orthodoxi,

&

Digitized by Google

S. Philastr. Coccius. Henricus Feuardent Caluinus.

& certissima omnium Orthodoxorum est sententia, quam cum antiqui tum decentes sectati sunt hæretici, Simon Magus, Tertullianistæ, Græci, Hussitæ, Vualdenses, & ultra alios Zuinglius, & Bullingerus, qui dicit: Manifeste testatur hic locus, Animas hominum non modo immortales esse, sed & viuas & vigiles, non dormientes, superesse & viuere in Cœlo. Et Caluinus qui alias asseruit animas a morte omnino consumi, & annihilari, hoc loco ait: Admonet CHRISTVS non ideo creatam esse hominis animam ut mundo tantum ad paucos dies fruatur: Sed ut sua demum illi constet in Cœlo Immortalitas: Hæc ille, qui & alio loco inquit: Deliri & frenetici sunt, qui putant animos nostros aut vna cum corporibus interire, aut ita cōsopiti, vt perinde sit atq; si interierint. Ac aliubi dicit: Nos & substantiā esse ipsam animam contendimus, at uere post corporis interitum uiuere, sensu & intelligentia videlicet præditam, ac utrunque euidentibus Scripturæ testimonijs nos probaturos recipimus.

De Hæres. l.8.ar.3.Cōcio. 32. in Apoc. l.14.ca.29. de imt. Ad ca. 16. Mat.v.26. Co.in 1.Co. 15.ver.18. Præf.in Psychopan. cit. Feu.c. 29.l. 14.de imt.

Catholici credūt Animę immortalitatem. Lutherus.

CCXXXVII.

Mendaciorum, & hæresum in Luthero nullus est finis: Proinde modo mendacium & hæresim dicit: Papistæ hodie plane non credunt Animę immortalitatem: in quo errore non perstant sine dubio hæretici alij, & eidem Ludero aduersatur sacer Catholicorum exercitus vniuersus cum ab antiquis tum a nouis diebus: Namque ex antiquis Tertullianus: Consiste in medio anima, seu diuina & æterna res es &c. Lactantius: Homo ex duabus rebus constat, corpore & anima, quorum alterum terrenum est, alterū Cœlestæ, duæ uitæ homini attributæ sunt, vna temporalis, quæ corpori assignatur; altera sempiterna, quæ animæ subiacet. Diuus ISIDORVS: Et si immortalem animam statuimus eos intelligentiæ participem, at non tamen eiusdem cum Diuinissima illa, & sempiterna natura essentiæ: verum tantū abea remotam ac dissitam, quantum verisimile est, rem creatā a Creatore. Diuus CASSIODORVS: Anima, vt ueracium Doctorum consentit auctoritas est a DEO creata, spiritalis, propriaque substantia, sui corporis uiuificatrix, rationabilis quidem immortalis: sed in bonum, malumque conuertibilis. Ex recentibus autem Diuus BERNARDVS: In ipso stare dignoscitur anima hominis, in eo dignitatis creata est vita simplex a simplici, immortalis ab immortali. Diuus BONAVENTVRA: Forma viuens, non ex natura intrinseca: sed seipsa: non vita mortali sed perpetua. Diuus LAVRENTIVS: Anima est potior pars hominis, substantia inuisibilis, incorporea, immortalis. D. DIONYSIVS: Naturale desiderium non potest frustra anima autem intellectiua naturaliter semper esse appetit, appetitus enim sequitur appræhensionem, & sicut intellectus apprehendit ipsum esse secundum se, & absolute sic appetitus desiderat ipsum, Anima ergo rationalis immortalis est. Postremo loco Leo Decimus Ecclesiæ Pontifex in Concilio Lateranensi Orthodoxorum Theologorum consensu sic definiuit: Hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse. Hactenus ille, quibus plane quotquot tum antea tum post claruere Orthodoxi, adstipulantur, quinimo idē Lutherus, quippe quod eo loco asseruit, alio negat, dicendo: Permitto, quod Papa condat articulos suæ Fidei, & suis Fidelibus, quales sunt, Panem & vinum transubstantiari in Sacramento, essentiam DEI, nec generare, nec generari: Animam esse formam substantialem corporis humani: Animam esse immortalem.

Tertullian. Firmianus. Pelusiota. D. Aurelius D. Bernar. D. Eustach. Iustinianus Carthusia. Pon. Max. Lutherus.

Con. Ambr. Catha. De test.ani. ad Gen c. 1 l.7.c.5. lib.7.c.5. De Ani.c.2 Ser.81.sup. Cant. Part.2.Bre. c.9. In Sig. uita de Fide c.6 Sum. Orth. l.1.c. 101. Ser.8. In asser.ar. 27.

Anima post mortē præteritorum non oblita scitur

CCXXXVIII.

Præ omnibus hæresiarchis, qui præteritorum seculorum cursu fuerunt, næuis notisque Antichristi fuit insignis Lutherus, ferocissimus Saxoniæ draco, furentissima Germaniæ harpya & exitialissimum Europæ portentū: quippe qui negat animas post discessum ex hac vita scire, intelligere, ac reminisci, quid hic agatur. Salomon sentire uidetur, ait, mortuos sic dormire, ut prorsus nihil sciant. Et plane credo non esse in Scriptura locum fortiorē pro mortuis dormientibus, & nihil intelligentibus rerum nostrarum, cōtra Sanctorum Inuocationem, & Purgatorii fictionem &cet. Atque alio loco: mortuos ineffabili, & miro somno consopitos dicit, & concludit: Anima humana dormit omnibus sensibus sepultis. Idem vero sentit Christianus hæreticus Rodingus, quippe nec Deiparæ Virgini intelligentiam rerum nostrarum concedit, igitur multo minus ceteris hoc a se concessum ullatenus uoluit. Hoc autem Scripturæ, Euangelia, Euangelistæ, Apostoli, Patres, Doctores, & omnes nationes, quæ sub Christiano orbe fuerunt, semper reprobauerunt, ac semper abominati fuerunt, quamquam duntaxat duobus testimonij clarissimorum Patrum propter euidentiam Christianæ sententiæ, vtar, quorum primum primo in medium mox adferam D. CLEMENTEM Alexandrinum sic scribētem: Possunt animæ purius perspicere, quę sunt liberæ a corporibus, etiamsi obscurentur uitiis, & perturbationibus. Eo quod non amplius se ijs opponat, & eas impediat caruncula. Inde D. CASSIODORVS: Viuit in se post huius seculi amissionem, non reflante spiritu, sicut corpus, sed æquali mobilitate, quæ illi attributa est, pura subtilis, cita, æterna: videt, audit, tangit, ac reliquis sensibus efficacius ualet, non iam ex partibus suis hæc intelligens, sed omnia specialiter ex toto cognoscens: alioqui absurdum est putare minus posse liberam, quam moles brutissimi corporis ingrauatam. Talia enim intelligere posse non dubium est, & Angelos, & Potestates aereas vel cetera, quæ sublimi, et immortali substantia cōstare noscuntur. Hæc ex communi omnium Orthodoxorum consensu Catholici illi, quos nimirum sunt imitati postea Hussitæ, Græci & alii recentiores, inter quos Basilius Faber sic memoriæ commendauit: Nō dubito quin defunctorum animæ, parentum, fratrum, sororum, & propinquorum, quos hic reliquerunt, recordentur, & DEVM rogēt, ut & ipsos ex lachrymarum valle eripiat &c. Confirmat sic hanc doctrinam exemplum diuitis Luc. 16. Nam si damnata anima suorum recordatur, multo magis beata anima ita afficitur erga suos parentes, liberos, fratres, sorores, & propinquos.

Lutherus. *Ad c.9. Ec.* *In Ien.* *Christian.* *Cont. Schol. Iesuita.* *Coccius.* *lib.5. ar.8. de San. Ec.* *Græcus.* *l.6. Stro.* *Latinus.* *De Ani c.8* *Faber.* *De statu de fun c.7.* *Luc.16.*

Animæ impiorū a morte repēte ad inferos detruduntur.

CCXXXIX.

Facilis consequentia, ex supradicta hæresi de morte Animarum, consequitur, nempe quod qui id senserunt Animas infidelium, & plane impiorum a morte corporum statim ad inferos non detrudi, nec ibi perpetuas scelerum pœnas luere, Sanctorum vero Animas post discessum ex hac uita non confestim perenni frui gaudio sētiat. Sed id plane improbat, & damnat Ecclesia DEI Scripturæ Diuinæ alumna, Euangelij Discipula, SPIRITVS SANCTI Gymnasium, Doctrix veritatis ac Fidei Christianæ Magistra. Namque exempli gratia in Scriptura veteri præter alia clarum extat oraculum Prophetæ Regisque Sanctissimi: Non est in morte, qui memor sit tui, in Inferno autem quis confitebitur tibi: In noua vero clare habetur: Mortuus est diues, & sepultus in Inferno. In Ecclesia præterea Græca Diui IVSTINI assertio hæc

Psal.6. *Ora. ad Antio. Prum.* *D. Iustinus.*

ha-

habetur : Nos immortales duntaxat eos fieri scimus, qui sancte per uirtutem ad imitationem DEI viuunt : torqueri autem igne æterno eos, qui iniuste absque resipiscentia ætatem transigunt, credimus. Diui ATHANASII Magni Orthodoxia hæc est ; Occulte nos in corde nostro redarguit, coercet a malo, etsi simul inobedientes, tandem nos ad DEI Tribunal sistit: ubi & pœnas dabimus tũ enormium peccatorum, tũ etiam leuium, ac minimorum. Diuus item CYRILLVS: Recordare Psalmi: Non est in morte, qui memor sit tui, in Inferno autem qui confitebitur tibi? quis enim erit fructus post mortẽ? aut quomodo Dei quispiam recordabitur, uel quomodo præcepta faciet, qui descendit ad Inferos? Deinde in Latina Ecclesia D. AVGVSTINVS sic loquitur: Pœnitentia post mortẽ non datur, sed sempiterna erit pœnitentia. Diui insuper GREGORII Magni recta extat sentẽtia. Nec reuertetur oculus meus, ut uideat bona. Ad uidenda bona extincti oculus non redit: quia exhibenda recta opera exuta carne anima non recurrit. Hinc est, quod diues, quem inferni flamma cruciabat, quia semetipsum reparare operando non posse agnouerat: nequaquam iam sibi, sed relictis fratribus prodesse satagebat. Hæc ille, quæ probant Orthodoxi omnes, cuncti credunt Catholici, omnes cõfitentur Christiani, omnis CHRISTI prædicat Ecclesia, cum qua præterea sentiunt Vualdenses, qui Animas e corporibus excedentes, aut in æternas e uestigio pœnas mergi, aut perpetua consequi gaudia asserebant. Zuinglius manifeste idem asserit: Audio quosdam esse, qui nos a morte anima & corpore ad extremum usque diem dormituros affirmant, tunc resuscitandos, & ingressuros esse in gaudium, & gloriam Dei, aut in æternam miseriam. Cum quibus ego haud quaquam sentio. Nam quod Scriptura de dormitione memorat, nõ ad animam, sed ad corpus referri debet. Et Caluinus: Spiritus Imago Dei est, instar cuius uiget, intelligit, æternus est: quandiu in corpore est, uirtutes suas exerit: cum ex illo ergastulo egreditur, ad Deum migrat; cuius sensu interim fruitur, dum in spe beatæ resurrectionis requiescit. Hæc ille de animabus electorum, & consequenter de reproborum animabus sensit, idque ex eius scriptis patet æterne a morte statim perituras. His denique auctoribus suffragatur Bullingerus dicendo: Pudeat quosdam, qui hodie in tanta Euãgelii luce audent ineptissimum errorem reparare, asserendo animas separatas a corporibus nescio in quo dormitorio sternere, neque aliquid sentire, usque dum in die iudicii rursus coniungantur cum corporibus, & resurgãt.

[Margin: *D. Athan.* — *Quæst. 62.* — *D. Cyrillus.* — *In Io. 3. c. 18.* — *D. August.* — *In Psal. 27* — *D. Gregor.* — *Lib. 8. Mor. c. 12. al. 8.* — *Lutzẽburg.* — *Catal. hær.* — *Cinglius.* — *In ope. art. 57.* — *Caluinus.* — *In Psychop.* — *Bullingerus* — *Concio. 32. in Apoc.*]

CCXL.

Almaricus amentię ostentum proferebat, vbi, ut narrat Bellouazensis negabat distinctionem sexuum in Paradiso futuram fuisse, nisi Adam peccasset. Idque sana quidem mente probabile nequaquam visum est Catholicis spiritibus Spiritus Sancti Christianissimis discipulis, ut decretum est in Cõcilijs Mileuitano, Carthaginensi, Arausicano, & aliis, & a Diuis Pontificibus INNOCENTIO, COELESTINO, ZOZIMO, & aliis Ecclesiæ Christi Romanæ principibus, & Doctoribus Orthodoxis confirmatum, & traditũ. Ad cuius rei euidentiam sat est, quod D. IVSTINVS innuit, dicendo: condidit Deus homines (mas, & fœmina) ut si uitam illius uoluntati attemperarent, cum illo degerent, regnarentque immortales. Hæc ille, cui omnino fauet D. AVGVSTINVS, dicendo. Quam felices erant primi homines (mas & fœmina) & nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum lædebantur incommodis: tam felix uniuersa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traiicerent, nec quisque ex eorum stirpe iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet. Hactenus Orthodoxus Pater, cui subscribunt omnes Catholici, qui idẽ iuxta uerbi Dei erudimentum percipiunt, quod neque hæretici carnales Sa-

[Margin: *Nisi Adam peccasset, futura nihilominus fuisset sexuum distinctio.* — *S. Vincentius Bellonacensis.* — *In Spec. Histor.* — *Martyr.* — *Apol. 2.* — *D. August.* — *De C. P. li. 14. cap. 10*]

tanæ

Digitized by Google

Coccius. tanæ lectissimi alumni Lutherus, Caluinus, Anabaptistæ, & Trinitarij, ut Iodocus Coccius testatur, probant. Lib. 8. art. 3 de sig. Ec.

Adā priori statu stare poterat.

CCXLI.

Gabriel Prateolus. Anno 1564. Georgius Pauli Cracouiensis minister una cum suis sociis serpentis antiqui gregalibus docuit Adam & Euam numquam habuisse unde stare possent in statu innocentiæ, lapsumque eius a DEO decretum, definitum, & uolitum fuisse Caluinus & Beza contendunt. Hoc autem improbant Catholici omnes, ut extat in Genesi, in Ecclesiastico, in Epistolis Paulinis, & in pluribus Sanctorum Patrum, & Theologorum Orthodoxorum sententiis, atque eruditionibus, iisdemque tam dilucidis ac perspicuis ut in medium adferre censeam superuacaneum, & ociosum: istudq; omnes plus satisfecerunt Pelagiani, quos quisquis liberum eis Arbitrium credit, moderate sectantur, & qui una cum Ecclesia Catholica Concilii Arausicani definitioni assentiuntur isti: Natura humana, etiam si in illa integritate, in qua condita est permaneret, nullo modo seipsum Creatore non adiuuante seruaret. Vnde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine gratia Dei poterit reparare, quod perdidit. Hactenus illi Concilii Patres Orthodoxi quibus fauent Orthodoxi ceteri, ut D. IOANNES Maxentius apud Græcos: Confitemur, dicens, rectum in omnibus à Deo creatum Adam, non mortalem, nec immortalem, sed utriusque capacem habentem in proprii facultate arbitrii, & uelle, & posse ad omnia, hoc est & ad bonum, & ad malum. Atque apud Latinos D. FVLGENTIVS: Credimus bonum, & sine ulla carnis impugnatione a Deo Creatore omnium factum Adam, magnaque prædictum libertate, ita ut & bonum facere in propria facultate haberet, & malum, si uellet, posset admittere. Eratq; mors & immortalitas, in eius posita quodammodo arbitrii libertate. capax enim erat utriusque rei, ut si seruaret præceptum sine experientia mortis fieret immortalis: si uero contemneret, mors continuo sequeretur. Hæc ex his Orthodoxorum omnium uerissima, uerboque Dei subnixa liquet doctrina: quorum doctrinæ consentiunt, qui librum infideli prauitate Arbitrium hominibus negant Hugonotæ, de Adamo sic loquentes: Credimus hominem, cum esset conditus purus, integer, & cōformis imagini Dei, propria culpa excedisse a gratia, quam acceperat: & sic seipsum ab alienasse a Deo & omnis iustitie & boni fonte uberrimo.

Margin notes: Li. 18. elen. heres. — Bellarmin. Robertus — To. 3. lib. 2. cap. 16. — Secundum Græcos. — Cap. 19. In fid. prof. — Latinus. — De inc. & gra. 1. c. c. 6 — Caluiniani — Conf. fid. Calu. art. 9

Iustitia Originalis Adæ gratuitum ac celeste Donū Dei fuit.

CCXLII.

Iustitiæ omnis desertores hæretici Pelagiani Iustitiam Originis, quā gratis DEVS Adæ contulerat, dum eam hominis integritatem fuisse naturalem nugantur, negant. Pariter Lutherus & Caluinus cooperatores Diaboli & infensi uerbi Dei hypocritæ & alii negant, & eo deteriores Pelagianis sūt quo illi eamdem iustitiam (quam uocant) originalem hominibus ceteris concedunt, hi uerò prorsus in Adam periisse cauillantur, in eo tantum sibi inuicem adstipulantur, quo naturalem fuisse contendunt. Quos Christianissima & intemerata DEI Ecclesia refellit, & organa Spiritus Sancti, HIRENAEVS, BASILIVS, IOANNES Chrysostomus, HIERONYMVS & alii, item Orthodoxi & sapientissimi omnium Theologi Scholastici cūcti uniuersæ Christi Dei uiui ac ueri Ecclesiæ consentiunt. Quamobrem Catholicissimus D. AVGVSTINVS sententiam Catholicorum, & Orthodoxorum, ac Theologorum omnium ad hunc modum profert. Quod ergo? Adam non habuit Dei gratiam imo uero habuit magnam, sed disparē &c. Nec ipsum Deus esse uoluit sine sua gratia, quem reliquit in eius libero arbitrio. Ac rursus: Mox ut præceptum transgressi sunt, intrinsecus gratia deserente

Margin notes: Iodocus. Luterus. Caluinus. Caluinista. — Feuardent. — D. August. — Lib. 1. de nat hom. artic. 2. — Ad c. 3. Genes. — Lib. 1. Inst. c. 15. 8. — Catechis. et Confes. fid. Calu. — An. in D. Iren. c. 6. libros 5. ad uer. heres. — De concept. gra. c. 11.

Digitized by Google

ferente omnino nudati, in sua membra oculos iniecerũt. Ac iterum: Quid est, gustato cibo prohibito, nuditas, indicata nisi peccato nudatũ quod gratia contegebat? Gratia quippe Dei magna ibi erat, ubi terrenum, & animale corpus bestialem libidinem nõ habebat. Qui ergo uestitus gratia, non habebat in suo corpore quod puderet, spoliatus gratia sensit, quod operiri deberet. Hactenus D. AVGVSTINVS uictor uere hæreticorũ, quem in hac sententia uerissima Orthodoxi uniuersi commendant, corroborant, & defendunt. In hoc insuper ab ipsis hæreticis ipse probatur, quorum tessera mihi uidetur esse Conradus, quando dicit: Peccatum originis est carentia iustitiæ originalis, quam omnes homines, iuxta primam creationem habere debebant. Hactenus Lutheranus is, cui consentiunt alii Lutherani, dicẽdo: De peccato Originis: est defectus horribilis cæcitas & inobedientia, s. carere illa luce ac notitia Dei, quæ forat futura in natura integra, item carere illa rectitudine, hoc est, perpetua obedientia, uera, pura, ac summa dilectione Dei, & similibus Donis integræ naturæ. Istud autem idem in mente quodammodo sanam rediẽs Caluinus ceu de priore errore doctoris sui Lutheri crassissimo resipiscens catholico sermone scribit: Vt Adã prima sua creatione, tam sibi, quam posteritati Diuinæ gratiæ dotes acceperat, sic a Domino excidẽs, naturam nostram in seipso corrupit, uitiauit, deprauauit. Hucusque ille Veritatis, quæ imperat omnibus sententiam confitetur, quam sectãtur Hugnostici, & his uerbis confitentur: Credimus hominem, cum esset conditus purus, integer & conformis imagini Dei, propria culpa excidisse a Gratia, quam acceperat, & sic seipsum abalienasse a Deo & omnis iustitiæ & boni fonte vberrimo.

[Left margin: Schlusselburgius. Potestãtes. Caluinus. Caluinitæ.]
[Right margin: lib. 9. cont. Iul. Theol. cau. li. 1. c. de lapsu. homi. Confess. August. act. 2. De pec. Or. ed. num. 15. 40. varia. In capit. 5. Rom. nu. 12. Conf. Calu. fid. art. 9.]

CCXLIII.

Adam post lapsum, secundum Pelagianos teste Diuo AVGVSTINO, non amisit liberum Arbitrium, quod probant Christiani, & non sequuntur Lutherani, secundum quos liberum amisit Arbitrium: Ergo non Lutherani, sed Pelagiani partem Catholicam tuentur, & Lutheranam impugnant; simul Caluinianam quoque colluuionem æque improbãt, atque abhorrẽt. Inde quocumque modo Catholicam Ecclesiæ CHRISTI sententiam amplexantur Peffingeriani quamquam Pelagianorum & eiusdem generis hæreticorum sophismati fauent. Catholici etenim iuxta purum putum Dei verbum Adam, sicut & superstites ceteros liberum non amisisse Arbitrium sane tradiderunt. Diuus IVSTINVS Martyr CHRISTI eximie Orthodoxus: Deus ab initio genus humanum ita creauit, inquit, ut intelligentia præditum esset, & arbitrii liberi potestate, delectum tum uera confectandi, tum bene agendi, obtineret. Quocirca nulla excusatione defendi possunt mortales omnes apud Deum: Rationales enim & ad contemplationem appositi, per eum creati sunt. Diuus deinde MACARIVS: Adam a conspectu Dei quidẽ mortuus est, τῇ δὲ ἰδίᾳ φύσει ζῇ sua autẽ natura uiuit. D. deniq; AVGVSTINVS Orthodoxorũ Catholicorum facile primipilus a se Pelagianam calumniam & hæreticam criminationem abstergens, Catholicorum omnium nomine: Peccato Adæ liberum arbitrium natura periisse non dicimus, adeoque si dixisset, negamus, &c. Idem postremo D. PROSPER ac Orthodoxi reliqui: Manens liberum arbitrium, inquit ille, quod utique cum ipso germine Deus condidit, a uirtutibus & cupiditatib. suis, in quas neglecta Dei lege fluxerat non seipso, sed a Creatore mutetur.

[Left margin: Adam post lapsum liberum nõ amisit Arbitriũ. D. August. Luterani. Caluiniani Coccius. Philosophus. Aegyptius. Hipponẽsis. Aquitanicus]
[Right margin: Lib. de her. c. 88. & Ep. 106. et con. 2. ep. Pelag. In Confess. li. de sig. Ec. Orat. ad Ant. Pium. Hom. 12. Lib. 2. con. 2. ep. Pelag. Ep. ad Ruf. lib. con. collato.]

CCXLIV.

Post lapsum Adæ hominem solis naturæ uiribus nihil boni perficere posse, ac semper Diuina Gratia indigere, negant Pelagiani, quos sectati sunt

[Left margin: Nullum bonum fieri potest propriis solis naturæ uiribus. Iodocus. Hoffmeisterus.]
[Right margin: Libr. 1. de nat. ho. art. 4. & lib. 8. art. 3. Dial. 2. lib.]

Vui-

Digitized by Google

Vuicleuus, Lutherus, Melanthon: Idque negant Orthodoxi cuncti, Pontifices Maximi, Concilia multa, Theologi uniuersi, omnesque iuxta verbum Dei sacri Doctores, una cum Diuo AVGVSTINO, imo cum tota Christianorum Ecclesia. Quare exempli rationabili ratione adductus uerba spectatissimorum procerum Christi, quæ in Concilio Mileuitano asserta fuere in medium adferam: Noua hæresis & nimium perniciosa tentat surgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis Dominicam etiam orationem impiis disputationibus conātur auferre. Cum enim Dominus docuerit, ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris: isti dicunt posse hominem in hac uita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ, sine adiutorio gratiæ Saluatoris, per solum liberum voluntatis arbitrium peruenire, vt ei iam non sit necessarium dicere: Dimitte nobis debita nostra. Illud vero, quod sequitur: Ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum, tamquam diuinum adiutorium poscere debeamus, ne in peccatum tētati decidamus, sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis uoluntatem tamquam frustra Apostolus dixerit: Non uolentis, neque currentis; sed miserētis est Dei, &c. Hoc autem audito Concilio ad idē Concilium Sanctissimi D. INNOCENTII Papæ responsum audire licet: Nouæ hæreseos fugiātur auctores. Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt, quàm cum adiutoria diuina cassarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere: Quid mihi opus Deo? Merito in hos dicat Hymnidicus: Ecce homines, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi. Negantes ergo auxiliū Dei, inquiunt, hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia uitæ perficienda mandata, sola tantummodo libertate contendat. O prauissimarum mentium peruersa doctrina, aduerte tandem, quòd primum hominē ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur, in præuaricationem præsumptione concederit. Neque ex hac potuit erui, nisi prouidentia ei regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset aduentus. Audiat Dauid dicentem: Adiutorium nostrum in nomine Domini. Et: Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Quæ in cassum dixerit, si tantum in eius erat positum uoluntate, quod a Domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumque in omnibus diuinis paginis uoluntati liberæ non nisi adiutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil posse cœlestibus præsidiis destitutam: quonammodo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter defendētes, sibimet, immò (quod est dignius dolore communi) plurimis Pelagius Cœlestiusque persuadent? &c. Dei gratiam conantur auferre, quam necesse est, etiam restituta nobis status pristini libertate, quæramus: quippe qui nec alias diaboli machinas, nisi eadem iuuante, possumus uitare. Hactenus Oecumenicus Ecclesiæ Præsul. Ceterum hanc materiam ex auctoribus omnib. ab orbe condito ad hunc usque diem succedentibus, pro uiribus uentilatis discussis & omni quam potui diligentia trutinatis, profusissime patefeci, duobus libris, qui in Pontificis Maximi Pauli Quinti manibus uersantur, de Controuersia illa maxima, quam de Auxiliis uocant, ideo hic supersedeo. Deinde Oecumenicæ Ecclesiæ concordant quoque profani scriptores. Namque Zuinglius dicit: Nemo vnquam tam antiquus fuit, tamque uetustus, ut bonum facere possit, quod a Deo non uenerit. Philippus præterea Melanthon ab Orthodoxis commendatam sententiam scribit ac pulchrius ait: Cum in natura hominis reliquum sit iudicium, & delectus quidam rerum, quæ sunt subiectæ rationi ac sensui, reliquus est etiam delectus externorum operum ciuilium, &c. Tres concurrunt causæ bonæ actionis uerbū Dei, Spiritus Sanctus, & humana uoluntas assentiens, nec repugnans verbo Dei.

Concilium — *Ep. ad Innoc. Primi. ext. ap. D. August. ep. In ep. ad Innoc. Rom. ext. ap. D. August. epistol. 92.*

Pontifex. — *Epist. 32. ad Conc. Mileu.*

Auctor. — *Orthodoxia &c. lib. 2.*

Zuinglius. — *Cōf. ap. Hoffmeiste. Dicto.*

Melāthon. — *Edit. ult. c. de lib. arb. & linda. Panop. li. 3. cap. 16.*

Lindanus.

Gra-

Gratia Dei ex meritis nostris non datur.

CCXLV.

D. August. Gratiam DEI qua liberamur ab impietate, & iustitia donamur, proprijs uiribus acquiri posse, & secundum merita nostra obtineri Pelagiani Her. 82. & l. de pec. meri. c. 8.
D. Prosper. asseruerunt. Pelagiana hæresis, inquit Diuus PROSPER, quo dogmate Ep. ad Ruf.
Catholicam fidem destruere adorta sit, & quibus impietatum venenis viscera Ecclesiæ, atque ipsa uitalia corporis CHRISTI uoluerit occupare, notiora sunt, quam ut opere narrationis indigeant. Ex his tamen una est blasphemia nequissimum, & subtilissimum germen aliarum, qua dicunt, Gratiam DEI secundum merita nostra dari. Hoc autem numquam non integri semper probauerunt Catholici, firmissimi Fidei Christianæ defensores, Diuinæque Gratiæ præcones Diuo PAVLO Duce dicente: Si gratia datur ex meritis, iam non est gratia. Vnde Diuus AVGV- Ep. 105. ad
D. August. STINVS: Quod est meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne meritum nostrum non in nobis faciat, nisi gratia, Six. Presby.
& cum DEVS coronat merita nostra, nihil aliud coronet, quam munera sua? Atque in Concilio Arausicano dicitur: Debetur merces de bo- Cap. 18.
Concilium. nis operibus si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant. Quare iure Christianissimo venerabiles Ecclesiæ Proceres, atque Magistri in Concilio Tridentino illorum Pelagianorum vietam, & reuocatam ab orco persuasionem plane hæreticam reprobarunt, condemnarunt, eiusque sectatores perpetuæ excommunicationi subiecerunt. Quinimo in venerabilium Episcoporum Palestinæ Synodo, ista hæresis etiam a Pelagio anathemate damnata est Diuo PROSPERO teste. Proinde eamdem, nec L. cont. coll.
D. Prosper. probant alioqui malè sani hæretici Vuicleuistæ, Hussitæ, Piccardi, Vualdenses, Lutherani, Caluiniani, Anabaptistæ, & Trinitarij, ac quicunque Orbem L. 8. de Sig. Ec. ar. 3.
Iodocus. in Europa, uel extra eam inficiunt, improbant. Quapropter multarum hæ-
Protestantes. resum farraginem protestantes confessionistæ, hanc impietatem vitant, Conf. Aug. ar. 2.
dicentes de suis synagogis Pharisaicis: Damnant Pelagianos, & alios qui vitium Originis negant esse peccatum, & vt extenuant gloriam meriti, & beneficiorum CHRISTI, disputant hominem proprijs uiribus rationis coram DEO iustificari posse. Idem ijdem fusius confirmant infra, docentes Gratiam iustificationis nullis meritis hominum dari. Item: DEVS ita vult se coli (inquiunt) ut ab ipso accipiamus beneficia. Et quidem accipimus
Guilhelm. propter ipsius misericordiam, non propter nostra merita. Idem denique, qui In frag. ha.
viuit & inferno proximus est VuitaKerus Anglorum ultima harpya, qui perperam, uti assolet, traducit Theologos, qui ponunt meritum de Congruo, ac de Condigno, numquam tamen meritum ullum hominum sine Gratia Dei illi asseruerunt.

Dispositio ad Gratiā ex Gratia permanat.

CCXLVI.

Lindanus. Iam olim Pelagiani hominem se proprijs naturæ uiribus ad Gratiam Tab. Luthe.
præparare posse censuerunt: idem censent noui Pelagiani. Sed hoc iam olim non probarunt, imo condemnarunt Vicarij DEI Diui INNOCENTIVS, COELESTINVS, ZOZIMVS, & alij, & item Concilia
Synodus. Mileuitanum, Carthaginense, Africanum, Arausicanum, & alia, Cap. 14.
nec Orthodoxi hodie probant Catholici, qui unanimiter cum Concilio Arausicano confitentur: Nullum miserum de quacumque miseria liberari, nisi qui DEI misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: DEVS meus, mi-
Papa. sericordia eius præueniet me. Et cum Sanctissimo, ac Sapientissimo Di- Hom. 9. in Ezec.
uo GREGORIO in omnibus Maximo profitentur: Nos a DEO pro-

Digitized by Google

Concilium. uenire, vt velimus, & volentes subsequi, ne inaniter velimus. Atque demum una cum Concilij Tridentini eruditissimis Patribus hæc proferunt uerba: Si quis dixerit sine præueniente Spiritus Sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, ac pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Cano. 3. ses. 6.

Melanthon. His præterea assentiuntur assertionibus hæretici, quos paulo superius indicaui inter quos Melanthon sic loquitur: Veteres dixerunt: Præcedente Gratia comitante uoluntate bona opera fieri. DEVS anteuertit nos, uocat, mouet, adiuuat: sed nos uiderimus, ne repugnemus. Hæc ille cum suis asseclis a quibus non discrepant Protestãtes: Edit. ult. loco. de li. ar.

Lutherani. Esse fatemur liberũ arbitrium omnibus hominibus habens quidem iudicium rationis, non per quod idoneũ sit, quæ ad DEVM pertinẽt sine DEO inchoare aut certe peragere, sed tãtũ in operib. uitæ præsentis, tam bonis, quam malis. Hęc illi, quibus assentiuntur

Caluiniani. Caluinitæ in Gallia sic fidem suam Regi Gallorum profitendo: Natura nostra, nullum bonum motum, nullum studium, nullam cogitationem habere possumus. Donec ipse DEVS nos pręuenerit, atque disposuerit. In Conf. fid. Calu. ar. 12

CCXLVII.

Concursus Gratiæ cũ libero arbitrio asseritur.

Lutherus. Caluinus. Caluiniani. Lindanus.

Vehementer errant Lutherus, Caluinus & ceteri, qui post Manichęismum concursum liberi Arbitrij hominis cum Gratia negauerunt, & quid quid boni sit totum id Gratiæ soli attribuerunt. Quos abhorrent sacræ Litteræ, Patres, Doctores Concilia, & Fides omnium, quotquot umquam fuerunt Christianorum in Ecclesia CHRISTI Catholica columna & firmamentum Veritatis ore Apostolico vocata. In Asser. In Inst. In Con. fid. In Panopli.

D. Gregor. Hinc est, quod Apostolicę auctoritatis Doctor, Sũmusq; Ecclesiæ Præsul D. GREGORIVS Maximus sic disserit: Superna pietas prius agit in nobis, vt subsequente quoque nostro arbitrio bonum, quod iam appetimus agat nobiscum: quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remuneret in nobis, ac si talis processisset ex nobis. Quia enim Diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit. Paulus ait: Gratia DEI sum id quod sum. Et quia eamdem gratiam nostrum liberum Arbitrium subsequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum se nihil esse conspiceret, ait: Non autem ego: & tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: sed gratia DEI mecum. Non enim diceret mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait: Non ego. Vt vero secum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit, sed gratia DEI mecum. Hæc ille summus Orthodoxæ fidei Magister, In Iob. l. 16 c. 20.

D. Honor. cui præter ceteros egregię Doctores fauet Diuus HONORIVS Augustodinensis, dicendo: Per hoc quod ait Dauid: Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, liberum arbitrium per bonam voluntatem gratiæ consentiens innuit: per hoc verò, quod addit: Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, cooperans studium exprimit. Hæc probat vniuersus Catholicismus. De Præd.

Huss. Cuius Fidei sinceritati, integritati, ac veritati adstipulatur Hussus, quando diserte dicit: Gratia gratum faciens quamuis habeatur ex DEI dono, efficienter tamen habetur ex libero arbitrio consentiente: quia dicit Augustinus: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Ista autem Gratia est a tribus. A DEO, ut principaliter efficiente: a Gratia gratis data, liberum arbitrium excitante, & a Libero Arbitrio, vt consentiente. Istam ergo Gratiam optat Apostolus Corinthijs, ut grati DEO existentes, bene incipiant, melius proficiant, & optimę terminent uitam Ad c. 1. pri. ap. Cor.

Digitized by Google

Oecolāpad. sanctam. Hactenus Hussius, cui quidem ex Nouaroribus assentitur Oecolampadius, dum docet neminem ire ad CHRISTVM nisi Patris tractu; nemo enim trahitur, nisi qui reluctari potest trahenti, atque non reluctari: Vera fides non est opus nostrum, sed donum DEI, nec tam exrcitatione, quam raptu constat. Nemo enim venit ad CHRISTVM, nisi quem Pater traxerit. Non est coactum, neque fictitium quid, quemadmodū plerique se decipiunt posse se credere quoduis, & iterum discredere. Deinde *Melanthon* Melanthon sic edocet: Non fit conuersio in Dauide, vt si lapis in ficū uerteretur: sed agit aliquid liberum arbitrium in Dauide cum audiuit obiurgationem & promissionem, volens iam & libere fatetur delictum, & agit *Beza.* aliquid eius uoluntas. Hactenus ille, cui adstipulatur Beza, cum asserit: Nos gratiæ primæ συνεργεῖν & addit, negantes id, primæ gratiæ efficacitatem ne- *Conradus. Caluinitæ.* gare. Hæc ille quem etiam Schlusselburgius Lutheranus de hoc refert. Idē non obscure docent Caluinitæ, quando dicunt: Spiritus CHRISTI nos dirigit; vt opera illi grata faciamus. Nempe cū humana voluntas oblatæ gratiæ DEI assentiens eidem cooperatur, & cooperans simul concurrit. Ad *Amlingus.* id uero accedit Vuolphangus Amlingus, dicens: Necesse est vt concurrat, vel adsit volūtas, seu mens hominis, qui debet conuerti. Ergo concurrit uel adest tanquam causa suæ conuersionis. Hucusque ille.

De V.D. in ea. 8. li. ap. Ros. — *Loc. com. edi. vlt.* — *L. 1. q. & responsion.* — *lib. 1. Theo.* — *Cal. tract. 9 Cate. Calu. c. 2.* — *Ep. ad conf. Analt en.*

Nemo essentia sua iustus.

CCXLVIII.

Clemēs. V. Beguardi dicunt, quod quælibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata: exinde Osiandrini, hominem Christianum prorsus eadem iu- *Caluinitę.* stitia, qua DEVS in essentia sua iustus est iustum esse oporteat, quorum insaniam asserunt Hugonotæ. Refellūt uero electi DEI solidi Catholici qui DEVM sua essentia, naturaque iustum asserunt, hominem uero participio Gratiæ DEI, caritatis, quam DEVS extra animam ad similitudinem quādam sui ipsius creat, animęque fundit, quam eiusdem largitate, meritoque CHRISTI per consensum liberi arbitrij in fide, & in exercitio bonorum operum homines acquirunt, tantum autem abest, ut hominem credant essentia sua, ac DEI iustos esse, ac fieri quantum abest, vt dicant DEVM esse hominem, & hominem esse Deum. Item Antiosiandrini seu Osiādromastiges eos imitantur, identidem quatuordecim Ecclesiæ Lutheranæ fece- *Lindanus. Beza.* runt, ut Orthodoxus refert Lindanus. Ad hæc accedit Bezæ illud de quodam libro pronunciantis: Phanatici, & impurissimi illius Ecclesiarum turbatoris liber, de essentiali CHRISTI iustitia.

Ext. de her. — *In Cate. fi. Cal.* — *In Tab. gen. Luth.* — *Epist. 59.*

Gratia omissa recuperari potest.

CCXLIX.

Iodocus. Melchioritæ Melchiorem Hoffmannum impium nebulonem manibus & pedibus sectantur, a quo percipiunt, quòd qui accepta Gratia uoluntarie peccarunt, numquam in gratiam amplius recipiuntur. Istud nimirum quasi DEI Optimi Maximi Misericordia & Bonitate indignum commentum sectatores CHRISTI Catholici abijciunt tamquam DEI expressum uerbum, & Ecclesiam Domini lacerans & negant, atque cum Diuo IV- *Philosophus* STINO Sapientiæ & Martyrij corona ornato dicunt: Quem pœnituerit delictorum commissorum remissionem illorum est consecuturus, & cetera. Bonitas, & humanitas DEI pro sua immensa benignitate etiam peccatores, sicut per Ezechielem promittit resipiscentes complectitur tamquam iustos, & innoxios. Et cum Diuo THEOPHI- *Antiochen.* LO: Semper hoc DEVS egit, vt humanum genus ad pœnitentiam conuerteret: pœnitentibus autem largitur benignitatem suam DEVS. Atque

li. 8. de Sig. Ecc. — *Dial. cont. Trypho.* — *L. 3. ad Autol.*

T 2 cum

Digitized by Google

Papa. cum Diuo CALISTO Papa; Si aliquis lapsus quocunque modo fuerit nō perdamus eum, sed fraterno corrigiamus affectu, &c. Sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam &c. Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit quando Dominum pœnituit. Testatur Dominus per Prophetam; Nunquid qui cadit, non adijciet ut resurgat? & qui aduersus est, non reuertetur? Et propheta Dauid pœnitentiam agens, dixit: Redde mihi lætitiam salutari tui, & spiritu principali confirma me. His consentiūt Orthodoxi ceteri vnde & per Concilia plura definierunt, & demum per Concilium Tridentinum anathemate percusserunt eos, qui post acceptam Gratiam rursum in gratiā redire per resipiscentiam, quæ munere Dei fit negāt. Quamobrem nec ipsi quidem Antichristi emissarii, qui adhuc Europæ magnam occupant ac fœdant partem maiorum suorum doctriam secuti, quam illi ab Ecclesia acceperunt, abhorrent, ut passim in ipsorum scriptis constat. Ep. 2.

CCL.

Fatum negatur.

Heraclitus, Esseni, Simō Magus, Manichæi, Genethiali, Mahometani, Bardesanus, Godschalcus, Abailardus, Lutherus a Roffensi iugulatus, Melanthon, Caluinus & aduersus expressum DEI verbum, & expressam Ecclesiæ CHRISTI fidem fatui fatum asserunt. Istud autem negant Catholici, proinde Catholicissimus D. PROSPER abstergens impias infidelium calumnias hæreticorum, dixit: Prorsus nihil apud nos tale audierunt, nihil tale legerunt: quia non fato quidquam geri, sed omnia DEI iudicio nouimus ordinari. Ac rursum defendens D. AVGVSTINVN notat perfidiosos hæreticos, dicendo: Ea quæ de fato, & de duabus massis, duabusq; naturis, stultissimo mēdacio, intenti uiri iniuriæ, iactitant, neq; ipsum quidem onerant, in cuius Libris copiosissime huiusmodi destruuntur errores: nec nos perturbāt, qui tales opiniones cum suis auctoribus execramur. Hoc verò idem Catholici vna cum sapientissimo & Diuinissimo Ecclesiæ Pontifice D. GREGORIO Maximo, Orthodoxe & Christianissime dicunt: Absit a Fidelium mentibus, ut fatum aliquid esse dicant. Hactenus ille Orthodoxorum signifer, cuius Christianissimam sententiam quasi oraculum Diuinum Orthodoxi Theologi Diui THOMAS, BONAVENTVRA, ALEXANDER, AEGIDIVS, DIONYSIVS, & reliqui plurimum commendant, atque insuper sapientissime comprobant. Hæreticæ præterea impietatis, imo Ethnicę infidelitatis redarguunt, qui aliter docent, & inter crassissimę ignorantiæ popinones, Satanę subditos rectissime coniiciunt. Ab his uero non recedunt Pessingerus, & Melanthon, qui venuste scribit: Constituta hac sententia, quod DEVS non sit causa peccati, nec velit peccatum, sequitur contingentiam esse: hoc est non omnia, quæ fiunt, necessario fieri. Quia enim peccatum ortum est a uoluntate Diaboli & hominis, nec factum est a DEO volente, sic erant conditæ voluntates, ut possent non peccare. Est autem causa contingentiæ nostrarum actionum libertas voluntatis Hæc ille, cui fauerunt omnes qui libertatem humanam tutati sunt, & qui cuncta ineuitabili Stoica necessitate euenire negarunt, & hi fuerunt, tum Philosophi multi, multique ac propemodum omnes hæretici, atque Græci schismatici.

Marginalia (left): Coccius. D. August. Roffensis. D. Prosper. D. Gregor. Carthusi. Melanthon.

Marginalia (right): l. 1. ar. 5. de na. bo. li. 2. de hær. Asser. Lut. conf. ar. 36. Ep. ad Ruf. In Homil. In 1. sen. d. 39. q. 3. Edit. postr. loc. com. ca. de cau peccati.

CCLI.

Liberum hominis arbitrium asseritur.

Infideles & irrationales homines mendacij patroni, hæresis amatores, uerbi DEI laceratores, Fidei Christianæ abnegatores, atq; Ecclesię Christi Catholicæ persecutores, & crassatores Manichæi, Mahometani, Albigenses

Marginalia: Coccius. Lindanus. — Ar. 3. & 1. lib 8. Dubit. Dia. 2.

Lutherus, Caluinus, Melanthon suis cum gregalibus liberum hominis Arbitrium perfidiosisme ac impijssime negant. Asserunt uero Diui Apostoli, ut D. CLEMENS tradit Const. Apost. lib. 6. c. 20. & lib. 2. Recog. Item Patres Apostolici Diui DIONYSIVS D. C. H. cap. 9. IGNATIVS Epist. ad Magnesia. & ad Smyrnen. Ac D. IVSTINVS Martyr: Quia liberi arbitrii, & Angelorum, & hominum genus ab initio DEVS creauit, iusto iudicio pro delictis suis supplicium igne sempiterno reportabũt. D. IRENAEVS: Prophetæ hortabantur homines iustitiam agere, bonum quoque operari: quia in nobis sit hoc, &c. Non tantum in operibus, sed etiam in fide liberũ, & suæ potestatis arbitrium homini seruauit Dominus, dicens: Secundum fidem tuam fiat tibi: propriam fidem hominis ostendens, quoniam suam habet sententiam. Et iterum: Omnia possibilia sunt credenti. Et: Vade, sicut credidisti, sic fiat tibi. Et omnia talia suæ potestati secundum fidem ostẽdunt hominem. Diuus CYPRIANVS Martyr: Vult, & laudat Paulus ex imperio Domini, ut quæ nupserint, sic permaneant, quæ vero virgines sunt DEI, cumulatione castitatis integritatem exhibeant CHRISTO. Et in hunc modum quæcunque auctoritate Diuina immobilia constant, sic maneant: quæ uero in alterutrum potest libertas arbitrii flectere, locum eligãt priorem. D. ZENO Martyr: Nulla ulli competit excusatio, maximè cum res nostræ commissa sit uoluntati, Propheta dicente: Ante hominem bonum, & nequam, mors, & uita: quod elegerit, hoc dabitur ei. Vnde dubium non est uoluntatem nostram, cui se iunxerit parti præbere iustitiam, eiusque in resurrectione aut premio perfrui perenni, aut consimili pœna puniri. D. HILARIVS: Vnicuique nostram libertatem uitæ, sensusque permisit, non necessitate in alterutrum essigens, &c. D. PROSPER: liberum arbitrium nihil esse, uel non esse perperam dicitur: Et iterum: Qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil sit, sed siue ad bonum, siue ad malum prædestinatio DEI in hominibus operetur: Non est Catholicus. Idem tenent Diui AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, GREGORIVS, & ceteri Orthodoxi. Id quod bene Patres Concilij Valentini norunt, dicentes: De gratia per quam saluantur credentes, & sine qua rationalis creatura nunquam beate uixit, & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, sed per gratiam Domini IESV fidelibus eius redintegrato, & sanato, id ipsum cõstantissime, & fide plena fatemur, quod sanctissimi Patres auctoritate sacrarum Scripturarum nobis tenendum reliquerunt. Idem ante hoc Concilium in Concilio Toletano Quarto, & post hoc in Senonensi, & in Tridentino plene astructum est. His autem abunde subscribunt omnes Græci, & Husitæ, quorum princeps sic disserit: Deus in saluatione hominis præsupponit aliquid; quia liberum arbitrium, quod quidem licet DEVS posset in melius immutare, non tamen potest ipsum cogere permanente libertate, eo quod coactio libertati repugnat. Oportet ergo hominem velle saluari, aliter ipsum DEVS non saluat: quia secundũ Beatum AVGVSTINVM dicitur: Qui te fecit sine te, non iustificabit te sine te. Hactenus ille, qui & rursus idem catholice roborat. Lutheranorum præterea plerique, vt Ioannes Peffingerus, & (ut supra ostendi) Melanthon, qui insuper inconstantia Lutherana tessera recentium hæreticorum laborans, dicit: Voluntas humana potest suis uiribus sine renouatione aliquo modo externa legis opera facere. Hæc est libertas voluntatis, quam Philosophi recte tribuunt homini. Et alibi idem repetit; Voluntas hominis uis est libera, ut facere possit iustitiam carnis, seu iustitiam ciuilem, ubi lege aut ui cogitur, ut non furari, non occidere. Extreme sectarius eius Lutherus, qui tot libris liberum Arbitrium impugnare conatus est, sibi reluctatur, dicens Catholice: Contulit re uera tibi DEVS uoluntatem. Sed cur tu illam proprii iuris esse facis, & in seruitutem asseris, nec liberam permanere permittis? Cum enim tu illam ad tuum abuteris libitum, non est libera; sed

[Left margin: *D. Iustinus.* — *D. Irenaeus.* — *D. Cypria.* — *D. Zeno.* — *D. Hilarius* — *D. Prosper.* — *Concilium.* — *Hussus.* — *Melanthon* — *Lutherus.*]

[Right margin: *Or. ad Gẽt.* — *l. 4. c. 22.* — *De Na. Ch.* — *Ser. de Spir. & corp.* — *In Ps. 2.* — *Adu. Gal.* — *Cap. 6.* — *Ad c. 4. pri. epi. D. Pet.* — *Edit. ul. lo. com. ca. de lib. arb.* — *In uisit. Saxo.* — *In explica. ora. Domi.*]

po-

Digitized by Google

potius seruitutem apud te seruat. Et alibi post plura ita suam concludit sẽtentiam. Si ergo operatur homo ex propria virtute vllam iustitiam, utique habet electionem & libertatem,& fugiendi malum, & faciendi bonum. Hæc ille, qui inter alia præmiserat hæc: Potest & seculare iustitiam,& bona opera facere ex propria virtute a DEO ad hoc data & obtenta. Ministri præterea Ecclesiæ Antuuerpiensis hæretici, qui notatæ toties a Catholicis potissimum, deinde ab hęreticis plerisque cõfessioni Augustanę, quę apud quosdã tessera est, asylus & basis euangelij nouitij se assentiri passim confitentur, doctrinam tradunt de libero Arbitrio prorsus diuersam, imo Tiletano teste confessioni Augustanæ contrariam. Sic enim horum confessio habet: De libero Arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam ciuilem iustitiam,& deligendas res rationi subiectas: sed non habet vim sine Spiritu Sancto efficiendæ iustitiæ spiritualis, quia Paulus dicit: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus DEI. Et CHRISTVS: Sine me nihil potestis facere. Efficitur autem spiritualis iustitia in nobis, cum adiuuamur a Spiritu Sancto. Denique Donatus a Christianis captus, dicebat. Nemo debet capi, ex quo DEVS homini dedit liberum Arbitrium.

Antuuerpienses. *Conf. ar. 18* *Iodocus.* *Conf. & ca. consu. 111. de pec. or. & lib. ar.* *Tiguriburg.* *Cat. har.*

CCLII.

Homo est causa peccati. Cecinus. Leo Imper.

Superbi mortaliũ sunt Mahometani, Prædestinati, Lutherus, Zuinglius, Melanthon, Caluinus, Marloratus, Beza & gregales; qui peccati causã non homini, sed Præscientiæ, vel Prædestinationi, vel vt Armenij, Diabolo, vel Deo malo vt Manichæi, vel materiæ vt Seleucius & Hermias ascribũt. Sed hominem peccati causam esse suaque sponte sequi Diabolum monitorem, vel carnis concupiscentiam, omnes Orthodoxi a seculis tradiderunt cunctis, dicentes: Si quis pietatis studet, DEI homo est: si impie agat, Diaboli est: non id factus per naturam, sed per animi arbitrium: Homo rationabilis, & secundum hoc DEO similis, liber in arbitrio factus,& suæ potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. Si non conterit aduersarium, sua culpa est, qui permissa non utitur potestate. In nobis est, ut aut subijciatur aduersarius, aut resultet. Homicida scelus, dum nemo cogit, potest facere,& potest non facere: adulterium mœchus, dum deforis nemo compellit, potest admittere, & non potest admittere,& cetera huiusmodi, in quibus liberum habetur arbitrium. Non ideo peccat homo; quia DEVS illum peccatum præsciuit, imo ideo nõ dubitatur ipsum peccare cum peccat: quia ille, cuius præscientia falli nõ potest non fatum, non fortunam, nõ aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsciuit: qui si nolit, vtique non peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præsciuit. Homo igitur peccati causa est. Hęc quidem Orthodoxi Christiani quippe qui non ficte, quemadmodum hæretici recentiores admittunt, sed vere verbum DEI crediderunt,& obseruauerunt. Neque enim ex Christianis Doctoribus umquam repertus sit ullus, neque item reperietur, quin iuxta Diuina Oracula homini culpam, causamque culpę semper ascripserit, semper crediderit, atque semper confessus fuerit. Atque etiam Tatianus satis vetustus hæreticus hoc fassus est Catholice dũ inter Catholicos Orthodoxos in Ecclesia rem Christianam ageret, quod numquam, dum inter hæreticos extra Consortium CHRISTI Fidelium longe proiectus uitam salutemque maxime periclitaretur negauit; Ait itaque: Si DEVS res creasset, vt earum ope fieret quod hominibus libet, malarum sane rerum esset opifex; Verum ipse nihil non bonum in suo genere produxit: dœmonum autem luxuria rebus in mundo inuentis ad mala facinora abutitur: & istis, non DEO perfecto, id ea malitiæ debet ascribi, sed (supple) homini. Hoc idem ratum astructum voluerunt Pelagiani omnes,& post Pelagianos, quippe non tantum ui

L. 2. ar. 1. et l. 8. ar. 3. & 7. de Sig. E. Ep ad Om. Sarac. reg. *D. Ignatius* *Epi. ad Magnes.* *D. Irenaus.* *L. 4. c. 9. ad har.* *D. Ambros.* *In psa. 118* *D. Optatus.* *Lib. 7. cont. Parmen.* *D. August.* *De C. D. l. 5. c. 10.* *Tatianus.* *Ora. 1. con. Grac.*

Digitized by Google

tiorum & peccatorum, uerum etiam uirtutũ,quod hæreticum est, hominem constituebant auctorem. Græci quoque alioqui schismatis amatores, & hæresis fautores hactenus id approbant, ac Lutherus secum ipse pugnat, hoc diserte dicit: Omne periculum a quolibet ipso pendet & propria uniuscuiusque culpa est, quod damnatur. Denique protestantes Lutherani hæretici Catholice inquiunt: De causa peccati docent quod tametsi Deus creat & conseruat naturam, tamen causa peccati est uoluntas malorum, uidelicet Diaboli & impiorũ, quæ nõ adiuuante Deo, auertit se a Deo, sicut Christus ait, Ioannis VIII. Cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.

Lutherus. *Protestãtes.* *Ad ca. 16. D Ioan. Confess. August. art. 19.*

Peccatum Originale non est substantia hominis.

CCLIII.

Numquam nusquam legi uel audiui hęreticos, qui ambitiosius de verbo Dei glorìantur, & qui impudentius, petulantius, insolentius & magis sacrilege & impie totam CHRISTI Ecclesiam traducunt atque condemnant. quam hæretici, qui a pessima Lutheri & Lutheranorum Caluini & Caluinianorum & similium bestiarum atque dæmoniorum doctrina prodierũt. Qui tamen non credunt uerbo Dei, nisi ea conditione, quatenus verbum Dei consentiat ipsis, & prę cunctis mortalibus hæreticis, Turcis, Iudæis, imo & Diabolis longissime minus verbo Dei credunt, illud vero lacerant, distorquent, respuunt, condemnant, excommunicant, traducunt, blasphemant, abnegant & abiurant, dum ipsum suis fanaticis inuentionibus, sophisticis allucinationibus, ebriosis & luxuriosis somniis, impiis commẽtis, sacrilegis sententiis, opiniosissimis machinationibus, falsis hæresibus, dæmoniacis doctrinis verbum Dei aduersatur, quemadmodum hactenus videre licuit, & postea Deo duce uidebitur. Hic uero videamus Matthiam Flaccium Illyricũ monstrum in medium adferre, quod verbo Dei expresso repugnat, dũ peccatum substantiam facit, uel ipsam etiam animam rationalem: dum imaginem Diaboli cordi humano essentialiter dicit impressam, atque informatã esse: dum naturæ humanę corruptionem fingit esse transmutationem, physicam innouari substantiam, perinde vt in Physicis alia noua substantia generatur per corruptionem, priore prorsus abolita, dum hominem ait tantũ Dei creaturam esse ratione primæ creationis, nunc uero post lapsum aliam esse, & nouam hominis substantiam effectã a Diabolo, sic ut recte dici possit: Hominem non renatum esse opus diaboli, conditum a Diabolo. Hæc sunt enim ipsius uerba, quibus Manichæorum blasphemias renouat, & uerbo Dei repugnat dicentis se cuncta bona creasse, & adhuc singulorum corda fingere, peccata a se prohiberi, eadem perpetrantibus pœnas sumere, ea odio & abominatione habere. DEVM uero sectatur Ecclesia DEI & dictum approbat aureum sanctissimi Orthodoxi illius Patris Diuinissimi Diui DIONYSII Peccatum non esse aliquid existens, neque aliquid in existẽtibus. Quod uehementer commendant omnes peritia graues Theologi Christiani. Simili modo admittunt & illud pronunciatum doctissimi omnium Diui AVGVSTINI peccatum nihil esse, hoc est nullam esse substãtiam asserentis. Atque etiam illud Diui ANSELMI pronunciatum: Peccatum originale iustitiæ originalis carentiam esse. Deinde plurimi ex neotericis hæreticis Flauianæ impietati una cum Maioranis Georgio Maiore auctore aduersantur. Editi præterea sunt libri ab hæreticis contra tam detestabilem Illyrici hæresim, ut hæ inscriptiones satis indicant. Testimonia ex libris Lutheri collecta quæ ostendunt peccatum Originis non esse substantiã hominis, Ienę 1572. in 4. Germ. Propositiones de peccato Originis contra furores Manichęorum, & Pelagianorum Ienę 1572. in 4. Defensio verę & pię sententiæ Aurelij Augustini, quod peccatum Originis non sit substantia, sed accidens, contra Matthiam Flaccium Illyricum Ienæ 1572. in 4.

Matthias. *Glos. comp inno. Festa.* *Lindanus.* *Dubit. Dia log. 1.* *Areopagita* *In suis opusc.* *D. August.* *In Io. 1.* *D. Anselm.* *De con. Virg.* *Maior.* *Orat. de confusio. dogmat. an. 70*

Pec-

Peccatum Originis asseueratur. Coccius.

CCLIV.

Peccatū Originis genus humanum,propagatione non infeciſſe,ſed imitatione, eſſeque morbum quempiam qui propter peccatum ab Adamo cōmiſſum nobis adhęrere ſolet, uel nihil eſſe aſſerunt Carpocratiani, Manichæi,Pelagiani, Armenii, Albigenſes,Beguardi,Zuinglius, Ecolampadius, Caluinus,Beza,Somerus,Puccius,Anabaptiſtæ,Subſtantiarii, Accidentarii Contra uerò aſſerunt CHRISTI Fideles quemadmodum eruditiſſimus Coccius,ex multis Scripturæ ſacræ locis, atque ex viginti ſex Orthodoxis Græciæ Patribus,& ſeptuaginta nouem Latinis, & quatuor Eccleſiæ Chriſti Catholicæ Concilijs, quibus tot centeni Patres Orthodoxi Catholice adfuere,copioſe & lucide docet,quos probe aſſequūtur Iacobini,Iſini,Græci,& Lutherus,qui inquit: Quid excuſat paruulos nō baptizatos,quod damnantur in æternum? Et iterum: Peccatum Originale qui excuſatione dignū ſtatuit nihil ſacrarum rerum tenet. Et Conradus Schluſſelburgius eum ſecutus ait: Chriſtus mundat Eccleſiam ſuam per lauacrum aquæ in verbo. Immundi ergo & contaminati peccato ſunt infantes priuſquam mundentur Baptiſmo. Ac rurſus aliubi: Peccatum originis eſſe reuera peccatum, ex definitione peccati originalis patet: Peccatum originis eſt carentia iuſtitiæ originalis,quam omnes homines,iuxta primam creationem hominum habere debebant: eſt reatus propter lapſum primorum parentum,& eſt deprauatio & malitia ingens ac horribilis totius ſubſtantiæ & omnium uiriū hominis, quæ mala a primis parentibus poſt lapſum in omnes ipſorum poſteros,qui naturali modo a mare & fœmina propagātur,deriuatur, propter quæ mala omnes ſunt natura filii irę. Item docent,inquiunt confeſſioniſtæ, noſtræ Eccleſiæ,quod poſt lapſum Adę omnes homines ſecundum naturā propagati naſcuntur in peccato,&c.quòd uitium originis uoce ſit peccatū damnatus & afferens nunc quoque æternam mortem his,qui non renaſcūtur per Baptiſmum & Spiritum Sanctum. Damnant Pelagianos, & alios, qui uitium originis negant eſſe peccatum. His ultimo loco impiorum Caluinianorum ſeductor Caluinus concordat,dicendo: Illa naturalis prauitas, quam e matris utero afferrimus,tametſi, non ita cito fructus ſuos edat, peccatum tamen eſt coram Domino,& eius ultionem meretur. Atqui hoc eſt peccatum,quod uocāt Originale. Ceterum quia ſquamas ſquamæ ſectantur,Caluiniani Caluinum ſecuti, non improbe dicunt: Liberi fidelium ſunt ex Adami ſtirpe corrupta. Remittitur Deus (pueris) peccatum originale, quo vniuerſa ſtirpe Adami rea tenetur.

Lutzeburg. — Lutherus. — Schluſſelburg. — Proteſtātes. — Caluinus. — Caluiniſta.

Art 2.3.4.5.6 7. De hæret. — Confuta. in tom. — To.2.3 Gen. fol. 24. — Theol. Caluin. lib. 1. c. de Bapt. — Theol. Caluin. lib. 1. c. de hom. lapſu. — conf. Aug art. 2. — In c. 5. Ro. uerſ 12. — Catechi. calu.

Paruuli in uteris maternis non ſunt iuſti ac ſancti. Feuardent. D. Auguſt.

CCLV.

Paruulos iuſtos ac ſanctos eſſe in uteris maternis affirmat Caluinus, Beza, ac totus Caluiniſmus ac Zuinglianiſmus, quem ſane hæreſis condemnant Catholici ueritatis Doctores; quorum princeps, Diuus AVGVSTINVS contra horum hæreticorum parentes ſic aſſerit. Quod dicunt, infantē morte præuentum non baptizatum, perire non poſſe,quoniam ſine peccato naſcitur: non hoc dicit Apoſtolus,& arbitror eſſe melius,ut Apoſtolo potius, quam iſtis credamus. Dicit enim ille Doctor gentium, in quo Chriſtus loquebatur: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors: & ita in omnes pertranſijt,in quo omnes peccauerunt. Et paulo poſt dicit: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Proinde iſti, quem forte inuenerint infantem, non ex illius unius hominis concupiſcentia procreatū,ipſum dicant illi damnationi non eſſe obnoxiū, nec per CHRISTI gratiam ab illa damnatione eſſe liberandum. Quid eſt enim: Ex uno deli-

Lib. 8. c. 10. de c. D. et l. 7. de Spir. San. Offic. c. 12. Epiſt. 89.

cto

cto in condemnationem, nisi illo delicto, quo deliquit Adam? Hæc ille Pater Catholicorum Orthodoxus Christianissime disputauit, cuius Orthodoxam doctrinam confirmant omnes Orthodoxi: constabiliunt vero Conciliorum uenerabiles Proceres Mileuitani, Arausicani, Toletani Sexti, Duodecimi, & aliorum, item Pontifices Ecclesiæ Maximi Diui SYRICIVS, SOZIMVS, COELESTINVS, LEO Primus, & Nonus, & multi alii. Atqui Diuus EVCHERIVS aperte Catholicam docet sententiam ad hunc modum argumentando: Si paruuli, quod uera fides habet, nascuntur non proprie, sed originaliter peccatores, unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur, profecto eo modo qui sunt peccatores, etiam præuaricatores legis illius, quę in Paradiso data est, agnoscuntur: ut uerum sit utrumque, quod scriptum est: Præuaricatores reputauit omnes peccatores terræ.

B. Eucherius. — *Libr. 2. in Gen. c. 24.*

Diuus præterea BEDA apertius ac pulchrius edisserit, dicens hoc pacto: Erubescat Iulianus qui dicere audet, omnes homines absque vlla peccati contagione nasci in carne, tamque innocentes per omnia, quam fuit Adam, quando creatus est. Quid enim habuit puer iste, ut ab infantia dœmonio uexaretur acerbissimo, si non ullo peccati originalis vinculo tenebatur, quem constat, nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum? Confiteatur Catholicus, quia nemo immunis a noxa primæ præuaricationis nascitur, & inuocet gratiam DEI, qua liberetur de corpore mortis per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum: Hactenus ille, qui & alibi: Nos et si sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut merito cum Propheta gementes singuli dicamus: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hæc illæ, cui Catholici in uniuersum subscribunt omnes, quibus assentiuntur Hussitæ, Lutherani, & alii plurimi, quorum nomine Melanthon contra se dicit: Docent, quòd post lapsum Adæ omnes homines naturali modo propagati, nascentes habeant peccatum Originis. Intelligimus autem peccatum Originis, quod sic uocant Sancti Patres, & omnes Orthodoxi, & pij eruditi in Ecclesia, uidelicet reatum, quo renascentes propter Adę lapsum rei sunt iræ DEI, mortis æternæ, & ipsam corruptionem humanæ naturę propagatam ab Adam. Et hæc naturæ humanæ corruptio, defectus iustitiæ seu integritatis, seu obedientiæ Originalis, & concupiscentiam complectitur. Estque defectus horribilis, cæcitas, & inobedientia, scilicet carere illa luce ac notitia DEI, quæ fuerat futura sui natura integra, item carere illa rectitudine, hoc est perpetua obedientia cum pura, ac summa dilectione DEI, & similibus donis integræ naturæ. Quare defectus illi & concupiscentia, sunt res damnata, & sua natura digna morte. Estque uitium Originis uere peccatum, damnans & afferens nunc quoque æternam mortem, his quæ non renascuntur per Baptismum & Spiritum Sanctum. Atque præterea ex profligatissima impiorum dœmonum factione Caluinus pro ueritate loquitur: Natura inimici DEI sumus omnes Diabolus in omnibus domicilium habet, quia inde expellitur a Filio DEI. Atque non de vno aut altero sermo habetur: sed de tota progeniæ Adæ. Certū est ne infantes quidem simul atque egressi sunt ex vtero, insontes coram Deo, & reatu solutos esse. Dehinc Marloratus: Omnes hi perpetuæ damnationi obnoxii sunt, qui ex transgressoribus perfidis, & peccati mancipiis Adamo & Heua orti sunt. Paulus nos cum peccato digni testatur, quemadmodum serpentes suum venenum ex vtero afferunt. Postremo præter alia scripta, quibus id confirmat, scribit hic Beza: Filii Dei nihil prorsus habent, quod non acceperint: acceperint inquam, non nascendo, sed renascendo. Demum Antichristi Caluiniani inquiunt: Confitemur & agnoscimus ingenue, nos esse miseros peccatores, conceptos & natos in iniquitate & corruptione.

D. Beda. — *Ad cap. 9. D. Marc.* — *Ad c. 1. D. Luce.*

Philippus. — *In tom. August. art. 2. uaria. ann. 1588.*

Caluinus. — *In cap. 12. Mat. nu. 18. 43.*

Marloratus. — *In c. 2 Eph. uers. 3.*

Beza. — *Confes. c. 4. art. 17.*

Caluinita. — *cōfitens. art. 2. Catechi. Calu c. 1.*

Digitized by Google

Peccata nõ sunt paria.

CCLVI.

Stoici Philosophastri docuerunt omnia peccata esse paria, idem docent Hiberni, Prædestinati, Athoici, Antinomi, Libertini, Batonburgenses, Eunomius, Pelagius, Iouinianus, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon Caluinus, Bullingerus, Seruetus, Georgius Dauid, & Sebastianus Francus, qui contra expressum DEI verbum Pilato dicentis, Qui me tradidit tibi, maius habet peccatum, ita desipit, ut peccata quæuis paria esse asseuerauerit, contra Caluinus & alii omnia letalia peccata esse finxit, quædam venialia esse peccata rectissima distinctione posuerunt, non autem omnia letalia, uel omnia uenialia senserunt, uel aliquando (quod absit) tantum delirium a ueritatis specie alienum excogitarunt. Nam in Scripturis sacris lucide patet ex pœnis, & minis iustis, & peccatoribus datis paria peccata non esse, at confugiunt hæretici hi tanquam ad asylum ac lapidem lydium, insulse, inscire, imperite ac impie oggannientes, omnia peccata esse sua natura mortifera, sed electorum peccata esse uenialia; quia, non imputantur sic a Charybdi in Scillam incidunt DEVM sæue punientem peccata quorumdam, & impune imputantem peccata aliorundem, si vtrorumque vlla causa; nisi ea qua hos eligit, & illos reprobat contra verbum DEI personarum exceptorem sceleratissime constituunt. Sed quantum letifere peccant in hoc hæretici sic hæretice docendo, ex uicenis sex Sacræ Scripturæ oraculis & circiter septuagenos ac longe plures ex Concilio Trullano, & Ecclesiæ CHRISTI Sanctos Patres, & Orthodoxus Doctores, Iodocus Coccius Orthodoxus Theologus euidentissime palam facit. Ceterum perspicue patet hæreticos minime ignorare, imo indigne nos criminari, quod merito, non ut illi, ita sentiunt illustres Ecclesiæ CHRISTI Proceres, nec omnes quotquot claruere Patres, nec Ecclesiæ DEI Doctores a CHRISTO per omnia successiue secula ad hoc usque seculũ ac seculi diem & horam, uti tot Theologi Catholici palam ostenderunt, quod quidem in tam clara Euangelij luce, quisquis non uidet talpis ipsis cæcior esse dignoscitur. Nam ut plurima verbi DEI scripta silentio prætereeam aliquot Diuorum Patrum illustrissima testimonia ex ipsius Diuinæ Scripturæ uberrimo fonte hausta in medium afferam D. NILVS præclarissimus Chrysostomi alumnus: Si inter serpentes alios aliis attrociores inuenimus, non est dubium quin inter uitia quoque alia aliis grauiora sint. D. IOANNES Cassianus Pater eruditissimus: Multum interest inter iusti ac peccatoris hominis lapsum, aliud est enim admittere peccatũ mortale, & aliud est cogitationem quæ peccato non caret præueniri uel ignorãtiæ, uel obliuionis errore aut facilitate ociosi sermonis offendere, aut ad pũctum in Fidei theoria aliquid hæsitare, aut subtili quadam cenodoxiæ titilatione pulsari, aut necessitatem naturæ aliquantisper a summa perfectione recedere. Hæc enim sunt tria lapsuum genera in quibus sanctus licet nõnũquam cadat, tamen iustus esse non desinit: quæ quamuis leuia esse uideantur ac parua tamẽ faciunt eum sine peccato esse non posse. Diuus inde AMBROSIVS indubitatæ veritatis magister, ut post duo Græcorum testimonia totidem Latina allegem: Tres gradus fecit Psalmus, propter delictorũ varietatem: quorũ primus gradus est iniquitas uel impietas, dũ nõ agnoscitur Creator: Secundus grauium peccatorum operibus: Tertius uero leuiũ. D. HIERONYMVS Litterarum sacrarum lõge peritissimus ac Iouiniani, parium & similium omnium hæreticorum iugulator: Sunt peccata leuia, sunt grauia? Aliud est decem millia talẽta debere: aliud quadrantem. Et de ocioso quidem uerbo, & adulterio rei tenebimur: sed non est idem suffundi & torqueri, erubescere, & longo tempore cruciari. Putas (Iouiniane) nostrum esse, quod loquimur? Audi Apostolum Ioannem: Qui scit fratrem

Left margin: *Coccius. Lutzẽburg. Coccius. Francus.* — *Caluinus.* — *S. Nilus.* — *S. Ambros.* — *D. Hieron.*

Right margin: *Art. 3. De hæret. Lib. 2. art. 3 Parad. 261* — *Instit. 2. c. 8* — *Ap. Dam. lib. 1. Paral. cap. 12.* — *Collat. 22. cap. 13.* — *Ad c. 4. ep. ad Rom.* — *Con. Iouin. lib. 2. c. 26.*

pec-

Digitized by Google

peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei uitam, peccanti non ad mortem: qui uero peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus ueniam: si pro maioribus, difficilis impetratio sit, & inter peccata, & peccata magnam esse distantiam. Vnde & de populo Israel quia peccauerat peccatū ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem, & non obsistat mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & intramus seculum, & eximus de seculo, & hoc præiudicium futurorum est: ergo æqualiter & iusti, & peccatores habebimur apud Deum, quia nunc pari modo & generamur & morimur. Hactenus Orthodoxus Pater, a quo quidem neutiquam discrepant Græci, Husitæ ut Pzribrauus immo Ioannes Hussus Hussitarum dux, qui ait: Ioannes Euangelista aliquando loquitur de peccato graui, siue mortali, aliquando loquitur de peccato leui, quod uocatur a nobis veniale, & sic uidetur, quod omnis iniquitas est peccatum, sed non contra. Idemque alibi docet maius peccatum sacrilegium, minus fornicationem. Nouissimus locum Lutherus hic obtinet, licet in Inferno primum scilicet a Lucifero obtineat, is etenim docet enucleate Gulam aliquando esse peccatum letale, quandoque uero ueniale: Dicit itaque: Species & differentias Gulæ omitto, quia non semper sunt peccata mortalia, si quidem nec ipsa Gula semper est peccatū mortale, imo raro, nisi sit in usu.

Pzribrauus Hussus. — *Profess. fid. Ad ps. 118. & ser. Prag.*

Luterus. — *De dec. præcep.*

Gula est letale peccatū

CCLVII.

Sardanapali, Lutherique eiusdem primogeniti, Barbaræ imperatricis eius sororis sententia Sibaritica & Aristippica est, Gulam, ebrietatem, comessationes & omnem excessum in cibo ac potu non mortiferum esse peccatum. Quod damnat ipse DEVS per Diuum ESAIAM, dicens: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Et per filium suum ait: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Et per Apostolum Spiritus Sanctus. Neque ebrietates, comessationes, & his similia sectantes, Regnum Dei possidebunt. Per hæc autem & per alia plurima iam olim locutus est nobis DEVS nouissime, per Sanctos Patres ac sacros Doctores in Ecclesia CHRISTI cunctos, quos quocumque seculo misit Veritatis Doctores, quorum duo uidelicet luminaria Ecclesiæ CHRISTI splendentissima in medium tantummodo producam. Diuus AVGVSTINVS prior est, qui perinde sacris prodidit scriptis, ac si nunc contra Lutherum & gregales ex instituto scriberet: Cum ebrietatis malum sit graue uitium & DEO odibile, ita per vniuersum mundum a pluribus in consuetudinem missum est, ut ab illis, qui DEI præcepta cognoscere nolunt, iam nec putetur, nec credatur esse peccatum: vt in tantum & in controuersiis suis irrideant eos, qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam adiurare homines non erubescunt, ut potum amplius accipiant, quam oportet. Qui enim alterum cogit, ut se plus quam opus est bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnem eius vulneraret gladio, quam animum eius per ebrietatem necaret. Posterior est Diuus GREGORIVS: Sciendum est, quia quinque nos modis Gulæ uitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit, aliquando uero tempus non præuenit, sed cibos lautiores quærit: aliquando quælibet sumenda sint præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitate ciborum, & tempori congruit; sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam uero & abiectius est, quod desiderat: & tamen ipso æstu immensi desiderii deterius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Ionathas meruit: quia in gu-

Coccius. — *Artic. 7.*

Isa. 5.

D. Luc. 6.

Gal. 5.

D. August. — *Ser. 231. de Tempo.*

S. Gregorius Magnus. — *Lib. 30. Moral. c. 13.*

Digitized by Google

stu mellis constitutum adendi tempus antecessit. Et ex Aegypto populus eductus in Eremo occubuit:quia despecto manna,cibos carnium petijt, quos lautiores putauit. Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quod ex eorum uoto Sacerdotis puer non antiquo more coctas uellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accurratius exhiberet. Et cum ad Hierusalem dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia: aperte ostenditur, quod idcirco salutem perdidit: quia cum superbiæ uitio mensuram moderatæ refectionis excessit. Et primogenitorum gloriam Esau amisit: quia magno æstu desiderij uilem cibum, scilicet lenticulam concupiuit: quam dum uendendis etiam primogenitis prætulit, quo, in illam appetitu anhelaret, indicauit. Neque enim cibus, sed appetitus in uitio est. Vnde & lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu conscientiæ degustamus. Proinde & antiquus hostis, quia non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit: & primum sibi hominem non carne sed pomo subdidit, & secundũ non carne, sed pane tentauit. Hæc ille, quibus iuxta purũ putum uerbum DEI & Scripturæ Diuinæ germanã intelligentiam plane illorum retundit hæreticorum dogma libarricũ, quod sane merito iure omnes Orthodoxi inficiantur & omnes CHRISTI cultores abominantur. Item Græci, Hussitæ, quorum princeps & magister Ioannes Hussus cũ explorate, tum catholice dicit: Omnes gulosi sunt idololatræ. *Ser. in Syn. Prag.*

Hussus.

Fornicatio graue ac mortiferum est peccatũ.

CCLVIII.

Coccius. Ioannes Gesen. Lutzẽburg.

Scortationem, fornicationem, luxuriam quamcumque, & cetera uitia carnis graue esse letaleque peccatum negant Venus, Cynici, Simon Magus, Nicolaus Antiochenus, Gnostici, Valentiniani, Paterniani, Vuitiza, Rex Hispaniæ, Michael Balbus, Lisoicus, Hibertus, Tandemus, Turilupini, Bacchanalij, Gruhenhaymerii, Vualdenses, Albigenses, Almericus, Sagarellus, Dulcinus, Fraticelli, Begardi, Lollardi, Piccardus, Moscouitæ, Græci, Lutherus, Libertini, & alii spurii Veneris, & Satanæ lenones. Quam turpissimam erroris libidinem omnis spiritualis populus abominatur, omnis Christianus execratur, omnis Catholicus, qui solus uere credit & custodit verbum DEI in uniuerso Catholicissimo Christiani orbis detestatur, quod in tota Scriptura addidicit, & a Sanctis Doctoribus accepit fideliter traditũ, ab Apostolis auctum, cumque Diuo PAVLO Catholicorum patrono ait: Neque molles, neque fornicarii, neque adulteri, neque immundi Regnũ DEI possidebunt. Et cum Diuo IOANNE Apostolo & Euangelista: Fornicatoribus pars erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Atque cum omniscio Diuo THOMA & Orthodoxa CHRISTI omni Ecclesia: Absq; omni dubio tenendum est, quòd fornicatio simplex sit peccatum mortale. At uero inter hæreticos quorum paucissimi, uel nulli Castitatem diligunt atque defendunt teste Diuo HIERONYMO, Ioannes Hussus sic egregie loquitur; Omnes fornicatores sunt idololatræ: & fornicatores Clerici sunt idololatræ & sacrilegi, uoti & iuramenti præstiti transgressores, & sic filij Belial, nescientes Dominum Iesum, neque officium Sacerdotum.

Artic. 8. Ser. de S. Indo. re, Franco. & de cõsiderat. do. Arm. 6. De haret.

Gal. 5. Apo. ca. 21.

Aequinas. Part. 2. q. 154. art. 2.

D. Hieron. Hussus. In Osea. 3. Ser habi. in Syn. Prag. ad Elect.

Iurare non semper impune licet.

CCLIX.

Quamquam Scriptura dicat. Iurationi non assuescat os tuum sicut seruus flagellatus assidue a liuore non minuitur, sic omnis iurans a peccato non purgabitur, multi tamen impiorum aduersus CHRISVM in Ecclesia sua regnantem insurgunt asserentes, quod impune liceat iurare;

Digitized by Google

& peierare: Meſſaliani enim impune iurabant ac contra præceptum Leuitici Dominicum: Non periurabis in nomine meo, peierabant: Periurium inſuper eſſe licitum Priſcillianiſtæ, Apoſtolici Flagellantes aſſerebāt. Hoc Chriſtianæ rei ſtudioſiſſimi Catholici omnino hæreticæ perfidiæ damnatores, Orthodoxiæ fautores, Veritatis & ſacrarum Litterarum, & ſanctarum Traditionum diligētiſſimi cuſtodes & obſeruatores refellunt. Diuus namque OLYMPIODORVS Philoſophus Chriſtianorum clariſſimus ſapienter ediſſerit Orthodoxiam Catholicam, dicendo: Bonum eſt cauere nec iure iurando per DEVM, ſacroſanctum illus nomen temere leuiter vſurpemus. De uerbo iuramenti DEI nequaquam ſtudueris & feſtinaueris, hoc eſt iuramenta ne frequenter ac temere uſurpato. Deinceps Sanctus EDEMVNDVS glorioſſimus Cātuariæ Archiepiſcopus: Secundum præceptum eſt tale: Non accipiant nomen DEI in uanum. Nullus homo debet accipere nomen DEI ſui in vanum, iurando, ſicut dixit Apoſtolus Paulus: ſermo ueſter ſit, eſt, eſt, non, non; ſine iuramento: Veruntamen homo poteſt bene iurare veraciter Regi & alijs hominibus, & ut veritas ſaluetur, & falſitas damnetur, in iſto pręcepto prohibetur mendacium, falſitas & iuramentum: per iſtud præceptum ordinatur homo verſus DEVM Filiū qui dicit; Ego ſum ueritas. Hæc ille cuius pronunciato arridet Diuus BERNARDVS contra Meſſalianorum nepotes hæreticos, qui negabant iuramentum & nihilominus falſo ijdem peierabant, ut occultarent perfidiam eorum hæreticam, dicit: Patet uos & ſuperſtitioſe obſeruare de iuramento, & flagitioſe præſumere de periurio. O peruerſitatem, quod ad cautelam conſultum eſt: uidelicet non iurare hoc iſti mandato, uices tamen contentioſe obſeruant, & quod immobili iure ſancitum eſt, & non tanquam indifferens pro uoluntate diſpenſat. Hucusque ille, cui fauent omnes Theologi Orthodoxi, quorum infimus minime eſt illorum os Diuus DIONYSIVS omnium rerū humanarum ac Diuinarum multo longe peritiſſimus: Porro ſuper illud Ieremiæ, inquit; Iurabis uiuit Dominus in iudicio, ueritate & iuſtitia, dicit Hieronymus. Quod iuramentum tres comites habet, uidelicet iudicium, ueritatem, iuſtitiā. Iuramentum enim non eſt bonum, niſi ei qui ipſo legitime utitur, ad quod duo requiruntur. Primo, ne quis leuiter, ſed ex neceſſaria cauſa & diſcrete iuret: & quo ad hoc requiritur ad iuramentum iudicium ſcilicet diſcretionis, ex parte iurantis. Secundo ex parte eius quod iuramento confirmatur, exigitur, quod iuramentum ſit uerum, & ſic ponitur ueritas. Et quod non ſit illicitum aut iniquum, & ideo additur iuſtitia. Itaque iudicium nō accipitur hic pro executione iuſtitiæ, ſed pro iudicio diſcretionis: ſimiliter ueritas non accipitur hic, prout eſt pars iuſtitiæ, ſed prout quædam loquentis conditio: Iuſtitia uero ſpectat ad cauſam pro qua iuratur, ut ſit licita. Hactenus Orthodoxus & ceteri Catholici, & poſt ipſos ſceleratiſſimi nimiæ ſanctimoniæ hypocritæ, qui præ nimia Sanctimonia nullum ulla cauſa iuramentum admittunt, eſſe licitum recentes hęretici conſentiunt.

philoſophus. — *Ena. in Ec. c. 8.*

Theologus. — *Spe. Eccl. de doc. prae. c. 11.*

Abbas. — *Ser. quo.*

Carthuſian. — *Sum. fid. Ortho. ar. 132. lib. 3.*

CCLX.

Nonnulli impij ſemper hæretici omnia iuramenta illicita eſſe cauillantur ut Catharini, Pertrobruſiani, Pſeudo apoſtolici, Vuicleuus, Vualdēſes, Albanens, & hæretici neoterici Lutherani, Anabaptiſtæ. Quod repudiant Orthodoxiæ ſtudioſi Catholici Diuinitus illuminati, & admoniti ab Apoſtolo, a Diuinis Patribus, ab illuſtriſſimis Doctoribus, ſapiētiſſimis Theologis a ſacris Scriptis, & ab Eccleſia Chriſti Catholica, ad quā nulla perfidia nullusque error acceſſum habuit, ac haberę potuit. Cumprimis uerbū Domini habet Eccleſia iuramentum licitum perhibentis ac minime prohibentis in Deuteronomio; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen

Non omnia iuramenta ſunt illicita. Guido Car. Petr. Clun. Lutzēburg. Gab. Flām. — *De Catha. In lib. 2. Cat. haret. Ann. inuit. Sancto.*

men illius iurabis. Et iterum: Dominum Deum timebis,& illi soli seruies, ipsique adhærebis, ac per nomen illius iurabis. Atque nouo Testamento hoc seruans edoctus à Cœlo Apostolus lucide iurat hoc pacto: Testis est mihi DEVS, quod memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Et rursum: Ego testem Deum inuoco, quod patiens vobis non ueni ultra Corinthum. Et alias: Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes uos in uisceribus Iesu Christi: In Concilio præterea Ephesino Nestorius cogendus fuit ad iurandum se numquam uelle ad retractatas hæreses reuertere. Deinceps in Constantiæ Concilio articuli perfidiæ Vuicleui condemnati fuere, quorum unus erat iste: Non licet umquam Christianis iurare. Iudicauit idem Concilium sacrosanctum, ut Rex Romanorum, itemque Rex Aragoniæ se seruaturos, quæ polliciti fuerant, quo schisma Ecclesiæ tolleretur. Inter Orthodoxos insuper Patres,& Theologos Scholasticos, qui Orthodoxus,& Pater,& Theologus nomine,& consensu communi Orthodoxorum omnium a me citabitur Diuus DIONYSIVS Carthusiæ decus: Iuramentum, inquit is secundum se honestum & licitum est tam ratione originis, quàm finis. Est enim inductum ad certificandum homines, & ad finiendum controuersias,& sic ex parte finis est licitum. Ex origine quoque, quoniam iuramentum introductum est ex fide, qua homines credunt Deũ habere infallibilem ueritatem, omniumque notitiam ac uniuersalem prouidentiam. Sed quoniam id quod ex se bonum est, cedere potest in malum alterius, qui eo male utitur, ut sumere Eucharistiam: ideo iuramentũ cedit in malum hominis, qui sine debita necessitate, atque cautela utitur eo: uidetur enim paruam habere reuerentiam Dei, qui eum ex leui causa testem inducit, quod etiam de uiro honesto aliquo non faceret. Et rursus faciliter iuranti imminet periculum periurii ex facilitate consuetudinis,& ob id Dominus iurare prohibuit. At uero quoniam nihil confirmatur, nisi per illud quod firmius digniusque consistit, ideo qui Deum testem inuocat, profitetur eũ esse se maiorẽ, ut pote infallibis ueritatis ac prouisionis,& sic DEO reuerentiam exhibet. Nam & Apostolus dicit: Homines per maiores se iurant. Et Hieronymus super Marcum ait, quod qui iurat ueneratur, uel diligit eum per quem iurat, imo secundum Aristotelem: Iuramentũ honorabilissimum quiddam est. Cum ergo DEO reuerentiam exhibere ad latriam seu religionem pertineat, palam est quod iurare sit actus religionis seu latriæ,& hoc ratione testimonii DEI. Hactenus ille, cui Orthodoxi plane concordant omnes. Item etiam una cum hisdem Lutherus, Brẽtius, Caluinus, Anabaptistæ, Trinitarii,& alij, non tantum ex recentioribus hæreticis, sed & ex antiquioribus, unde pro exemplo ualet, quod de Nouato refert Diuus EVSEBIVS, & Nicephorus: is.n. communicantes secum hoc sibi iuramento astrinxit: Iura mihi per Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu CHRISTI, te numquam nec me deserturum, nec ad Cornelium Romanum Pontificem reuersurum, ex quibus itaque patet, quod iuramẽta non repudiauit, sed quasi licita approbauit. Quod & ex recentibus assequutus est Brentius, qui scriptis suis sic iurat: Ità me DEVS adiuuet. Ergo Iuramenta tamquam illicita non censuit reprobanda. Protestantes inquiũt. De rebus Ciuilibus docent, quod legitimæ ordinationes ciuiles, sint bona opera DEI, quod Christianis liceat gerere Magistratus, exercere iudicia, iudicare res & Imperatoriis, & alijs præsentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iurare postulantibus Magistratibus, ducere uxorem, nubere. Damnant Anabaptistas, qui interdicunt hæc ciuilia officijs Christianis.

Carthusia. *Sum. fi. Or. ar. 132. l. 3.* *Coccius.* *Lib. 8. ar. 3. de Sig. Ecc.* *D. Eufeb. Nicephorus* *L. 1. c. 35. Lib. 6. c. 3.* *Brentius.* *In Prolego.* *Lutherani.* *In Cõf. Au.*

CCLXI.

Homo peccare non potest. Lutzemb. *De haret.*

Lutherus & Melanthon turpissime contendit hominem uitare non pos-

se

Digitized by Google

Melanthon. se peccata, quod omnes Catholicæ Veritatis candidati constanter condemnant, & omnes Christianæ Fidei studiosi unanimiter, & omnes Christi Fideles, qui fuerunt, ac sunt, communiter confutant. Nam in tertio seculo a CHRISTO Origenes ait: Sui arbitrii est anima, & inquam uoluerit partem est ei liberum declinare: & ideo iustum DEI iudicium est, quia sponte sua bonis seu pessimis monitoribus paret. D. ANASTASIVS Patriarcha in sexto seculo: Quomodo aquæ caliginem habent ex propria essentia: ita homo etiam proprio & non coacto proposito sua spōte facit et procreat peccatum. Diuus THEPHYLACTO in nono seculo: Dei quidem est uocare, electum autem uel fieri, uel non, nostrum. Nicetas in duodecimo seculo: Cum liberum arbitrium mundi nobis opifex concesserit, actiones nostræ in nostra potestate sunt. Manuel Paleologus seculo decimo quinto: Tam obtemperare dœmonibus, ac pestiferis hominibus, quam eorumdē ad pessima cohortantium consilia respuere, in nostra situm est potestate. In hominis arbitrio situm est, ut persuadeatur. Quod autem ita comparatum est, uoluntarium est, ac nostrum, non aliorum. Quod si ui fieret in nobis persuasio, alia uteremur oratione: nunc cum a nostra pendeat electione, cuius dominus est, duntaxat is, qui ea præditus est, quæ dicimus amplectenda ueniant: quippe satis est, ijs probare bonum esse hominem si uelit: & malum fieri, quia uelit. Hactenus Græci Orthodoxi. At uerò ex Latinis tertij seculi in medium aliquot ueniunt adferendi. Diuus itaque ZENO Martyr: Nulla ulli competit excusatio, maxime cum res nostræ commissa sit uoluntati, Propheta dicente: Ante hominem bonum & nequam, mors & uita: quod elegerit, hoc debitur ei. Vnde dubium non est uoluntatem nostram cui se iunxerit parti præbere iustitiam, eiusque resurrectione aut præmio perfrui perenni, aut con simili pœna puniri. D. LAVRENTIVS Episcopus sexti seculi: Homo noli diffidere: res in promptu est: vita in manu est: Virtus in uoluntate est. Victoria in arbitrio est. Si voluisti, uicisti: si nolueris, victus relinqueris. Nono seculo Ericus Altisiodorensis: Liberum arbirrium DEVS homini contulit, propter quod dicit, Quoties volui & noluisti, ac si diceret: ex mea parte volui, sed ex tua noluisti. Diuus HVGO circiter duodecimum seculum florens: Sub te erit appetitus tuus. Hoc est, in tua potestate erit cauere tibi uel ab interiori praua uoluntate, uel ab exteriore occasione peccandi. Decimo autem quinto seculo, quæ passim comperiuntur extant contra Lutherum & gregales eius plena, erudita, & præclarissima scripta Orthodoxorum Roffensis, Erasmi, EKij, Cochlæi, Hossij, Bellarmini & plurimorum aliorum, quorum Catholica doctrina doctrinæ omnium Orthodoxorum a CHRISTO vsque adoriendo ex omni parte quadrat. Quorum sententiam orthodoxam ex vno in medium producere decerptam loco erit ceterorum pro quinto seculo. Diuus IOANNES Fischerius: AVGVSTINVS in primis (quem tamen Lutherus inferius pro se citat, de vera Religione capite decimo quarto sic ait: Si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus est omnino, aut monendus. Quibus sublatis, Christiana lex, & disciplina omnis religionis, auferatur, necesse est. Ecce quam paucis verbis Augustinus (Lutheri) articulum efficacissime conuincit. Ad quid enim obiurgatur quis, aut monetur, si non sua sponte delinquat? Immerito certe puniuntur adulteri aut sacrilegi, si seipsos ab his sceleribus cohibere non possent. Quod si possint ac nolint, manifestum est in iis arbitrium esse liberum. Et rursum paulo superius. Nunc vsque adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem ita manifestum est, ut nulla huic Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiant. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est, voluntate committi. Hæc Augustinus. Ad hoc uero accedunt Græci sacris eruditi Litteris, & a Sanctis Græciæ Patribus instructi hæretici vi veritatis potentissima constricti, qui usque mo-

Left margin: *Origenes. Synaites. Bulgarensis. Chomates. Imperator. Veronensis. Nouariens. Benedict. Victorinus. Roffensis.*

Right margin: *Ad 4 & 8. c. ad Ro cid. 3. Hom. 20. in Num. l. 1. Heca. Ad ca. 22. Mat. In Thes. Ortho. L. 4. har. 4. Ser. de Spi. & cor. Hom. 1. de Ian. Hom. 5. de S. Steph. Ad c. 4. Ge. Asser. Luth. cōfu. ar 36.*

Digitized by Google

Lutherus. Melanthon. do uitam miscere agunt in hæresibus pertinacem quique liberum homini concedunt Arbitrium. Inter quos Lutherus est, vt antea patuit, ac ipse Melanthon, qui dicit: Voluntas hominis est libera, vt facere possit iustitiam carnis, seu iustitiam ciuilem, vbi lege aut ui cogitur, ut non furari, non occidere. Hæc ille, qui & alibi idem confirmat: Voluntas humana potest suis uiribus, sine renouatione aliquo modo externa legis opera facere. *In visi. Sax. Co. ca. de li. arb. edi ul. loco.*

Homo post Baptismum pōt peccare.

CCLXII.

Coccius. Non probant alioqui hæreticissimi notoriique ab Ecclesia CHRISTI Catholica spurii, antiquę hæresis amatores, Lutherus, Caluinus, Melāthō, Anabaptistarū, Trinitariorū & aliorum infidelium caterua, quod Iouinianus hominem post Baptismum non posse peccare, asseruit; nec quod liberi fratres nostro seculo baptizatos iterum, atque regeneratos non posse deinceps peccare existimant: quidquid ij faciunt, id benefactum esse nihil dubitant. Quod mille abhinc annis, imo ab Orbe condito experientia, Christianique uniuersi DEO auctore modis omnibus simul confutant, quippe hominem iuxta verbum DEI & Spiritus Sancti doctrinam liberi arbitrii olim fuisse ac esse adhuc credunt, tradunt, & confitentur. Deumque non in cassū præcepta hominibus dare, trāsgressiones præceptorum Diuinorum reprobare, transgressores iustissime ipsos minari, puniri rectissime sentiunt. Namque qui aliter sentiunt DEVM ipsum derident, qui iussit nō peccari, & peccatrici cuidam ait: Vade noli amplius peccare. Et in Actis & in Paulinis Epistolis homines baptizati Simon, Alexander, Hymenæus peccasse feruntur. O ueritatem inexpugnabilem iuxta uerissimam atque clarissimam, quam quidem qui negant, ab ipsis etiam damnantur hæreticis, sic enim cō fitentur Confessionistæ: Damnamus eos, qui contendunt quibusdam tantam in hac vita perfectionem contingere, vt peccare non possint. Hæc ille, quæ merito a Carolo Cæsare, a Ioanne a Dauentria, ab Andrea Fabricio Leodio, a Ioannes Hoffmeistero, & aliis Orthodoxis Catholicis acceptantur. *I. 8. de Sig. Ecc.* *Lutherani.* *Conf. Aug. art. 12.* *Catholici.* *Refu. ar. 12 conf. Aug.*

Fides semel suscepta sēper amitti potest.

CCLXIII.

Caluinus. Hugnostici. Beza. Fidē, quā SPIRITVS SANCTVS insculpsit Piorū cordibus euanescere & perire impossibile esse nugatur Caluinus, quē Beza, Hugonotæ, & similes hæresis sectatores assequuntur. His autem contradicunt solidi Ecclesiæ CHRISTI Doctores in uniuersum omnes quotquot vmquam fuerūt. *S. Andreas.* Vnde Diuus ANDREAS Cæsareæ Capadociæ Archiepiscopus inquit in illud Appocalypsis Diuinæ: In vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat: Ecclesiæ vnumquemlibet, qui ex aqua & Spiritu Sancto regeneratur, tantisper parturire dicitur, donec CHRISTVS in illis formetur, vt Apostolus loquitur. Comperiuntur enim abortiui nonnulli, cuiusmodi sunt qui a vera luce, qui CHRISTVS est, exciderunt: qui vna cum uita infidelitatis mortem sustinent. Ceterum non expedit lucernam in meridiana clarissimi Solis luce succendere: patet enim populum infidelem in ueteri Testamento, a uera fide aliquando defecisse, & uitulum aureum adorasse. Atque Euangelicis scriptis, Actis & Epistolis Apostolicis plures a fide excessisse manifestum est. Rursum Historiæ Ecclesiæ & Martyrologia ferunt quosdam a fide defecisse CHRISTI, ad idololatriam abijsse. Sed quorsum hæc? Quis enim adeo cœcutit, & non uidet perspicue Lutherum, Oecolāpadium, Zuinglium, Bullingerum, Bucerum, Melanthonem, Caluinum, & alios plurimos eorum gregales a fide excessisse, fidem amisisse, fidem uiolasse, labefactasse, abnegasse, abiurasse, eidemque mirum in modum abrenunciasse, atque etiam aduersatos esse? Hoc quidem illuminatissimi *In cap. 13. Mat. v. 24. Confe. Cal Conf pun. 4 ar. 56. Com. in Apoc. c. 33.*

con-

Feua dent. Caluinum.

conspiciunt Catholici,& lucidissime credunt & confitentur,quorum splẽdentissimam Veritatis lucem Iacobus Andreas,Lucas Osiander atque alij studiose sectantur. Verum Caluinus ipse aduersus se omnes Apostolos a Fide excessisse,& defecisse fuse & singulatim asseuerat. Atque enucleatius Fidem amitti posse edisserit ad hunc modum: Plus satis apparet quam teneri simus ad recipiendam ex malis exemplis vulnera. Ita fit ut vnius hominis defectio ducentis alijs letale infligat vulnus ad extinguendam eorum fidem.

l. 7. c. 19. de S & Offi. ii. In c. 23. Io. uer. 2.

CCLXIV.

Libertas conscientiarum dānabilis, perniciosa, flagitiosa, & Diabolica. Euangelici suo telo prostrati.

Inciderunt in laqueũ quem fecerunt, in foueam quam fecerunt,ceciderunt cœci hæretici. Quandoquidem cum,ut paulo ante constitit,hominem posse uitare peccatum,posse post Baptismum acceptum peccare, fidem semel susceptam amittere asserunt,velint,nolint,hominem esse liberum asserere coguntur. Aliter nequaquam vitare posset peccatum,peccare post Baptismum,fidem amittere. Accedat,quod cum ipsi hæretici libertatem doceant facinorum conscientiarum,frustra omnino eam docerent, si homo minime liber in suis actionibus est. Libertatem autem istam conscientiarũ perniciosam,peccatorum,scelerum,facinorum,fallaciarum,errorum,ac heresum parentem Diabolus amasijs suis eximijs Luthero,Lutheranis, Caluino, Caluinianis,Anabaptistis, & ceteris dœmoniorum alumnis satis superque persuasit. Concedo,inquit hæresiarcha Lutherus,Papam habere potestatem condendi leges, sicut Assur Nimbrod habuit, ut esset robustus uenator in terra cora Domino,vt extinguat libertatem Christianam. Hæc ille, cuius improbam fictæ libertatis doctrinam, os olim sugillauit aureum Diuus IOANNES,dum ista scripta reliquit: Libertas illa dissoluta ac moderamine carens,vbique mala,confusionisque causa est. Hæc ille contra Lutherum,ad quem Orthodoxus orthodoxe respondit Roffensis hoc pacto: Tu videri uis Christianæ libertatis assertor esse,cum nihil sis minus. Nam tua libertas mera seruitus est. Sola fides tibi liberum facit quemque quantumuis inquinetur uitijs, vel sordidissimis. Tuæ libertatis est Ecclesiæ Sacramenta contemnere,quæ semper apud Patres fuere sacrosancta. Tantum tu Christianis libertatem,imo uerius licentiam præmittis,ut nullis aliis Ecclesiæ legibus obtemperent,quam quæ in Euangelijs aut Apostolicis Litteris palam sunt traditæ. Tua libertas omnem cœremoniarũ ordinem euertit,confusionemque proinde maximam pariet tandem in Ecclesia D E I. Apte profecto libertatem hanc depinxit Diuus PETRVS,cũ uetuit, Christianis, ne quasi uelamẽ haberent malitiæ libertatem. Hactenus ille solidissimus Orthodoxorum Theologus,cuius sanissimo pronunciato,orthodoxus tunc Henricus rex Angliæ adstipulatur,cum inter multa,hæc scribat contra Lutherum: Mores & libelli satis uidentur ostendere nouæ legis Euangelica libertatem non in alio(si quis tibi credet) quam in libidinis licentia consistere. Hucusque ille,cuius ac superioris Roffensis uera sententia Orthodoxus Angliæ Laicus alter probatur hoc pacto; Quod ritibus, & cœremoniis fatetur Ecclesiam carere non posse,& tamen paulo post unumquemq; liberum esse uult, eadem statuta,uel obseruare,uel transgredi uidelicet,ut libera sit Ecclesia. In quam libertatem sic uocati sumus,inquit, è seruitute, ut nec vlla lege,nec ulla consuetudine teneamur,sed ita uidelicet liber quisque sit in rebus spiritualibus,vt quidquid libet,licere debeat: quid ni? vt dũ vnus natale celebrat,alius faciat Pascha,& dũ Religiosi ieiunãt Quadragesimã,patet potator interea,cũ suis cõpotoribus celebret bacchanalia. Hæc ille Christi Martyr in Lutherũ, quẽ sectãtur turpes hæreticæ prauitatis assertores,& animarũ impii perditores, inter quos Liberi Anabaptistæ sunt,quippe

Lutherus. Chrysost. Roffensis. Anglus. Morus.

Asser. art. a Leo. x. dam. ar. 27. In epist. ad Ro. cap. 21. Hom. 23. Eor. Confu. 1. Pet. 2. Respon. ad Mart. Luth. Epist. In Luth. li. 2. c. 9.

Caluiniani qui libertatem docent ab obedientia Principum, a decimis, & censibus, atq; redditibus. Hos autem impij ceterorum sectantur Caluinitæ impiam hanc uocem facinorum parentem proferentes: Quod non est præceptum a DEO nobis liberum est. Ceterum tam clarum ab Euangelicis seu Euangelij proditoribus ac dilaniatoribus impiam cõscientiarũ libertatem in suam & aliorum damnationem permitti ac probari, quam certum est hoc præsenti seculo & alijs seculis præteritis cunctis, ab omnibus Fidei Christianæ professoribus, & Orthodoxis Catholicæ sententiæ assertoribus modis omnibus plenissime salutifere inhiberi ac reprobari. Ad quos procul controuersia Hussus & hi qui Pontifici ROMANO DEI uerissimo Vicario Auctoritatẽ summam a CHRISTO illi traditam, relinquit, & potestatem Episcoporũ, Sacerdotum & omnis Ecclesiæ nõ aufert, accedunt. Quibus plane qui schismate pernicioso laborant Græci succedunt quippe obedientiam Principum, Prælatorum, indicta ab ecclesia ieiunia, statuta Festa, & reliqua id genus consimilia cuncta, pro more suo schismatico nullo pacto impugnant. Atque inter ueteris impietatis Nouatores Theodori Bezæ testimonium & Catholicum est & a nullo Catholico improbandum, & ab ipsis denique *Beza.* hæreticis approbandum; Asserit itaque non impie ad hunc modum: Libertatem conscientijs permittere, & sinere unicuique si uolet, perire mere Diabolicum est. *In catec. de Bap c.2.* *Epist.1.*

Infidelis nõ saluantur.

CCLXV.

Iodoc. Coc. Ethnicos & ceteros impios, nondum Baptismate renatos saluari docuere Basilides, Helchesaitæ, Huldaricus, Zuinglius, Rodolphus Gualterus, Sebastianus Francus, Georgius Maior, Giorgius Dauid, Nathaniel Aelianus cum quibus minus CHRISTI fideles concordant Catholici secundum sacras Scripturas Gen. 15. Abac. 2. Mat. 10. Mat. 16 Io. 3. Act. 10. R. 3. 10. Eph. 2. *Deifer.* Heb. 11. &c. Atque secundum Diuum IGNATIVM dicentem: Nemo erret, nisi crediderit IESVM CHRISTVM in carne conuersatum, & cru- *Chrysost.* cem illius confessus fuerit non assequetur uitam æternam. Secundum Diuum IOANNEM Chrysostomum: Fides est origo iustitiæ, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus unquam sine hac Dominum promeruit: nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides innocens ac pura credulitas, qua ad DEVM accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mente Dominũ ueneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, felix est: qui deseruerit miser. Hæc in Ecclesia signa ostẽdit, uirtutes exercet, charismata cõplet: hæc amplexanda nobis est semper: hæc mẽtis uirtute tenenda. Per illam enim uenimus ad CHRISTVM, per illam pergimus ad Deum, per *Climacus.* illum properamus ad Cœlum. Et secundum alterũ Diuum IOANNEM. Qui fidem non habet, & bona quædam forte operatur is ei similis est, qui haustam aquam in perforatum dolium immittit. Ac secundum Diuum *Magnus.* ATHANASIVM: Quicunque uult saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem: quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit absque dubio in æternum peribit. Hæc ille Ecclesiæ potissimũ Græcæ Luminare magnũ, cui subscribit tota Christi Ecclesia, & Orthodoxorũ *D. August.* omnium Senatus, quorũ signifer D. AVGVSTINVS, qui merito Lingua Ecclesiæ uocatur, dicit inter plurima: Non quisquam, præter istam fidem, quæ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconcilia- *D. Prosper* tus est Deo. D. præterea PROSPER Catholicissime disputat inter alia dicens: Cum tamen, quod nulla sit apud DEVM iniquitas, nemini liceat ignorare: nec alia Gratia, aut alia Fide, quẽquã hominũ siue ante legẽ, siue legis tempore iustificatũ esse credẽdum sit, quam hæc eadẽ, per quã Dominus noster Iesus Christus secundũ consilium uoluntatis suæ, in fine seculorũ *L. 3. de Iustif. art. 1.* *Ep. ad Smy.* *Ser. in Apo. de fid. Spec. & Carita.* *In recap. gra. 16.* *In Symb.* *In psa. 104* *Ad c. Gall. Res. c. 8.*

Digitized by Google

Lombardus uenit quærere,& saluare, quod perierat. Deinde huic plane adstipulatur Scholasticorum Theologorum princeps Petrus, dicens: Sine fide Mediatoris nullum hominem, vel ante, vel post legem fuisse saluatum Sāctorum auctoritates contestantur. & post multa addit: His aliisque pluribus testimonijs perspicue docetur, nulli vmquam salutem esse factam, nisi per fidē Mediatoris. Hactenus Orthodoxus ille Theologus, cuius verissimæ asseuerationi; non modo Catholici omnes quotquot umquam fuere adstipulantur, sed etiam hæreticorum quidam plenissime consentiunt, vt protinus duobus Lutheranis,& totidem Sacramentarijs allegatis meridiana luceluci dius istud apparebit. Lutherus enim dicit, Zuinglius nuper scripsit. Numā, Pompilium, Hectorem, Scipionem, Herculem frui æterna Beatitudine in Paradiso cum Petro & Paulo,& aliis Sanctis, quod nihil aliud est, quam aperte fateri, quod sentiat nullam esse Fidem, nullum Christianismum. Si enim Scipio & Numa, Pompilius, qui fuerunt idololatræ, seruati sunt cur oportuit Christum pati,& mori, aut quorsum opus est baptizari Christianos aut doceri Christum? Adeo horribiliter ruunt, neglecto & omisso verbo, neque quicquam sciunt de fide, sed illud ipsum statuunt ac docent; homo faciens, quod in se est saluatur. Itaque ualde perniciosus est error, quem nos neutiquam probare, ac tenere possumus. Atque Lutheranus Conradus: Viti Vuiushemii præceptoris sui referens monitum, ait: Optimi studiosi, cauete uobis a Cœlo Zuinglianorum, quia in eo collocant Herculem cum claua sua. Valde enim mihi metuerem a claua Herculis. Deinde Oecolampadius Zuinglij alioqui collega dicit: Non uideo qua fiducia quidam Ethnici, quibus nec DEVS locutus est nec ab illis CHRISTVS receptus est, cum multis peccatis onerati sint, spem quandam salutis faciant. Dicunt quod illi DEVM bonum prædicarint. At certi sumus, quod contra dixit illis cor suum, nisi & ipsi diuinitus edocti fuerint. Finge enim illos iustos fuisse, vt fuerunt in speciem sapientes: quid autem in conscientijs suis inuenias, mox cognosces ex sequentibus. Hæc ille, qnem sectatur Beza, dicendo: Quis vobis uitam innocenter degere dicitur? Is nimirum, qui cum DEVM credat,& CHRISTVM mundi Dominum ac Iudicem, omnibus prodesse studeat, nemini nocere. Ex his principijs cōsequitur, si Socrates, si Aristoteles, Phocion, Fabricius, Cato, Atticus id credidisset, quod credunt Diaboli, aut diaboli ita ut illi uiuerent, uitam utrisque ęternam deberi. At nos neque in his, neque in illis, aut fidem, aut uitam beatam reperire possumus. Nam quod ad salutem attinet, cum ea non sit nuda ac simplex cognitio DEI, sed firmus assensus, per quem fideles Christum sibi a Patre oblatū amplectuntur, fidem istam neque Diabolis (quibus promissiones non offeruntur) neque Socrati,& ceteris (quibus incognitus fuit CHRISTVS) neque sceleratæ uitæ hominibus, (in quibus Spiritus DEI non habitat,) neque falsis fratribus, (quorum fides est fictitia & temperaria) tribuere possumus.

[Margin, left: *Lutherus.* / *Schusselbur.* / *Oecolāpad.* / *Beza.*]
[Margin, right: *L.3. dis. 25.* / *Ad ca. 47. Gen.* / *Li.3. Theo. Calu. ar. 7.* / *In Basg. sup. Iob. c. 10. p. 58.* / *De pam. ha. p. 103.*]

CCLXVI.

Mandata Dei per Gratiam seruari possunt. Coccius. Caluinita.

Neminem per DEI Gratiam posse Diuina seruare Mandata Lutherus, Melanthon, Caluinus, Ioannes Monhemius & Caluinitę meliūtur. Quod penitus ab omnibus sacris Doctoribus improbatur, & tamquam dogma scelerosum, errorum sentinam, Scripturis contrarium, saluti aduersum,& in DEVM blasphemum, Christiani omnes omni seculo abiecerunt, fide & experientia condemnarunt. Vt autem hoc uerius pateat illustrissimis Veritatis testimonijs palam faciam. Incipiens itaque ab ipso Diuorum Apostolorum tempore in medium adferro Diuum HERMAM Diui PAVLI discipulum, sic iuxta oraculum Diuinum fideliter & orthodoxe testanti: Mandata hæc magna,& pręclara sunt:& exhilarare cor hominis possunt, qui potuerit custodire mādata hæc, sed nescio (Domine)

[Margin: *Art. 2. In Cate.* / *D. Hermas* / *l.3. mād. 12*]

an posſint mandata hæc ab homine cuſtodiri. Ait mihi: Hæc mandata facile cuſtodies,& non erunt dura: ſed tamen ſi in cor tuum poſueris non poſſe ab homine cuſtodiri,non cuſtodies. Nunc autem dico tibi, ſi non cuſtodieris hæc mandata, & omiſeris,non eris ſaluus, neque filij tui, neque domus tua quia ipſe iudicaueris, quod non posſint hæc mandata ab homine cuſtodiri. Hæc mihi vehemẽter iracunde locutus eſt,ita ut conterreret me ualde: Vultum enim ſuum mutauerat, ita ut non poſſet homo ſuſtinere iram eius.Et cum uidiſſet me conturbatum totum, & confuſum cœpit loqui moderatius & hilarius, dicens: Stulte & inſenſate, inconſtans & ignorans Maieſtatem DEI,quam magnus, quamque mirabilis ſit,qui Orbem creauit propter hominem, & omnem creaturam ſubiecit homini, & omnem poteſtatem dedit illi,vt dominetur horum mandatorum. Dominare (inquit) poteſt omnium horum mandatorum,qui habet Dominum in corde ſuo: qui autem habẽt Dominum in labijs ſuis, & cor illorum obtuſum eſt,& longe ſunt a Domino: Illis,Mandata hæc dura ſunt & deſficilia.Ponite ergo uobis qui uacui & leues eſtis in fide, Dominum DEVM ueſtrum in corde habere, & intelligetis, quod nihil facilius eſt his Mandatis neque dulcius,neque manſuetius,neque ſanctius, &c. Hæc ille in libro Epiſtolari ſeu Paſtorali,quem commendant Origenes,Diuus ATHANASIVS, D. EVSEBIVS, Diuus HIERONYMVS, Diuus THEODORETVS,& noſtro ſeculo Sixtus Senenſis. Præterea omnium eruditisſimi Patris Diui HIERONYMI breuis ac luculenta Orthodoxiæ ſententia audiatur, dicẽtis: Si præcepta DEI cuſtodiens,filius efficitur DEI: ergo non natura filius ſed arbitrio ſuo. Ac breuius,& clarius alibi: Execramur eorum blaſphemiã, qui dicunt,imposſibile aliquid homini a DEO præceptum eſſe,& mandata eius non a ſingulis,ſed ab hominibus in commune poſſe ſeruari. Atque pulchre diſſerit hoc ipſa Diuus AVGVSTINVS,qui nõ ſemel eadem diſertè docet, quo quidem citato ueteres Orthodoxos ticaſſe eſt. Verum enim uero dogma Eccleſiæ CHRISTI repugnans,non ſolum ab his retunditur Orthodoxis,ſed etiam ab ipſis omnium Orthodoxorum Senatui per diametrum aduerſis hæreticis, & ſchiſmaticis hereſiarchis exploditur,Huſſo atque Luthero: quorum prior ſic ediſſerit: Cum quilibet Chriſtianus, vſum rationis retinens,teneatur DEVM ſuper omnia diligere: ſed non eũ uere caritatiue diligit, ſi mandata eius non cuſtodit, mendax eſt: ideo neceſſe eſt Chriſtiano cuilibet,ut mandata Dei cuſtodiat; ſed non rite cuſtodiet,niſi ea cognoſcat: ideo neceſſe eſt ſibi ad ſalutem,ut mandata DEI primum ſciat,& hinc cuſtodiat. Et alibi: Cum perſpexero, ideſt perfecte aſpexero,ſcrutando præcepta, amando præmia, timendo ſupplicia, adiutus per tuam gratiam,& directus in omnibus mandatis tuis. Non in vno aliis omiſſis,ſed in omnibus: quia dicitur Iacobi 2. Si quis totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno,factus eſt omnium reus. Hactenus hæreſiarcha Huſſus,cui hæreſiarcha Lutherus ſuccedit ipſe, quippe cum Catholicis contra Catholicos ſcribens,idem ſentit: Mandata DEI,ait,etiam leuiſſima & minima,ſunt homini imposſibilia per ſemetipſum, ſed cum Gratia DEI ſunt facillima,vt Apoſtolus: Poſſum omnia in eo,qui me confortat: Recte ergo Hieronymus dixit: Anathema eſſe, qui dixerit impoſſibilia eſſe mandata DEI,ſed non negauit nobis eſſe impoſſibilia.Lutherani quoque inquiunt: Teneamus has regulas,in omnibus encomiis operum in prædicatione legis quod lex non fiat ſine CHRISTO: Ipſe inquit: Sine me nihil poteſtis facere.Hæc illi,quæ Catholice dicta ſunt, niſi hæretice extorqueantur,ac deprauentur.Demum impij Caluinitæ ſibi ipſis repugnantes eadem roborant aperte dicendo: Confitentes nos duce Spiritu Dei bona opera facere poſſe. Nempe præcepta implere poſſe.

[Left margin: D. Hieron. / D. Auguſt. / Huſſ. / Lutherus. / Damentriã / Caluiniani.]

[Right margin: In ca. 5. D. Mat. / In expo. fid. ad D. Da. Pap. / De pe. mer. l. 2 ca. 7. & de gra & libe. arb. c. 2. / Tract. conſt. in car conſ. deman. Do. / In pſa. 118 & Tract. de man. D. Defen. eccl. Iectium. / Conf. Aug. ar. 6. confu. / In Con. fid. Calu. ar. 22]

Digitized by Google

Opera bona ad salutẽ necessaria sũt Coccius.

CCLXVII.

Pseudoapostoli, Simon magus, Valentiniani, Eunomius, Prædestinati, Mahometus, Lisoicus, Heribertus, Beguardi, Lutherus, Melanthon, Capito, Antinomi, Francus, Amsdorffius, Theologastri Saxonici, Theologolli Vuitembergenses, & gregales multi negant bona opera necessaria esse ad salutem. Contra uero Catholici sentiunt, quippe cum Apostolo docent, Nihil cuiquam fidem sine caritate prodesse. Non auditores, sed factores iustitiam assequi; cum Diuo PETRO: Satagite ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Et cum Diuo IACOBO Apostolo & tota Ecclesia CHRISTI Catholica, Nihil credũt & tradũt, fidẽ ad salutem sine bonis operibus ualere, ac propterea tam fidem, quam bona opera ad salutem consequendam necessariò exquiri. Vt enim uiduis Sancti dixerunt Apostoli: Nomen viduitatis non introducet eas in Regnum Cœlorum, sed potius vera fides, & opera sancta. His accedit præter alios equidem multos, Diuus THEOPHILVS Antiochiæ Patriarcha: Legem & Præcepta sancta nobis communicauit DEVS. Quæ si homo seruauerit, salutem consequi, & resurgens hæreditatem incorruptibilem nancisci poterit. Deinde Diuus CLEMENS Alexandrinus: Gratia seruamur, sed non absque operibus bonis. Item Diuus BASILIVS Magnus: Omnes Angelicam uitam ambulantes mercatores sumus; per opera mandatorum nobis possessionem Cœlestium negociantes. Ex Latinis autem Orthodoxis post Græcos Diuus CYPRIANVS Martyr: Iustitia opus est, ut promereri quis possit DEVM iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem. Postea Diuus HILARIVS: Salus gentium omnis ex fide est, & in Præceptis Domini uita uniuersorum. Ad hæc Diuus HIERONYMVS: Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Diuus AVGVSTINVS: Declina a malo, & fac bonum: & cũ hoc feceris, securus expecta uitam: & tunc bona fronte dices: Domine feci, quod iussisti, redde, quod promisisti. Diuus THOMAS: Fides cum operibus necessaria est ad salutem. Hæc autem Orthodoxorum omnium est fides, atque confessio, cui quidem ipsimet suffragantur schismatici, & hæretici; proinde Husitarum sectarius Hussus dicit: Fides, quæ per dilectionem non operatur, inefficax, ad salutem, & mortua est; quia sensu caret, & motu, non sentiens delectationem, quæ est in caritate, nec meritum boni operis. Et sicut non reficitur pauper solo verbo misericordiæ; sic nec ille saluabitur sola fide. Vnde dicitur: Nunquid fides poterit saluare eum sine operibus? quasi dicat, minime fides enim informis non valet ad emptionem beatitudinis, quamuis ualere possit ad euitationem grauioris damnationis, sed uiuificatur per caritatem operantem. Sed contra Marci vltimo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Ergo sola fides sine opere sufficit ad salutem. Solutio. Illa auctoritas intelligitur de fide perfectâ per dilectionem operante, & sic soluit Glossa. Vel potest dici, quod uerba illa intelliguntur de pueris baptizatis, non dum habẽtibus, facultatem operãdi. Vel potest dici, quod intelligatur de fide formata: litera verò de fide informi. Similiter illud Rom. 3. Arbitramur hominem per fidem iustificari, sine operibus legis, id est cœremonijs legalibus. Sicut corpus sine spiritu, q. d. Ita omnes per opera fidei iustificati sunt, non iustificante sola fide: quia sicut corpus sine spiritu, qui dat uitam corpori, mortuum est, id est, penitus mortuum; ita & fides sine operibus, id est, sine dilectione operante, quę est uita animæ, mortua est, quia nihil prodest. Vnde Anselmus in Prosologio: Non absurde dicitur fides uiuere operosa, quia habet uitam dilectio-

Marginalia (left): D. Clemẽs. — D. Theoph. — D. Clemens — D. Basilius. — D. Cyprian. — D. Hilarius — D. Hieron. — D. August. — D. Thomas. — Hussus.

Marginalia (right): Ar. 3. & li. 8. de Sig. Ec. — Const. Apo. l. 3 c. 12. — L. 3. ad Autolyc. — Strom. l. 5. — Hom. 12. in prin. Prou. — In Scorp. c. 6. — In D. Mat. c. 6. — L. 2. c. 1. ad Iouin. — Serm. 39. de verb. Dom. — Ad cap. 3. Apoc. — Ad c. 2. ep. Iac.

Digitized by Google

Peccatum Originis asseueratur. Coccius.

CCLIV.

Peccatū Originis genus humanum, propagatione non infecisse, sed imitatione, esseque morbum quempiam qui propter peccatum ab Adamo cōmissum nobis adhęrere solet, uel nihil esse asserunt Carpocratiani, Manichæi, Pelagiani, Armenii, Albigenses, Beguardi, Zuinglius, Ecolampadius, Caluinus, Beza, Somerus, Puccius, Anabaptistæ, Substantiarii, Accidentarii Contra uerò asserunt CHRISTI Fideles quemadmodum eruditissimus Coccius, ex multis Scripturæ sacræ locis, atque ex viginti sex Orthodoxis Græciæ Patribus, & septuaginta nouem Latinis, & quatuor Ecclesiæ Christi Catholicæ Concilijs, quibus tot centeni Patres Orthodoxi Catholice adfuere, copiose & lucide docet, quos probe assequūtur Iacobini, Isini, Græci, & Lutherus, qui inquit: Quid excusat paruulos nō baptizatos, quod damnantur in æternum? Et iterum: Peccatum Originale qui excusatione dignū statuit nihil sacrarum rerum tenet. Et Conradus Schlusselburgius eum secutus ait: Christus mundat Ecclesiam suam per lauacrum aquæ in verbo. Immundi ergo & contaminati peccato sunt infantes priusquam mundentur Baptismo. Ac rursus aliubi: Peccatum originis esse reuera peccatum, ex definitione peccati originalis patet: Peccatum originis est carentia iustitiæ originalis, quam omnes homines, iuxta primam creationem hominum habere debebant: est reatus propter lapsum primorum parentum, & est deprauatio & malitia ingens ac horribilis totius substantiæ & omnium uiriū hominis, quæ mala a primis parentibus post lapsum in omnes ipsorum posteros, qui naturali modo a mare & fœmina propagātur, deriuatur, propter quæ mala omnes sunt natura filii irę. Item docent, inquiunt confessionistæ, nostræ Ecclesiæ, quod post lapsum Adę omnes homines secundum naturā propagati nascuntur in peccato, &c. quòd uitium originis uoce sit peccatū damnatus & afferens nunc quoque æternam mortem his, qui non renascūtur per Baptismum & Spiritum Sanctum. Damnant Pelagianos, & alios, qui uitium originis negant esse peccatum. His ultimo loco impiorum Caluinianorum seductor Caluinus concordat, dicendo: Illa naturalis prauitas, quam e matris utero afferrimus, tametsi, non ita cito fructus suos edat, peccatum tamen est coram Domino, & eius ultionem meretur. Atqui hoc est peccatum, quod uocāt Originale. Ceterum quia squamas squamæ sectantur, Caluiniani Caluinum secuti, non improbe dicunt: Liberi fidelium sunt ex Adami stirpe corrupta. Remittitur Deus (pueris) peccatum originale, quo vniuersa stirpe Adami rea tenetur.

Luxēburg. Lutherus. Schlusselburg. Protestātes. Caluinus. Caluinista.

Art 2.3.4.5.6 7. De haeret. Confuta. la tom. To.2.3 Gen. fol. 24. Theol. Caluin. lib. 1. c. de Bapt. Theol. Caluin. lib. 1. c. de hom. la psu. conf. Aug art. 2. In c. 5. Ro. uers 12. Catechi. calu.

CCLV.

Paruuli in uteris maternis non sunt iusti ac sancti. Feuardent. D. August.

Paruulos iustos ac sanctos esse in uteris maternis affirmat Caluinus, Beza, ac totus Caluinismus ac Zuinglianismus, quem sane hæresis condemnant Catholici ueritatis Doctores; quorum princeps, Diuus AVGVSTINVS contra horum hæreticorum parentes sic asserit. Quod dicunt, infantē morte præuentum non baptizatum, perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus, & arbitror esse melius, ut Apostolo potius, quam istis credamus. Dicit enim ille Doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et paulo post dicit: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti, quem forte inuenerint infantem, non ex illius unius hominis concupiscentia procreatū, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxiū, nec per CHRISTI gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim: Ex uno deli-

Lib. 8. c. 10. de c. D. et l. 7. de Spir. san. Offic. c. 22. Epist. 89.

Digitized by Google

cto in condemnationem, nisi illo delicto, quo deliquit Adam? Hæc ille Pater Catholicorum Orthodoxus Christianissime disputauit, cuius Orthodoxam doctrinam confirmant omnes Orthodoxi: constabiliunt vero Conciliorum uenerabiles Proceres Mileuitani, Arausicani, Toletani Sexti, Duodecimi, & aliorum, item Pontifices Ecclesiæ Maximi Diui SYRICIVS, SOZIMVS, COELESTINVS, LEO Primus, & Nonus, & multialii. Atqui Diuus EVCHERIVS aperte Catholicam docet sententiam ad hunc modum argumentando: Si paruuli, quod uera fides habet, nascuntur non proprie, sed originaliter peccatores, unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur, profecto eo modo qui sunt peccatores, etiam præuaricatores legis illius, quę in Paradiso data est, agnoscuntur: ut uerum sit utrumque, quod scriptum est: Præuaricatores reputauit omnes peccatores terræ. Diuus præterea BEDA apertius ac pulchrius edisserit, dicens hoc pacto: Erubescat Iulianus qui dicere audet, omnes homines absque vlla peccati contagione nasci in carne, tamque innocentes per omnia, quam fuit Adam, quando creatus est. Quid enim habuit puer iste, ut ab infantia dœmonio uexaretur acerbissimo, si non ullo peccati originalis vinculo tenebatur, quem constat, nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum? Confiteatur Catholicus, quia nemo immunis a noxa primæ præuaricationis nascitur, & inuocet gratiam DEI, qua liberetur de corpore mortis per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum. Hactenus ille, qui & alibi: Nos et si sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut merito cum Propheta gementes singuli dicamus; Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hæc illæ, cui Catholici in uniuersum subscribunt omnes, quibus assentiuntur Hussitæ, Lutherani, & alii plurimi, quorum nomine Melanthon contra se dicit: Docent, quòd post lapsum Adæ omnes homines naturali modo propagati, nascentes habeant peccatum Originis. Intelligimus autem peccatum Originis, quod sic uocant Sancti Patres, & omnes Orthodoxi, & pij eruditi in Ecclesia, uidelicet reatum, quo renascentes propter Adę lapsum rei sunt iræ DEI, mortis æternæ, & ipsam corruptionem humanæ naturę propagatam ab Adam. Et hæc naturæ humanæ corruptio, defectus iustitiæ seu integritatis, seu obedientiæ Originalis, & concupiscentiam complectitur. Estque defectus horribilis, cœcitas, & inobedientia, scilicet carere illa luce ac notitia DEI, quæ fuerat futura sui natura integra, item carere illa rectitudine, hoc est perpetua obedientia cum pura, ac summa dilectione DEI, & similibus donis integræ naturæ. Quare defectus illi & concupiscentia, sunt res damnata, & sua natura digna morte. Estque uitium Originis uere peccatum, damnans & afferens nunc quoque æternam mortem, his quæ non renascuntur per Baptismum & Spiritum Sanctum. Atque præterea ex profligatissima impiorum dœmonum factione Caluinus pro ueritate loquitur: Natura inimici DEI sumus omnes Diabolus in omnibus domicilium habet, quia inde expellitur a Filio DEI. Atque non de vno aut altero sermo habetur: sed de tota progeniæ Adæ. Certũ est ne infantes quidem simul atque egressi sunt ex vtero, insontes coram Deo, & reatu solutos esse. Dehinc Marloratus: Omnes hi perpetuæ damnationi obnoxii sunt, qui ex transgressoribus perfidis, & peccati mancipiis Adamo & Heua orti sunt. Paulus nos cum peccato digni testatur, quemadmodum serpentes suum venenum ex vtero afferunt. Postremo præter alia scripta, quibus id confirmat, scribit hic Beza: Filii Dei nihil prorsus habent, quod non acceperint: acceperint inquam, non nascendo, sed renascendo. Demum Antichristi Caluiniani inquiunt: Confitemur & agnoscimus ingenue, nos esse miseros peccatores, conceptos & natos in iniquitate & corruptione.

Marginalia (left): B. Eucherius. — D. Beda. — Philippus. — Caluinus. — Marloratus. — Beza. — Caluinita.

Marginalia (right): Libr. 2. in Gen. c. 24. — Ad cap. 9. D. Marc. — Ad c. 1. D. Luce. — In con. August. art. 2. uaria. ann. 1588. — In cap. 12. Mat. nu. 18. 43. — In c. 2 Eph. uers. 3. — Confes. c. 4. art. 17. cõf. trent. art. 2. Catechi. Calu c. 1.

Digitized by Google

Peccata nō sunt paria.

CCLVI.

Stoici Philosophastri docuerunt omnia peccata esse paria, idem docent Hiberni, Prædestinati, Athoici, Antinomi, Libertini, Batonburgenses, Eunomius, Pelagius, Iouinianus, Vuicleuus, Lutherus. Melanthon Caluinus, Bullingerus, Seruetus, Georgius Dauid, & Sebastianus Francus, qui contra expressum DEI verbum Pilato dicentis, Qui me tradidit tibi, maius habet peccatum, ita desipit, ut peccata quæuis paria esse asseuerauerit, contra Caluinus & alii omnia letalia peccata esse finxit, quædam venialia esse peccata rectissima distinctione posuerunt, non autem omnia letalia, uel omnia uenialia senserunt, uel aliquando (quod absit) tantum delirium a ueritatis specie alienum excogitarunt. Nam in Scripturis sacris lucide patet ex pœnis, & minis iustis, & peccatoribus datis paria peccata non esse, at confugiunt hæretici hi tanquam ad asylum ac lapidem lydium, insulse, inscite, imperite ac impie oggannientes, omnia peccata esse sua natura mortifera, sed electorum peccata esse uenialia, quia, non imputantur sic a Charybdi in Scillam incidunt DEVM sæue punientem peccata quorumdam, & impune imputantem peccata aliorundem, si vtrorumque vlla causa, nisi ea qua hos eligit, & illos reprobat contra verbum DEI personarum exceptorem sceleratissime constituunt. Sed quantum letifere peccant in hoc hæretici sic hæretice docendo, ex uicenis sex Sacræ Scripturæ oraculis & circiter septuagenos ac longe plures ex Concilio Trullano, & Ecclesiæ CHRISTI Sanctos Patres, & Orthodoxus Doctores, Iodocus Coccius Orthodoxus Theologus euidentissime palam facit. Ceterum perspicue patet hæreticos minime ignorare, imo indigne nos criminari, quod merito, non ut illi, ita sentiunt illustres Ecclesiæ CHRISTI Proceres, nec omnes quotquot claruere Patres, nec Ecclesiæ DEI Doctores a CHRISTO per omnia successiue secula ad hoc usque seculū ac seculi diem & horam, uti tot Theologi Catholici palam ostenderunt, quod quidem in tam clara Euangelij luce, quisquis non uidet talpis ipsis cæcior esse dignoscitur. Nam ut plurima verbi DEI scripta silentio prætereeam aliquot Diuorum Patrum illustrissima testimonia ex ipsius Diuinæ Scripturæ uberrimo fonte hausta in medium afferam D. NILVS præclarissimus Chrysostomi alumnus: Si inter serpentes alios aliis attrociores inuenimus, non est dubium quin inter uitia quoque alia aliis grauiora sint. D. IOANNES Cassianus Pater eruditissimus: Multum interest inter iusti ac peccatoris hominis lapsum, aliud est enim admittere peccatū mortale, & aliud est cogitationem quæ peccato non caret præueniri uel ignorātiæ, uel obliuionis errore aut facilitate ociosi sermonis offendere, aut ad pūctum in Fidei theoria aliquid hæsitare, aut subtili quadam cenodoxiæ titillatione pulsari, aut necessitatem naturæ aliquantisper a summa perfectione recedere. Hæc enim sunt tria lapsuum genera in quibus sanctus licet nōnūquam cadat, tamen iustus esse non desinit: quæ quamuis leuia esse uideantur ac parua tamē faciunt eum sine peccato esse non posse. Diuus inde AMBROSIVS indubitatæ veritatis magister, ut post duo Græcorum testimonia totidem Latina allegem: Tres gradus fecit Psalmus, propter delictorū varietatem: quorū primus gradus est iniquitas uel impietas, dū nō agnoscitur Creator: Secundus grauium peccatorum operibus: Tertius uero leuiū. D. HIERONYMVS Litterarum sacrarum lōge peritissimus ac Iouiniani, parium & similium omnium hæreticorum iugulator: Sunt peccata leuia, sunt grauia? Aliud est decem millia talēta debere: aliud quadrantem. Et de ocioso quidem uerbo, & adulterio rei tenebimur: sed non est idem suffundi & torqueri, erubescere, & longo tempore cruciari. Putas (Iouiniane) nostrum esse, quod loquimur? Audi Apostolum Ioannem: Qui scit fratrem

Left margin: Coccius. Lutzēburg. Coccius. Francus. — Caluinus. — S. Nilus. — S. Ambros. — D. Hierom.

Right margin: Art. 3. De hæret. Lib. 2. art. 3 Parad. 261 — Instit. 2. c. 8 — Ap. Dam. lib. 1. Paral. cap. 12. — Collat. 22. cap. 13. — Ad c. 4. ep. ad Rom. — Con. Iouin. lib. 2. c. 26.

pec-

Digitized by Google

peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei uitam, peccanti non ad mortem: qui uero peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus ueniam: si pro maioribus, difficilis impetratio sit, & inter peccata, & peccata magnam esse distantiam. Vnde & de populo Israel quia peccauerat peccatū ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem, & non obsistat mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & intramus seculum, & eximus de seculo, & hoc præiudicium futurorum est: ergo æqualiter & iusti, & peccatores habebimur apud Deum, quia nunc pari modo & generamur & morimur. Hactenus Orthodoxus Pater, a quo quidem neutiquam discrepant Græci, Husitæ ut Pzribrauus immo Ioannes Hussus Hussitarum dux, qui ait: Ioannes Euangelista aliquando loquitur de peccato graui, siue mortali, aliquando loquitur de peccato leui, quod uocatur a nobis ueniale, & sic uidetur, quod omnis iniquitas est peccatum, sed non contra. Idemque alibi docet maius peccatum sacrilegium, minus fornicationem. Nouissimus locum Lutherus hic obtinet, licet in Inferno primum scilicet a Lucifero obtineat, is etenim docet enucleate Gulam aliquando esse peccatum letale, quandoque uero ueniale: Dicit itaque: Species & differentias Gulæ omitto, quia non semper sunt peccata mortalia, si quidem nec ipsa Gula semper est peccatū mortale, imo raro, nisi sit in usu.

Pzribrauus Hussus. *Profess. fid. Ad ps. 118. & ser. Prag.* *Lutherus.* *De dec. præcep.*

CCLVII.

Gula est letale peccatū

Sardanapali, Lutherique eiusdem primogeniti, Barbaræ imperatricis eius sororis sententia Sibaritica & Aristippica est, Gulam, ebrietatem, comessationes & omnem excessum in cibo ac potu non mortiferum esse peccatum. Quod damnat ipse DEVS per Diuum ESAIAM, dicens: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Et per filium suum ait: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Et per Apostolum Spiritus Sanctus. Neque ebrietates, comessationes, & his similia sectantes, Regnum Dei possidebunt. Per hæc autem & per alia plurima iam olim locutus est nobis DEVS nouissime, per Sanctos Patres ac sacros Doctores in Ecclesia CHRISTI cunctos, quos quocumque seculo misit Veritatis Doctores, quorum duo uidelicet luminaria Ecclesiæ CHRISTI splendentissima in medium tantummodo producam. Diuus AVGVSTINVS prior est, qui perinde sacris prodidit scriptis, ac si nunc contra Lutherum & gregales ex instituto scriberet: Cum ebrietatis malum sit graue uitium & DEO odibile, ita per vniuersum mundum a pluribus in consuetudinem missum est, ut ab illis, qui DEI præcepta cognoscere nolunt, iam nec putetur, nec credatur esse peccatum: vt in tantum & in controuersiis suis irrideant eos, qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam adiurare homines non erubescunt, ut potum amplius accipiant, quam oportet. Qui enim alterum cogit, ut se plus quam opus est bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnem eius vulneraret gladio, quam animum eius per ebrietatem necaret. Posterior est Diuus GREGORIVS: Sciendum est, quia quinque nos modis Gulæ uitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit, aliquando uero tempus non præuenit, sed cibos lautiores quærit: aliquando quælibet sumenda sint præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitate ciborum, & tempori congruit; sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnunquam uero & abiectius est, quod desiderat: & tamen ipso æstu immensi desiderii deterius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Ionathas meruit: quia in gu-

Coccius. *Artic. 7.* *Isa. 5.* *D. Luc. 6.* *Gal. 5.* *D. August.* *Ser. 231. de Tempo.* *S. Gregorius Magnus.* *Lib 30. Moral. c. 13.*

ſtu mellis conſtitutum adendi tempus anteceſſit. Et ex Aegypto populus eductus in Eremo occubuit:quia deſpecto manna,cibos carnium petijt, quos lautiores putauit. Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quod ex eorum uoto Sacerdotis puer non antiquo more coctas uellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accurratius exhiberet. Et cum ad Hieruſalem dicitur:Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ,ſuperbia,ſaturitas panis & abundantia: aperte oſtenditur, quod idcirco ſalutem perdidit: quia cum ſuperbiæ uitio menſuram moderatæ refectionis exceſſit. Et primogenitorum gloriam Eſau amiſit: quia magno æſtu deſiderij uilem cibum,ſcilicet lenticulam concupiuit:quam dum uendendis etiam primogenitis prætulit, quo, in illam appetitu anhelaret, indicauit. Neque enim cibus, ſed appetitus in uitio eſt. Vnde & lautiores cibos plerumque ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus. Proinde & antiquus hoſtis, quia non cibum, ſed cibi concupiſcentiam eſſe cauſam damnationis intelligit: & primum ſibi hominem non carne ſed pomo ſubdidit, & ſecundū non carne, ſed pane tentauit. Hæc ille, quibus iuxta purū putum uerbum DEI & Scripturæ Diuinæ germanā intelligentiam pláne illorum tetundit hæreticorum dogma libariticū, quod ſane merito iure omnes Orthodoxi inficiantur & omnes CHRISTI cultores abominantur. Item Græci, Huſſitæ, quorum princeps & magiſter Ioannes Huſſus cū explorate, tum catholice dicit: Omnes guloſi ſunt idololatræ. *Ser. in Syn. Prag.*

[H]uſſus.

[F]ornicatio [.]aue ac [m]ortiferum [.] peccatū.

CCLVIII.

Scortationem, fornicationem, luxuriam quamcumque, & cetera uitia carnis graue eſſe letaleque peccatum negant Venus, Cynici, Simon Magus, Nicolaus Antiochenus, Gnoſtici, Valentiniani, Paterniani, Vuitiza, Rex Hiſpaniæ, Michael Balbus, Lodoicus, Hibertus, Tandemus, Turilupini, Bacchanalij, Gruhenhaymerii, Vualdenſes, Albigenſes, Almericus, Sagarellus, Dulcinus, Fraticelli, Begardi, Lollardi, Piccardus, Moſcouitæ, Græci, Lutherus, Libertini, & alii ſpurii Veneris, & Satanæ lenones. Quam turpiſſimam erroris libidinem omnis ſpiritualis populus abominatur, omnis Chriſtianus execratur, omnis Catholicus, qui ſolus uere credit & cuſtodit verbum DEI in uniuerſo Catholiciſſimo Chriſtiani orbis deteſtatur, quod in tota Scriptura addidicit, & a Sanctis Doctoribus accepit fideliter traditū; ab Apoſtolis auctum, cumque Diuo PAVLO Catholicorum patrono ait: Neque molles, neque fornicarii, neque adulteri, neque immundi Regnū DEI poſſidebunt. Et cum Diuo IOANNE Apoſtolo & Euangeliſta: Fornicatoribus pars erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Atque cum omniſcio Diuo THOMA & Orthodoxa CHRISTI omni Eccleſia: Abſq; omni dubio tenendum eſt, quòd fornicatio ſimplex ſit peccatum mortale. At uero inter hæreticos quorum pauciſſimi, uel nulli Caſtitatem diligunt atque defendunt teſte Diuo HIERONYMO, Ioannes Huſſus ſic egregie loquitur: Omnes fornicatores ſunt idololatræ: & fornicatores Clerici ſunt idololatræ & ſacrilegi uoti & iuramenti præſtiti tranſgreſſores, & ſic filij Belial, neſcientes Dominum Ieſum, neque officium Sacerdotum.

[B]oecius. [C]ampes Ge[n]. [.]ut[z]ebarg. *Artic. 8. Ser. de S. Ian. do. re. Franco. & de cōſiderat. do. ſtrin. 6. De hæret.*

Gal. 5. Apo. ca. 21. *[A]quinas.* *Part. 2. q. 154. art. 2.* *Hieron. [H]uſſus.* *In Oſea. 3. Ser. habi. in Syn. Prag. ad Elect.*

[I]urare non [s]emper im[pu]ne licet.

CCLIX.

Quamquam Scriptura dicat. Iurationi non aſſueſcat os tuum ſicut ſeruus flagellatus aſſidue a liuore non minuitur, ſic omnis iurans a peccato non purgabitur, multi tamen impiorum aduerſus CHRISVM in Eccleſia ſua regnantem inſurgunt aſſerentes, quod impune liceat iurare,

Digitized by Google

& peierare: Messaliani enim impune iurabant ac contra præceptum Leuitici Dominicum: Non periurabis in nomine meo, peierabant: Periurium insuper esse licitum Priscillianistæ, Apostolici Flagellantes asserebāt. Hoc Christianæ rei studiosissimi Catholici omnino hæreticæ perfidiæ damnatores, Orthodoxiæ fautores, Veritatis & sacrarum Litterarum, & sanctarum Traditionum diligētissimi custodes & obseruatores refellunt. Diuus namque OLYMPIODORVS Philosophus Christianorum clarissimus sapienter edisserit Orthodoxiam Catholicam, dicendo: Bonum est cauere nec iure iurando per DEVM, sacrosanctum illus nomen temere leuiter vsurpemus. De uerbo iuramenti DEI nequaquam studueris & festinaueris, hoc est iuramenta ne frequenter ac temere usurpato. Deinceps Sanctus EDEMVNDVS gloriossimus Cātuariæ Archiepiscopus: Secundum præceptum est tale: Non accipiant nomen DEI in uanum. Nullus homo debet accipere nomen DEI sui in vanum, iurando, sicut dixit Apostolus Paulus: sermo uester sit, est, est, non, non; sine iuramento: Veruntamen homo potest bene iurare veraciter Regi & alijs hominibus, & ut veritas saluetur, & falsitas damnetur, in isto prçcepto prohibetur mendacium, falsitas & iuramentum: per istud præceptum ordinatur homo versus DEVM Filiū qui dicit; Ego sum ueritas. Hæc ille cuius pronunciato arridet Diuus BERNARDVS contra Messalianorum nepotes hæreticos, qui negabant iuramentum & nihilominus falso ijdem peierabant, ut occultarent perfidiam eorum hæreticam, dicit: Patet uos & superstitiose obseruare de iuramento, & flagitiose præsumere de periurio. O peruersitatem, quod ad cautelam consultum est: uidelicet non iurare hoc isti mandato, uices tamen contentiose obseruant, & quod immobili iure sancitum est, & non tanquam indifferens pro uoluntate dispensat. Hucusque ille, cui fauent omnes Theologi Orthodoxi, quorum infimus minime est illorum os Diuus DIONYSIVS omnium rerū humanarum ac Diuinarum multo longe peritissimus: Porro super illud Ieremiæ, inquit; Iurabis uiuit Dominus in iudicio, ueritate & iustitia, dicit Hieronymus. Quod iuramentum tres comites habet, uidelicet iudicium, ueritatem, iustitiā, Iuramentum enim non est bonum, nisi ei qui ipso legitime utitur, ad quod duo requiruntur. Primo, ne quis leuiter, sed ex necessaria causa & discrete iuret: & quo ad hoc requiritur ad iuramentum iudicium scilicet discretionis, ex parte iurantis. Secundo ex parte eius quod iuramento confirmatur, exigitur, quod iuramentum sit uerum, & sic ponitur ueritas. Et quod non sit illicitum aut iniquum, & ideo additur iustitia. Itaque iudicium nō accipitur hic pro executione iustitiæ, sed pro iudicio discretionis: similiter ueritas non accipitur hic, prout est pars iustitiæ, sed prout quædam loquentis conditio: Iustitia uero spectat ad causam pro qua iuratur, ut sit licita. Hactenus Orthodoxus & ceteri Catholici, & post ipsos sceleratissimi nimiæ sanctimoniæ hypocritæ, qui præ nimia Sanctimonia nullum ulla causa iuramentum admittunt, esse licitum recentes hçretici consentiunt.

philosophus. — *Ena. in Ec. c. 8.*

Theologus. — *Spe. Eccl. de dec. prae. c. 11.*

Abbas. — *Ser. quo.*

Carthusian. — *Sum. fid. Ortho. ar. 132. lib. 3.*

CCLX.

Nonnulli impij semper hæretici omnia iuramenta illicita esse cauillantur ut Catharini, Pertrobrusiani, Pseudo apostolici, Vuicleuus, Vualdēses, Albanens, & hæretici neoterici Lutherani, Anabaptistæ. Quod repudiant Orthodoxiæ studiosi Catholici Diuinitus illuminati, & admoniti ab Apostolo, a Diuinis Patribus, ab illustrissimis Doctoribus, sapiētissimis Theologis a sacris Scriptis, & ab Ecclesia Christi Catholica, ad quā nulla perfidia nullusque error accessum habuit, ac habere potuit. Cumprimis uerbū Domini habet Ecclesia iuramentum licitum perhibentis ac minime prohibentis in Deuteronomio; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen

Non omnia iuramenta sunt illicita. Guido Car. Petr. Clun. Lutzēburg. Gab. Flām — *De Catha. In lib. 2. Cat. haret. Ann. inuit. Sancto.*

men illius iurabis. Et iterum: Dominum Deum timebis, & illi soli serutes, ipsique adhærebis, ac per nomen illius iurabis. Atque nouo Testamento hoc seruans edoctus à Cœlo Apostolus lucide iurat hoc pacto: Testis est mihi DEVS, quod memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Et rursum: Ego testem Deum inuoco, quod patiens vobis non ueni ultra Corinthum. Et alias: Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes uos in uisceribus Iesu Christi: In Concilio præterea Ephesino Nestorius cogendus fuit ad iurandum se numquam uelle ad retractatas hæreses reuertere. Deinceps in Constantiæ Concilio articuli perfidiæ Vuicleui condemnati fuere, quorum unus erat iste: Non licet umquam Christianis iurare. Iudicauit idem Concilium sacrosanctum, ut Rex Romanorum, itemque Rex Aragoniæ se seruaturos, quæ polliciti fuerant, quo schisma Ecclesiæ tolleretur. Inter Orthodoxos insuper Patres, & Theologos Scholasticos, qui Orthodoxus, & Pater, & Theologus nomine, & consensu communi Orthodoxorum omnium a me citabitur Diuus DIONYSIVS Carthusiæ decus: Iuramentum, inquit is secundum se honestum & licitum est tam ratione originis, quàm finis. Est enim inductum ad certificandum homines, & ad finiendum contiouersias, & sic ex parte finis est licitum. Ex origine quoque, quoniam iuramentum introductum est ex fide, qua homines credunt Deũ habere infallibilem ueritatem, omniumque notitiam ac uniuersalem prouidentiam. Sed quoniam id quod ex se bonum est, cedere potest in malum alterius, qui eo male utitur, ut sumere Eucharistiam: ideo iuramentũ cedit in malum hominis, qui sine debita necessitate, atque cautela utitur eo: uidetur enim paruam habere reuerentiam Dei, qui eum ex leui causa testem inducit, quod etiam de uiro honesto aliquo non faceret. Et rursus faciliter iuranti imminet periculum periurii ex facilitate consuetudinis, & ob id Dominus iurare prohibuit. At uero quoniam nihil confirmatur, nisi per illud quod firmius digniusque consistit, ideo qui Deum testem inuocat, profitetur eũ esse se maiorẽ, ut pote infallibis ueritatis ac prouisionis, & sic DEO reuerentiam exhibet. Nam & Apostolus dicit: Homines per maiores se iurant. Et Hieronymus super Marcum ait, quod qui iurat ueneratur, uel diligit eum per quem iurat, imo secundum Aristotelem: Iuramentũ honorabilissimum quiddam est. Cum ergo DEO reuerentiam exhibere ad latriam seu religionem pertineat, palam est quod iurare sit actus religionis seu latriæ, & hoc ratione testimonii DEI. Hactenus ille, cui Orthodoxi plane concordant omnes. Item etiam una cum hisdem Lutherus, Brẽtius, Caluinus, Anabaptistæ, Trinitarii, & alij, non tantum ex recentioribus hæreticis, sed & ex antiquioribus, unde pro exemplo ualet, quod de Nouato refert Diuus EVSEBIVS, & Nicephorus: is.n. communicantes secum hoc sibi iuramento astrinxit: Iura mihi per Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu CHRISTI, te numquam nec me deserturum, nec ad Cornelium Romanum Pontificem reuersurum, ex quibus itaque patet, quod iuramẽta non repudiauit, sed quasi licita approbauit. Quod & ex recentibus assequutus est Brentius, qui scriptis suis sic iurat: Ità me DEVS adiuuet. Ergo Iuramenta tamquam illicita non censuit reprobanda. Protestantes inquiũt. De rebus Ciuilibus docent, quod legitimæ ordinationes ciuiles, sint bona opera DEI, quod Christianis liceat gerere Magistratus, exercere iudicia, iudicare res & Imperatoriis, & alijs præsentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iurare postulantibus Magistratibus, ducere uxorem, nubere. Damnant Anabaptistas, qui interdicunt hæc ciuilia officijs Christianis.

Carthusia. — *Sum.fi. Or. ar.132.l.3.* — *Coccius.* — *Lib.8.ar.3. de Sig. Ecc.* — *D.Euseb.* — *L.1.c.35.* — *Nicephorus* — *Lib.6.c.3.* — *Brentius.* — *In Prologo.* — *Lutherani.* — *In Cõf.Au.*

CCLXI.

Homepecca re uitare posse. Lut. Zemb. — *De hæret.*

Lutherus & Melanthon turpissime contendit hominem uitare non pos-

Melanthon. se peccata, quod omnes Catholicæ Veritatis candidati constanter condem nant, & omnes Christianæ Fidei studiosi unanimiter, & omnes Christi Fideles, qui fuerunt, ac sunt, communiter confutant. Nam in tertio seculo a CHRISTO Origenes ait: Sui arbitrii est anima, & inquam uoluerit partem est ei liberum declinare: & ideo iustum DEI iudicium est, quia sponte sua bonis seu pessimis monitoribus paret. D. ANASTASIVS Patriar cha in sexto seculo: Quomodo aquæ caliginem habent ex propria essentia: ita homo etiam proprio & non coacto proposito sua spõte facit et procreat peccatum. Diuus THEPHYLACTO in nono seculo: Dei quidem est uocare, electum autem uel fieri, uel non, nostrum. Nicetas in duodecimo seculo: Cum liberum arbitrium mundi nobis opifex concesserit, actiones nostræ in nostra potestate sunt. Manuel Paleologus seculo decimo quinto: Tam obtemperare dœmonibus, ac pestiferis hominibus, quam eorumdẽ ad pessima cohortantium consilia respuere, in nostra situm est potestate. In hominis arbitrio situm est, ut persuadeatur. Quod autem ita comparatum est, uoluntarium est, ac nostrum, non aliorum. Quod si ui fieret in nobis persuasio, alia uteremur oratione: nunc cum a nostra pendeat electione, cuius dominus est, duntaxat is, qui ea præditus est, quæ dicimus amplectenda ueniant: quippe satis est, ijs probare bonum esse hominem si uelit: & malum fieri, quia uelit. Hactenus Græci Orthodoxi. At uerò ex Latinis tertij seculi in medium aliquot ueniunt adferendi. Diuus itaque ZENO Martyr: Nulla ulli competit excusatio, maxime cum res nostræ commissa sit uoluntati, Propheta dicente: Ante hominem bonum & nequam, mors & uita: quod elegerit, hoc debitur ei. Vnde dubium non est uoluntatem nostram cui se iunxerit parti præbere iustitiam, eiusque resurrectione aut præmio perfrui perenni, aut con simili pœna puniri. D. LAVRENTIVS Episcopus sexti seculi: Homo noli diffidere: res in promptu est: vita in manu est: Virtus in voluntate est. Victoria in arbitrio est. Si voluisti, uicisti: si nolueris, victus relinqueris. Nono seculo Ericus Altisiodorensis: Liberum arbirrium DEVS homini contulit, propter quod dicit, Quoties volui & noluisti, ac si diceret: ex mea parte volui, sed ex tua noluisti. Diuus HVGO circiter duodecimum seculum florens: Sub te erit appetitus tuus, Hoc est, in tua potestate erit cauere tibi uel ab interiori praua uoluntate, uel ab exteriore occasione peccandi. Decimo autem quinto seculo, quæ passim comperiuntur extant contra Lutherum & gregales eius plena, erudita, & præclarissima scripta Orthodoxorum Roffensis, Erasmi, EKij, Cochlæi, Hossij, Bellarmini & plurimorum aliorum, quorum Catholica doctrina doctrinæ omnium Orthodoxorum a CHRISTO vsque adoriendo ex omni parte quadrat. Quorum sententiam orthodoxam ex vno in medium producere decerptam loco erit ceterorum pro quinto seculo. Diuus IOANNES Fischerius: AVGVSTINVS in primis (quem tamen Lutherus inferius pro se citat, de vera Religione capite decimo quarto sic ait: Si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus est omnino, aut monendus. Quibus sublatis, Christiana lex, & disciplina omnis religionis, auferatur, necesse est. Ecce quam paucis verbis Augustinus (Lutheri) articulum efficacissime conuincit. Ad quid enim obiurgatur quis, aut monetur, si non sua sponte delinquat? Immerito certe puniuntur adulteri aut sacrilegi, si seipsos ab his sceleribus cohibere non possent. Quod si possint ac nolint, manifestum est in iis arbitrium esse liberum. Et rursum paulo superius. Nunc vsque adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem ita manifestum est, ut nul'a huic Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiant. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est, voluntate committi. Hæc Augustinus. Ad hoc uero accedunt Græci sacris eruditi Litteris, & a Sanctis Græciæ Patribus instructi hæretici vi veritatis potentissima constricti, qui usque mo-

Marginal notes (left): Melanthon. — Origenes. — Synaites. — Bulgarensis. — Chomates. — Imperator. — Veronensis. — Nouariens. — Benedict. — Victorinus. — Roffensis.

Marginal notes (right): Ad 4 & 8. c. ad Ro ed. 3. — Hom. 20. in Num. — l. 1. Heca. — Ad ca. 22. Mat. — In Thes. Ortho. — L. 4. har. 4. — Ser. de Spi. & cor. — Hom. 1. de pan. — Hom. 5. de S. Steph. — Ad c. 4. Ge. — Asser. Luth. cõfu. ar 36.

do

Lutherus. Melanthon. do uitam miſcere agunt in hæreſibus pertinacem quique liberum homini concedunt Arbitrium. Inter quos Lutherus eſt, vt antea patuit, ac ipſe Melanthon, qui dicit: Voluntas hominis eſt libera, vt facere poſſit iuſtitiam carnis, ſeu iuſtitiam ciuilem, vbi lege aut ui cogitur, ut non furari, non occidere. Hæc ille, qui & alibi idem confirmat: Voluntas humana poteſt ſuis uiribus, ſine renouatione aliquo modo externa legis opera facere. *In viſi. Sax. Co. ca. de li. arb. edi ul. loco.*

Homo poſt Baptiſmum pōt peccare.

CCLXII.

Coccius. Non probant alioqui hæreticiſſimi notoriique ab Eccleſia CHRISTI Catholica ſpurii, antiquç hæreſis amatores, Lutherus, Caluinus, Melāthō, Anabaptiſtarū, Trinitariorū & aliorum infidelium caterua, quod Iouinianus hominem poſt Baptiſmum non poſſe peccare, aſſeruit; nec quod liberi fratres noſtro ſeculo baptizatos iterum, atque regeneratos non poſſe deinceps peccare exiſtimant: quidquid ii faciunt, id benefactum eſſe nihil dubitant. Quod mille abhinc annis, imo ab Orbe condito experientia, Chriſtianique uniuerſi DEO anctore modis omnibus ſimul confutant, quippe hominem iuxta verbum DEI & Spiritus Sancti doctrinam liberi arbitrii olim fuiſſe ac eſſe adhuc credunt, tradunt, & confitentur. Deumque non in caſsū præcepta hominibus dare, trāſgreſſiones præceptorum Diuinorum reprobare, tranſgreſſores iuſtiſſime ipſos minari, puniri rectiſſime ſentiunt. Namque qui aliter ſentiunt DEVM ipſum derident, qui iuſſit nō peccari, & peccatrici cuidam ait: Vade noli amplius peccare. Et in Actis & in Pauliuis Epiſtolis homines baptizati Simon, Alexander, Hymenæus peccaſſe feruntur. O ueritatem inexpugnabilem iuxta ueriſſimam atque clariſſimam, quam quidem qui negant, ab ipſis etiam damnantur hæreticis, ſic enim cōfitentur Confeſſioniſtæ: Damnamus eos, qui contendunt quibuſdam tantam in hac vita perfectionem contingere, vt peccare non poſſint. Hæc ille, quæ merito a Carolo Cæſare, a Ioanne a Dauentria, ab Andrea Fabricio Leodio, a Ioannes Hoffmeiſtero, & aliis Orthodoxis Catholicis acceptantur.

I. 8. de Sig. Ecc.

Lutherani. *Conf. Aug. art. 12.*

Catholici. *Refu. ar. 12 conf. Aug.*

Fides ſemel ſuſcepta ſēper amitti poteſt.

CCLXIII.

Caluinus. Hugnoſtici. Beza. *S. Andreas.* Fidē, quā SPIRITVS SANCTVS inſculpſit Piorū cordibus euaneſcere & perire impoſſibile eſſe nugatur Caluinus, quē Beza, Hugonotæ, & ſimiles hæreſis ſectatores aſſequuntur. His autem contradicunt ſolidi Eccleſiæ CHRISTI Doctores in uniuerſum omnes quotquot vmquam fuerūt. Vnde Diuus ANDREAS Cæſareæ Capadociæ Archiepiſcopus inquit in illud Appocalypſis Diuinæ: In vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat: Eccleſiæ vnumquemlibet, qui ex aqua & Spiritu Sancto regeneratur, tantiſper parturire dicitur, donec CHRISTVS in illis formetur, vt Apoſtolus loquitur. Comperiuntur enim abortiui nonnulli, cuiuſmodi ſunt qui a vera luce, qui CHRISTVS eſt, exciderunt: qui vna cum uita infidelitatis mortem ſuſtinent. Ceterum non expedit lucernam in meridiana clariſſimi Solis luce ſuccendere: patet enim populum infidelem in ueteri Teſtamento, a uera fide aliquando defeciſſe, & uitulum aureum adoraſſe. Atque Euangelicis ſcriptis, Actis & Epiſtolis Apoſtolicis plures a fide exceſſiſſe manifeſtum eſt. Rurſum Hiſtoriæ Eccleſiæ & Martyrologia ferunt quoſdam a fide defeciſſe CHRISTI, ad idololatriam abiiſſe. Sed quorſum hæc? Quis enim adeo cœcutit, & non uidet perſpicue Lutherum, Oecolāpadium, Zuinglium, Bullingerum, Bucerum, Melanthonem, Caluinum, & alios plurimos eorum gregales a fide exceſſiſſe, fidem amiſiſſe, fidem uiolaſſe, labefactaſſe, abnegaſſe, abiuraſſe, eidemque mirum in modum abrenunciaſſe, atque etiam aduerſatos eſſe? Hoc quidem illuminatiſſimi

In cap. 13. Mat. v. 24. Confe Cal Conf pun. 4 ar. 56. Com. in Apoc. c 33.

con-

Fera dent. Caluinus. conspiciunt Catholici,& lucidissime credunt & confitentur,quorum splendentissimam Veritatis lucem Iacobus Andreas, Lucas Osiander atque alij studiose sectantur. Verum Caluinus ipse aduersus se omnes Apostolos a Fide excessisse,& defecisse fuse & singulatim asseuerat. Atque enucleatius Fidem amitti posse edisserit ad hunc modum: Plus satis apparet quam teneri simus ad recipiendam ex malis exemplis vulnera. Ita fit ut vnius hominis defectio ducentis alijs letale infligat vulnus ad extinguendam eorum fidem. *l 7.c.19.de S & Offi. 11. In c.23. Io. uer.2.*

CCLXIV.

Libertas conscientiarum dänabilis, perniciosa, flagitiosa, & Diabolica. Euangelici suo telo prostrati.

Inciderunt in laqueũ quem fecerunt, in foueam quam fecerunt, ceciderunt cœci hæretici. Quandoquidem cum, ut paulo ante constitit, hominem posse uitare peccatum, posse post Baptismum acceptum peccare, fidem semel susceptam amittere asserunt, velint, nolint, hominem esse liberum asserere coguntur. Aliter nequaquam vitare posset peccatum, peccare post Baptismum, fidem amittere. Accedat, quod cum ipsi hæretici libertatem doceant facinorum conscientiarum, frustra omnino eam docerent, si homo minime liber in suis actionibus est. Libertatem autem istam conscientiarũ perniciosam, peccatorum, scelerum, facinorum, fallaciarum, errorum, ac heresum parentem Diabolus amasijs suis eximijs Luthero, Lutheranis, Caluino, Caluinianis, Anabaptistis, & ceteris dœmoniorum alumnis satis superque persuasit. *Lutherus.* Concedo, inquit hæresiarcha Lutherus, Papam habere potestatem condendi leges, sicut Assur Nimbrod habuit, ut esset robustus uenator in terra cora Domino, vt extinguat libertatem Christianam. Hæc ille, cuius improbam fictæ libertatis doctrinam, os olim sugillauit aureum *Chrysost.* Diuus IOANNES, dum ista scripta reliquit: Libertas illa dissoluta ac moderamine carens, vbique mala, confusionisque causa est. Hæc ille contra Lutherum, ad quem Orthodoxus orthodoxe respondit *Roffensis.* Roffensis hoc pacto: Tu videri uis Christianæ libertatis assertor esse, cum nihil sis minus. Nam tua libertas mera seruitus est. Sola fides tibi liberum facit quemque quantumuis inquinetur uitijs, vel sordidissimis. Tuæ libertatis est Ecclesiæ Sacramenta contemnere, quæ semper apud Patres fuere sacrosancta. Tantum tu Christianis libertatem, imo uerius licentiam præmittis, ut nullis aliis Ecclesiæ legibus obtemperent, quam quæ in Euangelijs aut Apostolicis Litteris palam sunt traditæ. Tua libertas omnem cœremoniarũ ordinem euertit, confusionemque proinde maximam pariet tandem in Ecclesia D E I. Apte profecto libertatem hanc depinxit Diuus PETRVS, cũ uetuit, Christianis, ne quasi uelamẽ haberent malitiæ libertatem. Hactenus ille solidissimus Orthodoxorum Theologus, cuius sanissimo pronunciato, orthodoxus *Anglus.* tunc Henricus rex Angliæ adstipulatur, cum inter multa, hæc scribat contra Lutherum: Mores & libelli satis uidentur ostendere nouæ legis Euangelica libertatem non in alio (si quis tibi crederet) quam in libidinis licentia consistere. Hucusque ille, cuius ac superioris Roffensis uera sententia Ortho*Morus.*doxus Angliæ Laicus alter probatur hoc pacto; Quod ritibus, & cœremoniis fatetur Ecclesiam carere non posse, & tamen paulo post unumquemq; liberum esse uult, eadem statuta, uel obseruare, uel transgredi uidelicet, ut libera sit Ecclesia. In quam libertatem sic uocati sumus, inquit, è seruitute, ut nec vlla lege, nec ulla consuetudine teneamur, sed ita uidelicet liber quisque sit in rebus spiritualibus, vt quidquid libet, licere debeat: quid ni? vt dũ vnus natale celebrat, alius faciat Pascha, & dũ Religiosi ieiunãt Quadragesimã, pater potator interea, cũ suis cõpotoribus celebret bacchanalia. Hæc ille Christi Martyr in Lutherũ, quẽ sectãtur turpes hæreticæ prauitatis assertores, & animarũ impii perditores, inter quos Liberi Anabaptistæ sunt, quippe

Asser. art. a Leo. x. dam. ar. 27.
In epist. ad Ro. cap. 11. Hom. 23.
Eor. Confu.
1. Pet 2.
Respon. ad Mart. Luth. Epist.
In Luth. li. 2. c. 9.

Digitized by Google

Caluiniani qui libertatem docent ab obedientia Principum, a decimis, & censibus, atq; redditibus. Hos autem impij ceterorum sectantur Caluinitæ impiam hanc uocem facinorum parentem proferentes: Quod non est præceptum a DEO nobis liberum est. Ceterum tam clarum ab Euangelicis seu Euangelij proditoribus ac dilaniatoribus impiam cōscientiarū libertatem in suam & aliorum damnationem permitti ac probari, quam certum est hoc præsenti seculo & alijs seculis præteritis cunctis, ab omnibus Fidei Christianæ professoribus, & Orthodoxis Catholicæ sententiæ assertoribus modis omnibus plenissime salutifere inhiberi ac reprobari. Ad quos procul controuersia Hussus & hi qui Pontifici ROMANO DEI uerissimo Vicario Auctoritatē summam a CHRISTO illi traditam, relinquit, & potestatem Episcoporū, Sacerdotum & omnis Ecclesiæ nō aufert, accedunt. Quibus plane qui schismate pernicioso laborant Græci succedunt quippe obedientiam Principum, Prælatorum, indicta ab ecclesia ieiunia, statuta Festa, & reliqua id genus consimilia cuncta, pro more suo schismatico nullo pacto impugnant. Atque inter ueteris impietatis Nouatores Theodori Bezæ testimonium & Catholicum est & a nullo Catholico improbandum, & ab ipsis denique hæreticis approbandum; Beza. Asserit itaque non impie ad hunc modum: Libertatem conscientijs permittere, & sinere unicuique si uolet, perire mere Diabolicum est. *In catec. de Bap c.2.* *Epist.1.*

Infidelis nō saluantur.

CCLXV.

Iodoc. Coc. Ethnicos & ceteros impios, nondum Baptismate renatos saluari docuere Basilides, Helchesaitæ, Huldaricus, Zuinglius, Rodolphus Gualterus, Sebastianus Francus, Georgius Maior, Giorgius Dauid, Nathaniel Aelianus cum quibus minus CHRISTI fideles concordant Catholici secundum sacras Scripturas Gen.15. Abac.2. Mat.10. Mar.16 Io.3. Act.10. R.3. 10. Eph.2. Heb. 11. &c. Atque secundum Diuum IGNATIVM dicentem: Nemo erret, nisi crediderit IESVM CHRISTVM in carne conuersatum, & crucem illius confessus fuerit non assequetur vitam æternam. Secundum Diuum IOANNEM Chrysostomum: Fides est origo iustitiæ, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus unquam sine hac Dominum promeruit: nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides innocens ac pura credulitas, qua ad DEVM accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mente Dominū ueneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, felix est: qui deseruerit miser. Hæc in Ecclesia signa ostēdit, uirtutes exercet, charismata cōplet: hæc amplexanda nobis est semper: hæc mētis virtute tenenda. Per illam enim venimus ad CHRISTVM, per illam pergimus ad Deum, per illum properamus ad Cœlum. Et secundum alterū Diuum IOANNEM. Qui fidem non habet, & bona quædam forte operatur is ei similis est, qui haustam aquam in perforatum dolium immittit. Ac secundum Diuum ATHANASIVM: Quicunque vult salus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem: quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit absque dubio in æternum peribit. Hæc ille Ecclesiæ potissimū Græcæ Luminare magnū, cui subscribit tota Christi Ecclesia, & Orthodoxorū omnium Senatus, quorū signifer D. AVGVSTINVS, qui merito Lingua Ecclesiæ uocatur, dicit inter plurima: Non quisquam, præter istam fidem, quæ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconciliatus est Deo. D. præterea PROSPER Catholicissime disputat inter alia dicens: Cum tamen, quod nulla sit apud DEVM iniquitas, nemini liceat ignorare: nec alia Gratia, aut alia Fide, quēquā hominū siue ante legē, siue legis tempore iustificatū esse credēdum sit, quam hæc eadē, per quā Dominus noster Iesus Christus secundū consilium uoluntatis suæ, in fine seculorū

Margin notes: L.3. de Iustif. art.1. — Deifer. Ep. ad Smy. — Chrysost. Ser. in Apo. de fid. Spec. & Carita. — Climacus. In recap. gra.16. — Magnus. In Symb. — D. August. In psa.104. — D. Prosper Ad c. Gall. Res. c.8.

Lombardus uenit quærere,& saluare, quod perierat. Deinde huic plane adstipulatur Scholasticorum Theologorum princeps Petrus, dicens: Sine fide Mediatoris nullum hominem, vel ante, vel post legem fuisse saluatum Sāctorum auctoritates contestantur. & post multa addit: His aliisque pluribus testimonijs perspicue docetur nulli vmquam salutem esse factam, nisi per fidē Mediatoris. Hactenus Orthodoxus ille Theologus, cuius verissimæ asseuerationi, non modo Catholici omnes quotquot umquam fuere adstipulantur, sed etiam hæreticorum quidam plenissime consentiunt, vt protinus *L.3.dist.25.*

Lutherus. duobus Lutheranis,& totidem Sacramentarijs allegatis meridiana luce lucidius istud apparebit. Lutherus enim dicit, Zuinglius nuper scripsit. Numā, Pompilium, Hectorem, Scipionem, Herculem frui æterna Beatitudine in Paradiso cum Petro & Paulo,& aliis Sanctis, quod nihil aliud est, quam aperte fateri, quod sentiat nullam esse Fidem, nullum Christianismum. Si enim Scipio & Numa, Pompilius, qui fuerunt idololatræ, seruati sunt cur oportuit Christum pati,& mori, aut quorsum opus est baptizari Christianos aut doceri Christum? Adeo horribiliter ruunt, neglecto & omisso verbo, neque quicquam sciunt de fide, sed illud ipsum statuunt ac docent; homo *Ad ca. 47. Gen.*

Schusselbur. faciens, quod in se est saluatur. Itaque ualde perniciosus est error, quem nos neutiquam probare, ac tenere possumus. Atque Lutheranus Conradus: Viti Vuinshemii præceptoris sui referens monitum, ait: Optimi studiosi, cauete uobis a Cœlo Zuinglianorum, quia in eo collocant Herculem cum claua sua. Valde enim mihi metuerem a claua Herculis. Deinde *Li.3. Theo. Calu.ar.7.*

Oecolāpad. Oecolampadius Zuinglij alioqui collega dicit: Non uideo qua fiducia quidam Ethnici, quibus nec DEVS locutus est nec ab illis CHRISTVS receptus est, cum multis peccatis onerati sint, spem quandam salutis faciant. Dicunt quod illi DEVM bonum prædicarint. At certi sumus, quod contra dixit illis cor suum, nisi & ipsi diuinitus edocti fuerint. Finge enim illos iustos fuisse, vt fuerunt in speciem sapientes: quid autem in conscientijs suis *In Exeg. sup. Ioh.c. 10. p. 58.*

Beza. inuenias, mox cognosces ex sequentibus. Hæc ille, qnem sectatur Beza, dicendo: Quis vobis uitam innocenter degere dicitur? Is nimirum, qui cum DEVM credat,& CHRISTVM mundi Dominum ac Iudicem, omnibus prodesse studeat, nemini nocere. Ex his principijs cōsequitur, si Socrates, si Aristoteles, Phocion, Fabricius, Cato, Atticus id credidisset, quod credunt Diaboli, aut diaboli ita ut illi uiuerent, uitam utrisque ęternam deberi. At nos neque in his, neque in illis, aut fidem, aut uitam beatam reperire possumus. Nam quod ad salutem attinet, cum ea non sit nuda ac simplex cognitio DEI, sed firmus assensus, per quem fideles Christum sibi a Patre oblatū amplectuntur, fidem istam neque Diabolis (quibus promissiones non offeruntur) neque Socrati,& ceteris (quibus incognitus fuit CHRISTVS) neque sceleratæ uitæ hominibus, (in quibus Spiritus DEI non habitat,) neque falsis fratribus, (quorum fides est fictitia & temperaria) tribuere possumus. *De pun. ha. p. 103.*

Mandata Dei per Gratiam seruari possunt.

CCLXVI.

Coccius. *Caluinista.* Neminem per DEI Gratiam posse Diuina seruare Mandata Lutherus, Melanthon, Caluinus, Ioannes Monhemius & Caluinitę meliūtur. Quod penitus ab omnibus sacris Doctoribus improbatur, & tamquam dogma scelerosum, errorum sentinam, Scripturis contrarium, saluti aduersum,& in DEVM blasphemum, Christiani omnes omni seculo abiecerunt, fide & experientia condemnarunt. Vt autem hoc uerius pateat illustrissimis Veritatis testimonijs palam faciam. Incipiens itaque ab ipso Diuorum Apostolorum tempore in medium adferro Diuum HERMAM Diui PAVLI discipulum, sic iuxta oraculum Diuinum fideliter & orthodoxe testanti: Mandata hæc magna & pręclara sunt:& exhilarare cor hominis possunt, qui potuerit custodire mādata hæc, sed nescio (Domine) *Art. 2. In Cate.*

D. Hermas *l.3. mād. 12*

Digitized by Google

an possint mandata hæc ab homine custodiri. Ait mihi: Hæc mandata facile custodies,& non erunt dura: sed tamen si in cor tuum posueris non posse ab homine custodiri,non custodies. Nunc autem dico tibi, si non custodieris hæc mandata, & omiseris,non eris saluus, neque filij tui, neque domus tua quia ipse iudicaueris, quod non possint hæc mandata ab homine custodiri. Hæc mihi vehemēter iracunde locutus est,ita ut conterreret me ualde: Vultum enim suum mutauerat, ita ut non posset homo sustinere iram eius.Et cum uidisset me conturbatum totum, & confusum cœpit loqui moderatius & hilarius, dicens: Stulte & insensate, inconstans & ignorans Maiestatem DEI,quam magnus, quamque mirabilis sit,qui Orbem creauit propter hominem, & omnem creaturam subiecit homini, & omnem potestatem dedit illi,vt dominetur horum mandatorum. Dominare (inquit) potest omnium horum mandatorum,qui habet Dominum in corde suo: qui autem habēt Dominum in labijs suis, & cor illorum obtusum est,& longe sunt a Domino: Illis,Mandata hæc dura sunt & defficilia. Ponite ergo uobis qui uacui & leues estis in fide, Dominum DEVM uestrum in corde habere, & intelligetis, quod nihil facilius est his Mandatis neque dulcius,neque mansuetius,neque sanctius, &c. Hæc ille in libro Epistolari seu Pastorali,quem commendant Origenes,Diuus ATHANASIVS, D. EVSEBIVS, Diuus HIERONYMVS, Diuus THEODORETVS,& nostro seculo Sixtus Senensis. Præterea omnium eruditissimi Patris Diui HIERONYMI breuis ac luculenta Orthodoxiæ sententia audiatur, dicētis: Si præcepta DEI custodiens,filius efficitur DEI: ergo non natura filius sed arbitrio suo. Ac breuius,& clarius aliubi: Execramur eorum blasphemiā, qui dicunt,impossibile aliquid hominia DEO præceptum esse,& mandata eius non a singulis,sed ab hominibus in commune posse seruari. Atque pulchre differit hoc ipsa Diuus AVGVSTINVS, qui nō semel eadem disertè docet, quo quidem citato ueteres Orthodoxos ticasse est. Verum enim uero dogma Ecclesiæ CHRISTI repugnans,non solum ab his retunditur Orthodoxis,sed etiam ab ipsis omnium Orthodoxorum Senatui per diametrum aduersis hæreticis, & schismaticis heresiarchis exploditur, Husso atque Luthero: quorum prior sic edisserit: Cum quilibet Christianus, vsum rationis retinens,teneatur DEVM super omnia diligere: sed non eū uere caritatiue diligit, si mandata eius non custodit, mendax est: ideo necesse est Christiano cuilibet,ut mandata Dei custodiat; sed non rite custodiet,nisi ea cognoscat: ideo necesse est sibi ad salutem,ut mandata DEI primum sciat,& hinc custodiat. Et alibi: Cum perspexero, idest perfecte aspexero,scrutando præcepta, amando præmia, timendo supplicia, adiutus per tuam gratiam,& directus in omnibus mandatis tuis. Non in vno aliis omissis,sed in omnibus: quia dicitur Iacobi 2. Si quis totam legem seruauerit, offendat autem in vno,factus est omnium reus. Hactenus hæresiarcha Hussus,cui hæresiarcha Lutherus succedit ipse, quippe cum Catholicis contra Catholicos scribens,idem sentit: Mandata DEI,ait,etiam leuissima & minima,sunt homini impossibilia per semetipsum, sed cum Gratia DEI sunt facillima,vt Apostolus: Possum omnia in eo,qui me confortat: Recte ergo Hieronymus dixit: Anathema esse, qui dixerit impossibilia esse mandata DEI,sed non negauit nobis esse impossibilia. Lutherani quoque inquiunt: Teneamus has regulas,in omnibus encomiis operum in prędicatione legis quod lex non fiat sine CHRISTO: Ipse inquit: Sine me nihil potestis facere. Hæc illi,quæ Catholice dicta sunt, nisi hæretice extorqueantur,ac deprauentur. Demum impij Caluinitæ sibi ipsis repugnantes eadem roborant aperte dicendo: Confitentes nos duce Spiritu Dei bona opera facere posse. Nempe præcepta implere posse.

Left margin notes: D. Hieron. — D. August. — Huss. — Lutherus. — Damentriā. — Caluiniani.

Right margin notes: In ca. 5. D. Mat. — In expo. fid. ad D. Da. Pap. — De pe. mer. l. 2 ca. 7. & de gra & li be. arb. c. 2. — Tract. confi. in car conf. deman. Do. — In psa. 118 & Tract. de man. D. De sen. eccl. Ia. eKium. — Conf. Aug. ar. 6. confu. — In Con. fid. Calu. ar. 22

Opera bona ad salu'ē necessaria sūt Coccius.

CCLXVII.

Pseudoapostoli, Simon magus, Valentiniani, Eunomius, Prædestinati, Mahometus, Lisoicus, Heribertus, Beguardi, Lutherus, Melanthon, Capito, Antinomi, Francus, Amsdorffius, Theologastri Saxonici, Theologolli Vuitembergenses, & gregales multi negant bona opera necessaria esse ad salutem. Contra uero Catholici sentiunt, quippe cum Apostolo docent, Nihil cuiquam fidem sine caritate prodesse. Non auditores, sed factores iustitiam assequi; cum Diuo PETRO: Satagite ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Et cum Diuo IACOBO Apostolo & tota Ecclesia CHRISTI Catholica, Nihil credūt & tradūt, fidē ad salutem sine bonis operibus ualere, ac propterea tam fidem, quam bona opera ad salutem consequendam necessariò exquiri. Vt enim uiduis Sancti dixerunt Apostoli: Nomen uiduitatis non introducet eas in Regnum Cœlorum, sed potius vera fides, & opera sancta. His accedit præter alios equidem multos, Diuus THEOPHILVS Antiochiæ Patriarcha: Legem & Præcepta sancta nobis communicauit DEVS. Quæ si homo seruauerit, salutem consequi, & resurgens hæreditatem incorruptibilem nancisci poterit. Deinde Diuus CLEMENS Alexandrinus: Gratia seruamur, sed non absque operibus bonis. Item Diuus BASILIVS Magnus: Omnes Angelicam uitam ambulantes mercatores sumus; per opera mandatorum nobis possessionem Cœlestium negociantes. Ex Latinis autem Orthodoxis post Græcos Diuus CYPRIANVS Martyr: Iustitia opus est, ut promereri quis possit DEVM iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem. Postea Diuus HILARIVS: Salus gentium omnis ex fide est, & in Præceptis Domini uita uniuersorum. Ad hæc Diuus HIERONYMVS: Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Diuus AVGVSTINVS: Declina a malo, & fac bonum: & cū hoc feceris, securus expecta uitam: & tunc bona fronte dices: Domine feci, quod iussisti, redde, quod promisisti. Diuus THOMAS: Fides cum operibus necessaria est ad salutem. Hæc autem Orthodoxorum omnium est fides, atque confessio, cui quidem ipsi met suffragantur schismatici, & hæretici; proinde Hussitarum sectarius Hussus dicit: Fides, quæ per dilectionem non operatur, inefficax, ad salutem, & mortua est: quia sensu caret, & motu, non sentiens delectationem, quæ est in caritate, nec meritum boni operis. Et sicut non reficitur pauper solo verbo misericordiæ: sic nec ille saluabitur sola fide. Vnde dicitur: Nunquid fides poterit saluare eum sine operibus? quasi dicat, minime fides enim informis non valet ad emptionem beatitudinis, quamuis ualere posit ad euitationem grauioris damnationis, sed uiuificatur per caritatem operantem. Sed contra Marci vltimo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Ergo sola fides sine opere sufficit ad salutem. Solutio. Illa auctoritas intelligitur de fide perfectā per dilectionem operante, & sic soluit Glosa. Vel potest dici, quod uerba illa intelliguntur de pueris baptizatis, non dum habētibus, facultatem operādi. Vel potest dici, quod intelligatur de fide formata: litera verò de fide informi. Similiter illud Rom. 3. Arbitramur hominem per fidem iustificari, sine operibus legis, id est cœremonijs legalibus. Sicut corpus sine spiritu, q. d. Ita omnes per opera fidei iustificati sunt, non iustificante sola fide: quia sicut corpus sine spiritu, qui dat uitam corpori, mortuum est, id est, penitus mortuum; ita & fides sine operibus, id est, sine dilectione operante, quę est uita animæ, mortua est, quia nihil prodest. Vnde Anselmus in Prosologio: Non absurde dicitur fides uiuere operosa, quia habet uitam dilectio-

Margin notes: Ar. 3. & li. 8. de Sig. Ec. — D. Clemēs. Const. Apo. l. 3. c. 12. — D. Theoph. L. 3. ad Autolyc. — D. Clemens. Strom. l. 5. — D. Basilius. Hom. 12. in prin. Prou. — D. Cyprian. In Scorp. c. 6. — D. Hilarius. In D. Mat. c. 6. — D. Hieron. L. 2. c. 1. ad Iouin. — D. August. Serm. 39. de verb. Dom. — D. Thomas. Ad cap. 3. Apoc. — Hussus. Ad c. 2. ep. Iac.

nis,

coguntur asserere, ac opera bona ad iustificationem hominis multum valere, per eaque nos cum bonis temporariis, tum æternis augeri, una cum Catholicis ac Græcis schismaticis confessione Augustana confitentur, omnes protestantes. Vt autem fusius a Christianissimis Patribus exordiar Diuus IGNATIVS dixit: Hortor ut labori huic tuo incrementa adiicias. Præsens namque labor modicus, multa autem quæ hinc expectatur, merces. Alter Diuorum Apostolorum Diuus Discipulus DIONYSIVS: Si ad diuinam imaginem quispiam sanctissime uixerit, quantum uiro possibile est Deum imitari, Diuina in seculo futuro, & beatissima donabitur requie: sin autem ad summā illam non peruenit effigiem, sancte tamen se in vita habuit, paria & ista merita præmiis referet. Ad Apostolicos deinde alios cōfugio testes, quorum (plurimis omissis) unus est Diuus CLEMENS, qui rectissime dicit: Deus omnia distribuit pro meritis, cum iusta sit dispensatio & œconomia. D. HYPPOLITVS: Humanus sum, inquit Dominus, & iustus quoque iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor, omnibus pro cuiusq; labore mercedem præstabo, omnibus pro suo certamine præmia rependā. Diuus CYRILVS: Si parum laboraueris, parum accipies: si multum operaberis, multa te merces manet. A Grçcis autem recedēs ad Latinos uenio. Diuus Zeno: Quantum quis crediderit, & operatus fuerit, tantum Beatitudinis & habebit. Diuus HILARIVS: Dictum est: Desiderasti sapientiam, serua mandata, Dominus præstabit tibi eandem. Præstat ergo Dominus sapientiam his, qui per meritum operum gratiam intelligentiæ consequuntur. Diuus AMBROSIVS: Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra, cum Scriptura dicat: Ieiunium & elemosyna a peccato liberat. Qui sunt ergo hi præceptores noui, (Luteranos & gregales alloquitur vel eorum parentes) qui meritum excludunt ieiunii? Nonne Gentiliū vox ista est dicentium? Manducemus & bibamus? D. HIERONYMVS: Dicerem uobis, quia uado, & præparabo uobis locum, si non mansiones multæ essent apud Patrem, hoc est si non unusquisque mansionem sibi nō ex largitate Dei, sed ex propriis operibus præparet: & ideo non est meum parare, sed uestrum. Diuus COELESTINVS: Tanta erga omnes homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona: atque pro his, quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Synodus Arausicana: Debetur merces de bonis Operibus, si fiant: sed Gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant. His autem omnibus concordant omnino Christiani omnes, Doctores omnes Orthodoxi atque Catholici, quinimo pleriq; hæretici eisdem Catholicis adstipulantur. Hussus porro sic scribit: Cum perspexero in omnibus mandatis tuis, idest perfecte aspexero, scrutando præcepta, amando præmia, timendo supplicia. Caluinus, Beza, Buzerus, Spangenbergius, Melanthon & plures, Scripturarum oraculis, Patrumque testimoniis conuicti ceu coacti nobiscum consentiunt: imo Lutherus est, qui secum ipse pugnans, dicit: Ideo data sunt nobis a Deo præcepta, ut per ea mereamur. Vbi non est præceptum, ibi non est obedientia. Ergo vbi Præceptum & obedientia non absunt, meritum adest ex sententia Lutherana. Cui astipulatur Melanthon: Sciendum est, etiam præmia proposita esse bonis Operibus, seu bona opera mereri præmia temporalia & spiritualia. Verum plus his donat Beza bonis Operibus, cum mercede æterna, ac merito interminato eadem augeri docet, dicens: Vita æterna his tantum promittitur, qui operibus iustitiæ, hoc est, bonis operibus seruiunt. Idem probat cum Husso Hussitæ & pares, quorum insuper assertioni assentiuntur Lutherani, dicentes: Manifestum est bona opera nō solum hic in terris, sed etiam in Coelo coram DEO esse necessaria, ut pro ijs gloriosum præmium & compensationem æternæ uitæ & salutis accipiamus, & temporales & æternas poenas euitemus. Ac iterum: Docemus, operibus fidelium proposita & promissa esse præmia. Docemus bona opera meritoria esse (& post hæresim rursum

Marginalia (left): Feuardent. Martyr. — Areopagita — Alexandr. — Martyr. — Hierosolimitanus. — Martyr. Pictauiēsis. — Episcopus. — Cardinalis. — Papa. — Concilium. — Hussus. — Luterus. — Melanton. — Beza. — Hussus. Luterani. — Deuentriacus.

Marginalia (right): De Cœl. Par. 8. li. 5. & 6. — Epistol. ad Mar. Cassobol. — Eccl. Hier. c. 7. par. 3. — Strom. lib 4 — Orat. de con. Sum. mun. — Catechc. 1. — In uita S. adfore. — Prolo. in ps. — Lib. 10. Ep. 82. — Lib. 2. c. 15. con. Iou. — Ep. ad Gal. cap. 12. — Cap. 18. — In psal. 118 — Aduer. Antin. — Loc. com tit de bo. Ope. — Cōfe. punct. 4. art. 19. — In epist. D. Iuda. — Lib. de conuer. Pauli. cap. 1. — Confu. art. 6. conf. August. de bo. oper.

Ca-

Calvinus. | Catholice addunt) præmiorum corporalium & spiritualium in hac uita, & post hanc uitam. Sed nouissime audiamus impurissimum ganeorum Satanæ more solito sibi reluctantem Caluinum: Posteaquam nos DEVS in gratiam recepit, gratuita etiam acceptione opera nostra amplectitur; hinc merces dependet. Nihil igitur absurdi, si bona opera præmio dignetur. Rursum: Admonet CHRISTVS in quærenda bonorum operum mercede, patienter expectandum esse vltimum Resurrectionis diem. Hactenus Sophistarum monarcha, cui iterum assentitur Beza, dicens: Tanta est DEI bonitas, ut opera nostra quamuis imperfecta, non modo non improbet, sed etiã eousque probet, ut mercede dignetur, tum in hac uita, tum etiã in futura.

In ca. 5. 2 Cor. vers. 10

In c. 6. Matth. 1. 4.

Beza.

Confes. pun. 4. art. 19.

CCLXIX.

Bona opera laude digna Feuardent.

Thomae. 8 l. cap. 6. de C. P.

Profitentur impietatis Hugnosticæ cooperatores Caluinus, & Beza bona opera, non modo esse præmio digna, sed etiã nullam mereri laudem. Quod etsi non profiterentur satis tamen hoc indicarent conuitia turpia, quæ in eadem nectunt, & contumeliæ, quibus ea perfidiose ac nequiter traducunt. Hæc omnia Orthodoxa, & Catholica CHRISTI detestatur Ecclesia ĩ quocumque seculo & pulchre ac religiose abominationis loco habent, quę iure Christianissimo bona opera uehementer commendat, meritis iustisque laudibus redimit. In primis enim CHRISTVS Magdalenæ obsequium, lachrymas, oscula, publicani humilitatem, confessionem, pectoris tunsionem cõmendat. Igitur docuit bona opera laudanda laudeque digna. Sicut enim mala opera vituperio sunt digna, ita bona opera sunt digna laude. Hoc fecerunt Apostoli in suis Epistolis, Patresque Sancti in suis agiographis: quando de oratione, eleemosyna, ieiunio, & ceteris bonis operibus, uel de uiris illustribus, & Sanctis Dei electis scripserunt. Vnde unus D. GREGORIVS Nazianzenus cognomento Theologus dicit: Vt actio si a fide deseratur, laudẽ non meretur; ita fides sine operibus mortua est. Hæc ille, qui Orthodoxe bonas actiones laudem promereri duxit, ac passim dixit laudes operum bonorum, encomia uirtutum, ac cunctarum bonarũ actionum præconia, quæ propter ea meruerunt Diui CYPRIANVS, ATHANASIVS Magnus, BASILIVS Magnus, ut pote qui ipsa egregia facinora perpetrarũt, plerisq; orationum descriptionibus. Idem similesque multi alii Patres illustrissimi perfecerunt, de quibus hactenus pro testimonio Ecclesiasticæ traditionis. Cui præterea plurimi fauẽt hæretici, quorũ numero est Caluinus. Eidem fauent plurimi hæretici, quorum numero Lutherani sunt, qui dicunt: Teneamus has regulas, in omnibus encomiis operũ, in prædicatione legis, quod lex non fiat sine CHRISTO. Deinceps. Caluinus sibi aduersus illis uero assentiens plus satis satisfaciet: Non paruam laudem meretur eorum obediẽtia, dum CHRISTI mandato simpliciter parentes, euentum committunt eius arbitrio. Quod (cæcus natus) tam exigua CHRISTI notitia totum se illi addixit, eo plus laudis meretur eius fides & prompta obedientia. Magnã potius laudem meretur eius (Pauli) humanitas. Fœminis ad sepulchrum sedulo præparantibus, non vulgaris merces reposita est. Has ipse conuitiatorũ sectarius laudat ac demum de Abram differens, ait: Hucusque laudem meretur, quod recto viuendi fine uitam suam quouis prætio redimere paratus est.

Dauentriaens. Caluinus.

In artic. 6. cõfes. Aug. confu.

In cap. 14. Matt. v. 16.

In c. 9. Ioa. vers. 7.

In cap. 21. Act. Apo. uers. 26.

In cap. 28. Mat. v. 1.

CCLXX.

Opera supererogationis assenrantur. Lutherus.

In colloq. lat. to. 1. c. c. de San. & in Al. art. 30.

Hostis Dei, fidei abnegator, & Christianismi insectator, scelerosissimus Lutherus omnia supererogationis opera hæreticissime damnat, & inter multa, has hæreses obscuro sempiternæ mortis carcere digna obscuri ille Tartari Cyclops in lucem profert: Horrendus certe error Scripturam sa-

cram

Digitized by Google

cram in præcepta & consilia impia distribuere, & deinde docere, omnes ho
mines posse & debere præcepta Dei seruare, sed consilia esse libera, illa non
obligare. Ex isto fonte orta est securitas, & hypocrisis operum supererogationis,
& non debitorum. Hæc impiissimus hæresiarcha, a quo neutiquam
Caluinus. alter hæresiarcha impiissimus ac pessimus ullatenus discrepat Caluinus, *Instit. her. lib. 4. c. 13.*
quemadmodum & impii Lutherani & Caluiniani, ac reliqua reproborum
caterua. A quorum quidem dœmoniorũ doctrina uniuersa Christi Ecclesia
Catholica semper abhorruit atque adhuc abhorret, quod nec ipsi eius
aduersarii negant, quippe qui hanc ob causam eidem pro uiribus impiissime
aduersantur. Id tamen ad Fidelium Christi solatium, & in despectum,
odium, rabiem ac confusionem horrendam perditorum hæreticorum, qui
ad scelera suadenda & bona opera dissuadenda, eneruãda atque destruenda
nati sunt duo testimonia utique uera & luculentissima, alterum ex antiquis
Patribus, alterum vero ex recentibus Theologis in medium afferam. Horum
D Hermas. itaque prior est Discipulus Diui PAVLI clarissimus Diuus HERMAS, *Libr. 3. simil. 5.*
qui ad hunc modum diuinitus monitus scriptum reliquit: Si præter
ea, quæ mandauit Dominus, aliquid boni adieceris maiorem dignitatẽ,
tibi conquires, & honoratior apud Deum eris. Hæc ille iuxta Diuinum oraculum,
in libro Pastorali dicto, quem uenerabilis Orthodoxorũ Patrũ Anti *Vide to. 1. Bibl. sancto. Pat. S. Her.*
Gulielmus. quitas probat atque commendat. Posterior uero est inter neotericos specta
tissimus Theologus, Guilielmus Altisiodorensis qui ista memoriæ prodi *In sum. li. 3*
dit: Meremur de condigno caritatis augumentum, sed non quibuslibet
caritatis operibus, sed solis Operibus strenuitatis & Supererogationis. Hęc
ille Theologus Orthodoxus, cui ceteri fauent in scholis Theologi Orthodoxi,
& omnes Christianitatis Doctores, quibus etiam assentiuntur hære
tici, quos suo loco ubi de consiliis Euangelicis agam, citabo, nunc tantum
Hussitarum sectarium Ioannem Hussum martyrem Satanæ, doctorem hæ
Hussus. resum, modo ueritatis Catholicæ confessorem & defensorem audisse con
tenti simus: Hoc itaque enim ille pacto asserit: Vnus dicitur alio perfectior, *Tom. 2. fol. 2. 43. 6.*
in quantum non solũ seruat mandata, quæ sunt necessitatis; sed etiã cõsilia,
quæ sunt Supererogationis: & sic dicit Christus Mat. 19. si uis perfectus esse
vade & uende omnia, q̃ habes, & da pauperibus, & ueniẽs sequere me. Hactenus
hæresiarcha ille Catholicã catholice Orthodoxiã profitet̃, atq; tuet̃.

Opera bona peccata non sunt. *In Asser. cõfuta. art. 31 & 32.*

CCLXXI.

Roffensis. Ita assueuit mẽdacijs & hæresibus Lutherus, vt nũquam fere, ac nusquã
nesciat mẽtiri ac hæresim promulgare: Lutherus enim eo insaniæ extremæ
peruenit, vt inficias non eat, quod omnia opera quantũcumque bona, mala, *Loc. com. edit. pri.*
mortifera, uitia & peccata esse & ita mẽtiatur una cum suo asino cumano *Libr. con.*
Melanthon Melanthone scilicet item una cũ Nicolao Amsdorffio, Sebastiano Franco, *Maio.*
Amsdorffius. & Antinomis, itẽ Caluino illo pessimo una cũ aliis & Beza, qui bona opera *Parad. 243 244.*
Francus. pollutiores Gratiæ Dei dicit, & gregales ceteri dœmoniorũ audẽt (si fas est
Antinomi. barbarie usurpare) hæreticare. Præterea Caluinus non semel uocat opera *In confessio. Mãsfelden.*
Caluinus. quãtũuis bona mutila, corrupta, corruptione polluta, impura, ĩmunda, dimi *Ad c. 5. Io.*
diata, indigna Dei conspectu, damnabilia, & æterna damnatione digna. Hæc *Inst. li. 3 &*
ille, qui tã mirũ in modũ secũ dissidẽs ut scribit: Suos hortatur Christus ad *in c. 1. Luc.*
sincerum bonorum operũ studiũ. Deus aliqñ patefaciet sibi placuisse, quæ *vers. 6. & 1*
videbãtur periisse bona opera. Dño probãtur fideliũ conatus & studia, perin *Antid. cap.*
de ac si integrã illi obediẽtiã præstarent. Sciamus fidẽ præcipue in Zachęo *Trid. Ses. 6.*
laudari, cũ gratia factũ est, vt bona quoq; opera Deo placerent. Si diligimus *In c. 6. Mat. v. 14. 16. 17*
Deũ bene tẽperatę erũt oẽs nostræ actiones, & propterea Deo probatæ. Hu *18. 24.*
Feuardent. cusque ille triplex bestia, quæ eadem sæpius confirmat, quod constabiliunt *In c. 19. luc.*
Lutherani: Docent, quod fides illa debeat bonos fructus parere, & quod o *v. 9. & c. 8.*
porteat bona opera mandata a Deo facere, propter uoluntatẽ Dei, & c. Rur *1. Cor. v. 3.*
sum: Postquam persona recõciliata, & iusta fide, id est accepta est, placet obe *Lib. 8 c. 5. de C. P.*

dientia, & reputatur esse quædam iustitia, sicut Ioannes inquit: Omnes, qui in eo manet, non peccat. Et 2. Corint. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Ac debet hæc obedientia repugnare prauis cupiditatibus, & subinde spiritualibus exercitiis fieri purior, & cauere, ne quid committamur contra conscientiam, iuxta illud: Summa legis est dilectio, ex puro corde & conscientia bona, & fide non ficta. Qui uero obtemperant prauis cupiditatibus, & agunt contra conscientiam, uersantur in peccatis mortalibus nec fidei iustitiam, nec iustitiam bonorum operum retinent, iuxta illud Pauli: Qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt. Hæc illi. Ecclesia porro quæ semper mendacia detestata est, semperque ab hæresi horruit, hoc perpetuo respuit, toto corde hactenus abominatur, toto animo detestatur, toto ore execratur, scriptis notat, traditionibus carpit, assertionibus sugillat, Canonibus condemnat, statutis abiicit, & decretis maledicit. Namque exemplum ad manus sese offert, quod in concilio Tridenti habito, Patres illi uere Orthodoxi Diuino nutu fidem Catholicam religiosissimo decreto statuerunt: Si quis dixerit opera nostra, quæ ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta fuere, esse peccata, anathema sit. Hoc etiam respuunt Græci, Hussitæ, Vuicleuistæ, Vualdenses, Lutheritæ, Caluinitæ, & illi hæretici, qui paulo ante recte de bonis locuti sunt Operibus, istudque plurimi alii respuũt hæretici, quos hic recensere, sicut longũ, ita ociosum studiosis, ac sapientibus cunctis uideretur. Idcirco in re tam euidenti sibi repugnante, & superflua supersedere iure mihi uisum est.

Synodus. — *Ses. 6. tit. de iust. Can. 7*

CCLXXII.

Liberorum educatio approbatur. *S. Theodoretus.* *Damascen.* *Caluinista.* — *Haret. fab.* *Hares. 88.* *In catechi. con. tuta. a Feuardent.*

Parentibus impie suadebant Messaliani, ut liberorum educationem negligerent, quod impium est, & Diuinis legibus contrarium, omnique Christiani pietati aduersum, Doctrinæ Ecclesiæ repugnans, itidem legi naturali, humanę, ciuili, canonicæ reluctans, imo ipsis Turcarum, Ethnicorum, & hæreticorum reclamans statutis, & a Lutheranis, Caluinitisque, ab Anabaptistis, a Trinitarijs & a ceteris hæreticis tanquam dogma erroneum, perniciosum, pestilens, superbum, impium, diabolicum, & hæreticum longe exploditur. Nec recẽter quidem, sed ab antiquis ineuntis Ecclesiæ Christi diebus, ut ex uno auctore indicabo, qui est D. IGNATIVS ille Megalomartyr sapiẽtia, & pietate grauissimus: Patres, exhortatur, educate filios vestros, in disciplina, & admonitione domini, & docete eos sacras Litteras, & artes, ut non dedant se otio, & inertiæ. Honeste (inquit) educat iustus pater liberos: in filio sapienti lætabitur cor eius. Hæc ille Pater plane Apostolicus, qui eadem alibi quoque repetit & inculcat piissime. Quæ Ecclesia Spiritu imbuta Apostolico ex eo tempore hactenus custodiuit, atque diligenter curauit. Quam ob rem piissima educatio liberorum potissime in disciplinis pietatis & doctrinis Christianitatis a uenerabilibus Concilii Tridentini Patribus iussa & declarata fuit. Propter quod etiã antiquo tempore hæretici puerorum educandorum maximam curam habuerũt, quemadmodum Theodorus Præsbyter Græcus olim scripsit: Qui (hæretici) pro tuenda mẽdaci falsitate Eutychis, & Dioscori, in vnum conspirant; ac ueluti militarem delectum agentes contra ueritatem tanta pertinacia, totque priuilegiis solã Catholicam, & Apostolicam Dei Eccclesiam oppugnãt: ita ut quos habẽt puerulos, linguæ (per ætatem) adhuc impeditioris, & necdum compotes eloquii, aliquanto etiam prius quam ad magistros se conferant, erudiendi primis literarum elementis, eos exacuunt, atque persuadeant inducendo quo dicere possint, & audire, quæ afferũtur pro tuendo dogmate pręcipui apud se honoris. Hæc illi hæretici ueteres, quibus nouitii hæretici Lutherani, & Caluiniani ad educationem puerorum catechisma suæ infidelitatis hæreticæ, Ethnicæ, atque diabolicæ composuerunt, atque ex multis veterum, & recentiorum hæreticorum persuasionibus a Diabolo suggestis, & ex

D. Ignatius — *Ep. ad Philadelph.* *Ep. ad Antiochens.*

Theodorus. — *Com. prapa. Gal. Phil. interp.*

impijs

Digitized by Google

Caluiniani impiis perfidiosæ falsitatis opinationibus consarcinauerunt. Caluinitæ enim patrinis offerentibus puerum, ut baptizatur sic portentose nugantur: Promittitis hunc puerum instituere in omnibus, quæ tum ueteris tum noui Testamenti scripturis continentur. Deinde Caluinitarum auus & parens Lutheritarum sic quærule habet. Nonne dedecus est magnum in tota parochia Vuitembergensi, tantum unum haberi rusticū, qui ex tot pagis sincere suam familiam ad uerbum D E I, & catechismum hortetur? Ceteri omnes recte ad Diabolum ire pergunt. *Cate. Caln. cap. 2.* *Luterani.* *Colloq. mē sal. 10. 1. p. 94.*

CCL XXIII.

Oratio bonū opus utile, et necessariū ad salutem

Orationem quamcumque, aut uix excepta Dominica, detrahunt, & inter res nullius emolumenti & necessitatis adnumerant, post Epicurum & Peripateticos, Prodicus, Pelagiani, Turilupini, Bogomili, Begardi, Vuicleuus, Barbara, Lutherus, Sebastianus Francus, Ioannes Monhemius, Caluinistæ, & Lutherani quidam abnegato perspicuo ac dilucido Dei uerbo persuasi a Luthero omnia necessitate absoluta fieri, orationem, tamquam rem inutilem, penitus reiiciunt. Nam si omnia necessario fiunt, frustra quis, inquiunt, Deum orat pro ea re, quæ si futura est, etiamsi non oret, eueniet: etsi futura non erit, etiam si oret, numquam eueniet. Hæc quidem contra expressum D E I uerbum docentur. Inuoca me inquit, in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Omnis, qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. Orate pro inuicem ut saluemini: multum enim ualet oratio iusti assidua. His & aliis plurimis oraculis Diuina refertur Scriptura, cui uere & non ficte credunt Catholici, & astipulantur. Origenes enim inter ueteres celeberrimus docet Orationem bonam, utilem atque etiam necessariam esse: Populus D E I, inquit, non tam manu, & armis, quam uoce & lingua pugnabat: idest orationem fundēs ad Deū, prosternebat inimicos. Ita ergo et tu, si uis uincere inimicos eleua actus tuos, clama ad DEVM, ut dicit Apostolos: Orationi instantes, & uigilanter in ea. Hæc enim est Christiani pugna, qua superat inimicum. Deinceps Sanctus M A C A R I V S: Nulla maior uirtus est, nulla efficatior consolatio, quam uera inuocatio. Si enim fuerint dœmones robustis montibus fortitudine pares, tamquam ab igne cera comburentur ab oratione. S. A N T I O C H V S: Vacari orationi indiuulse ac iugiter cum primis necessarium, & nobis per quam frugiferum est. Atque Græcis Patribus Latinos adiiciam. Diuus M A R T I A L I S Apostolus: Oratio uobis necessaria est. Instantes itaque orationi instate quotidie. Quia aduersarius uester in circuitu quærens, ut fera pessima, quem ex ouibus D E I dilaceret: qui maxime per fidem stabilem & orationem puram fugit ob ouili D E I. Diuus CYPRIANVS: Cum CHRISTVM habeamus aduocatum apud Patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba promamus. Nam cum dicat: Quia quodcumque petierimus a Patre in nomine eius, dabit nobis, quanto efficacius impetramus, quod petimus in CHRISTI nomine, si petamus ipsius oratione? & post pleraque, Scriptura Diuina dicit: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Nam qui in die iudicii præmium pro operibus & elemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. Diuus A V G V S T I N V S: Oratio est refectio ieiuniorum, aduocat gratiam Spiritus Sancti. Oratio duritiam cordis mollit, austeritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio, sic & ieiunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Quid autem oratio, nisi assentio animæ de

Marginalia (left): Cocceius. Gerson. Feuardent. Alphonsus de Castro. Origenes. Aegyptius. Monachus. Lemouicensis. Martyr. Hipponēsis.

Marginalia (right): Lib. 3. art. 4. De instit. hor. rer. de S. Ludou. & de confid. doctrin. 6. In Caluin. confu. Cont. har. de orat. Ps. 49. 119. D. Matth. 7. D. Iu. 6. Hom. 11. in exod. Hom. 43. Hom. 106. Ad Tholos. cap. 15. De orat. Dom. Ser. 230. de Tempo.

terreſtribus ad cœleſtia, inquiſitio ſupernorum, inuiſibilium deſiderium?& poſt pauca: Ieiunium inertiam tollit de anima, impedimenta carnalia aufert. Oratio uero perſeuerans iungit DEO, atque ita gaudens aſſiſtere ſe Domino gloriatur. Hæc ille Orthodoxus Pater Orthodoxe, cui Orthodoxi in uniuerſum omnes fauent. Quinimo uel fere omnes, uel certe plurimi cum ex ueteribus, tum ex recentibus concordant hæretici Elpulius, Pſalliani, Fraticelli, & Græci, qui Diuinis oraculis, & Sanctis Eccleſiæ Catholicæ ſanctionibus, & Patrum Diuinorum ſententiis ſubſcribunt & orationem magnifaciunt. Hos blaſphemi Caluinitæ quodam modo aſſequuntur, & non niſi laudē DEI ac preces in ſuis conu enticulis dœmoniorum audiri nimis quam ambitioſe & mendaciter iactant. (inquiunt DEO Patri: nam Filium, & Spiritum Sanctum cum Caluino & Iudæis non inuocant) noſtri miſerere, DEVS Pater benigniſſime, &c. delens peccata noſtra, maculaſque eruēs o DEVS, largire nobis &c. Hæc illi. Qui & inſuper præ nimia impietate vna cum Thalmudiſtis Iudaicis ſic aduerſus Chriſtianos orant uerius uero dixerim, blaſphemant: Ne permittas Turcas, Ethnicos, & Papiſtas, & alios infideles gloriari, dum te blaſphemant. Oramus te propiis omnibus, quos tu fidelibus tuis paſtores cōſtituiſti. Oecolampadius Caluinitarum auus ait: Precemur Deum miſericordiarum patrem citra hypocriſim cumque fiducia & gratiarum actione, ut concedat nobis idem mutuo ſentire, nempe digna Filio ſuo, per quem vnanimiter ipſum vno ore in ſecula glorificemus, quod nequaquam in caſſum fore certi ſumus. Ecce bonam cenſet orationem, multę vtilitatis & neceſſitatis Oecolampadius, cuius magiſter atq; ſectarius Lutherus contra ſeipſum quibuſdam locis ſcriptis & editis Catholicam partē defenſatur hoc pacto: Sicut, inquit, grande peccatum eſt homicidium: ita quoque ingens peccatum eſt a DEO nihil petere. Hucuſque ille, qui alibi: Accepta eſt oratio coram DEO: ſic enim Iacobus: Qui poſtulat aliquid a DEO, in fide non hæſitet. Sacerdotes & Eccleſiaſtici Miſſam quotidie celebrant, omni hora orant, ſeque in uerbo DEI exercent, ſtudendo, legendo, audiendo. Ideo & priuilegium præ aliis habent. Et iterum: Sacerdotum & Cœnobitarū oratio eſt frugifera & diaboli cruciatrix. Hactenus nouitiorū hæreticorum ſectarius.

Margin notes (left): Lutzēburg. Caluiniani. Oecolampadius. Luterus. — (right): Cat. her. Confeſ. fid. cat. 1. In Catech. c. 1. cū cōf. a Feuard. In Catechi. cap. 1. D. V. c. cap. 18. In uiſita. Saxo. De bon. op. In explica. Dom. Orat.

CCLXXIV.

Certa orationum loca deligere, magnificis ædificiis ornare, ut ſunt Templa, Oratoria, contemnunt, & repellunt impius Hieroboam, & Hieroboanitæ, Chryſippus Stoicus, Iulianus Apoſtata, Meſſaliani, Vandali, Bogomili, Petrobruſiani, Vualdēſes, Albigenſes, Sagarellus, Begardi, Flagellantes, Vuicleuus, Lutherus, Lambertus, Francus, Anabaptiſtarum quidam, Caluinus, Magdeburgenſes, & alii hoſtes CHRISTI, Antichriſtique emiſſarii, quorum peſſimi, nequiſſimi, iniquiſſimi ſacrilegiorum execrandorum & abominationum flagitioſiſſimarum regni Antichriſti Geneuani miniſtri, qui ſine fine impudenter & ſcelerate Angliæ miniſtros, qui templa ad orādum apta & delecta adhuc retinent, arguunt, a ſe diruta, effracta funditus, & proſtrata expilare, & conflagrare pari ſæuientis furoris uehementia, qua Chaldæi quondam Hieruſalem, Diocletianus Chriſtianorum, Turcæ Græcorū, & Latinorum, magnificas uaſtarunt Eccleſias, nimiſquam ambitioſe, turpiter, praue, ſacrilege, impie, deque more impiorum, qui (ut uerbi DEI eſt) in peſſimis a ſe perpetratis gloriari & exultare ſolent, exultant, & gloriātur. Quod reprobant dictis & factis iure meritiſſimo Copti, Diſcalciati, Schiſmatici, Adiaphoriſtæ, & Anglicani. Et ante ipſos Catholica Reſpublica, Senatuſque CHRISTI, qui Romæ claret, Diuino afflatu execratus eſt, quip-

Margin notes (left): Certa orationū loca eligenda et amanda sūt. Coccius. Feuardent. Lutzēburg. Coccius. — (right): Art. 5. Lib. 1. de S Trin. Cat. her. De ſig. Ec lib. 8. art. 7.

Digitized by Google

pe qui fideliter custodit uerbum D E I & çquo iure sugillant hæretici, qui præ mortalibus hoc profitentur, non modo lacerant, & distorquent, sed & penitus expungunt,abolent atque abnegant. Extant enim plurima Scripturç loca,quibus DEVS certa orandi loca misere approbant, ut Propheticis & Patriarchicis agiographis abunde elucet,itidem apud Apostolica scripta & Epistolas,& apud Euangelistas,hoc idem ita perspicuum est,ut ex his omnibus DEVS ipsissimo ore suo gloriari Templa, & alia certa orandi delecta loca,Domum Orationis,Domum denique suam,appellans concludatur. Quamobrem quicumque Templa, & certa delectaque Orationis loca contemnit ac reprobat,ipsissimo DEI verbo ac ore maledictus esse conuin*Syno.Sacra.* citur. Propter quod ante mille trecentos fere annos sacrum Concilium Grangrense nutu DEI hoc sanxit ad hunc modum: Si quis docet Domũ D E I esse contemnendam, & quæ fiunt in ea congregationes, anathema sit. *Cano. 5.*

Oratio lingua ignota facta probatur.

CCLXXV.

Caluiniani Insolens semper est importuna & impudens hæresis, quæ numquam Orthodoxiæ Catholicæ aduersari cessat. Carpunt enim ceterorum insolentissimi ac impudentissimi Catholicos, quippe quod recte iuxta communem ritum et consuetudinem Ecclesiasticæ disciplinæ orationem, quæ fit uti lingua Latina improbãt. Sed quorsum? Cũ nihilominus Christi fideles pro libito sunt ac utuntur cõmuni lingua. Deinde DEVS non verba,sed cor humiliatum,& contritum orantis requirit. Item nullum istud Ecclesiæ incõmodum adferr, sed qui idem reprobat, Ecclesiam offendit, pacem concordiam unitatem, & modestiam,quam DEVS commendat,negligunt. Præterea superbiæ est Satanicæ improbare,quod omnes Christiani approbant, auferre quod omnes tenent,vituperare,quod laudant uniuersi. Adde exemplum primitiuæ Ecclesiæ,qua Liturgia sacrosancta non nisi lingua Hæbraica vsque ad Adriani tempora celebrabantur. Insuper CHRISTVS præcipit audite Ecclesiam, & eius dicto audientes esse,ideo ad contumaces,reprobas & hæreticos attinet,hæc omnia contemnere. Adde,quod pie fit, vt communi lingua non legantur orationes, quia forent illæ tunc magis assuetæ ac tritæ,item ideo contemptibiles,& plures offensionem, & non utilitatem admitterent. His aliisque multis eiusmodi de causis Ecclesia optime *Osseni.* facit,quod in hoc,sicut in reliquis,facit. Ergo hæretici male faciunt,quib. cõtemptis, Osseni alioqui hæretici Ecclesiasticos Orthodoxos secuti fuerunt, *D. Epiph.* quippe nihil opus esse affirmabant,ut preces notis uerbis, & lingua intelle- *Hær. 42.* *Gulhelm.* cta fierent. Hæc quidem olim retulit D. EPIPHANIVS. Nunc uero refert *Frag. hær. 8* imperitissimus nebulæ nequissimus popino, iniquissimus helluo, Caluinologus VuitaKerus,qui idem insolentissime, & impudentissime reprobat. Sed de Caluinitis nec catulus habendus est.

Campanarum usus probatur.

CCLXXVI.

Coccius. Turcæ Campanarum usum, quem Christiani omnes in Scriptura sacra *Art. 6.* approbatum atque adumbratum ferunt,quem ante mille, & plures annos vniuersa CHRISTI Fidelium antiquitas probauit,quem Summi DEI Vicarij Romani Põtifices non uetuerunt,sed concesserunt,quem Concilia ut Aquisgranense,Coloniense & alia, probe admiserunt, & comprobarunt, quem Doctores Ecclesiæ,& Sancti quoque Patres commendarunt, & omnis Christianitas hucusque pro usu laudabili, vtili & celebri habet, experitur atque decantat,quique non sine scandalo,dissidij amore, pacis odio, superbiæ tumore,contentionis libidine ausu temerario,fronte impudenti,insana hæresi Caluinitica impietate,insolentia hæretica,ac instinctu,furore,&

te-

iussu Diaboli aliquo contemni atque damnari potest. Item tamen eumdẽ temere damnant Turcici Oecolampadius, Hombergius, & hunc uetustissimum Piorum ritum iure approbant & adhibent a Græcia schismatici usq; modo, & (ut ab eis, qui de eorũ ritibus referunt, elici licet) Adiophoritæ, q a Luthero Turcissimo promanarunt. Nec dubium est, quin eũdem ritum plurimi hæretici, quorum scripta non extant, vel qui nihil de hoc scriptis reliquerunt, nec aliquãdo de hoc facinore notati fuerũt a Catholicis, approbarunt, quemadmodum alios ritus, alia Veritatis Dogmata, alios Fidei Articulos ab illis approbatos facile cõijcere & credere est. Hæretici enim olim iam scripserunt aliqua quod D. THEOPHILVS Alexandriæ Patriarcha astruxit, quæ Ecclesiasticæ Fidei non repugnant. Pariter neoterici hæretici quędam etiam ipsi Catholica, vt hucusque a me patefactum est, scripserunt quamquam non erũt absque crimine. Ceterũ satis idfacit ac sufficit pijs hominibus Christianisque religiosis, quod hunc ritum a veteri Testamento non ignorẽt desumptum, & Apostolo credunt & ipsum obseruant dicentem; Seruum DEI non oportet contẽtiosum esse, & Ecclesiæ Catholicæ Concilijs Aquisgranensi & Coloniensi huiusmodi utilem ac Christianum ritum vna cum summis Romanæ Ecclesiæ Vicarijs approbantibus pias aures accommodant. Sit equidem pro exemplo Coloniense sacrum Concilium, quod habet: Benedicuntur Campanæ, vt sint tubæ Ecclesię militantis, quibus uocetur populus ad veniendum in Tẽplum, & audiendum uerbum DEI: Clerus uero ad audiendum mane misericordiam DEI, & veritatem eius per noctem, vt per illorum sonitum fideles inuitentur ad preces, & vt crescat in his deuotio fidei: quãuis etiam Patres alio respexerint, aut dœmones unnitu campanarum Christianos ad preces concitantium terreantur; quin potius precibus ipsis territi abscedant, illisque submotis, fruges mentes, & corpora credentium seruentur, vt procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, &c. Merito itaque æquissimo hæretici dœmoniorum propitij qui hæc illudent & contemnunt a Christianis omnibus inter Ethnicos adnumerantur.

D. Theoph. — *Const. Apost.* — *Ep. 1. Pasc.* — *lib. Num.* — *Syno. Sacra* — *Par. 9. c. 14*

Processiones solennes probantur.

CCLXXVII.

Turpissimus omnium sectarius Lutherus, & gregales Magdeburgenses Christianas, sacras, solemnesque Processiones Ecclesiasticorum Fidelium dedita improbant opera: quæ quidem in Scriptura atque in Euangelio probantur; deinde ab Ecclesia CHRISTI Catholica ab ipsis Apostolorum tẽporibus. Hoc enim satis conijcitur verbis Discipuli Diuorum Apostolorum Diui DIONYSII ita dicentis: Iuxta eundem Synaxis modum eorum, qui nec dum initiati sunt absoluuntur ordines, vbi scilicet præcessit Pontificis circum omnem Facti ambitum redolens thure profectio Psalmorumque modulatio. Pariter hoc idem conijcere licet a Tertulliano dicente: Processionem modestam & Ecclesiam unitam esse debere. Deinceps a Concilio antiquissimo Laodicensi, in quo hæc traduntur: In Processionibus non connectere, idest, ex diuersis uersibus libri unum canticum minime coniungere, sed singulorum Psalmorum ordinabiliter fieri debere de medio lectionem. Huc accedant Historici antiqui Sozomenus, Socrates, & plerique alii, inter quos Ruffinus Laudat: Theodosius præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidiis, nec excubiorum uigilijs, quam obsecrationum pernoctatione munitus: circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & auxilia sibi fida Sãctorum intercessione poscebat. Et Sanctus GREGORIVS Turonensis: Cæsaraugustani obsessi in tanta humilitate ad DEVM conuersi sunt, vt induti cilicijs, abstinentes a cibis & poculis cum tunica Beati VIN-

Coccius. — *Bunderius.* — *Art. 7.* — *Comp. tit. 9 ar. 3.* — *Areopagita* — *Eccl. Hier. c. 4.* — *Tertullian.* — *De præs. ad hæret.* — *Synodus.* — *Cap. 43.* — *Ruffinus.* — *Cale. Hist. l. 2. c. 33.* — *Turonensis.* — *Hist. Fran. l. 3. c. 29.*

CEN-

Digitized by Google

CENTII Martyris muros ciuitatis psallendo cicuirent: mulieres quoque amictæ nigris palijs, dissoluta cæsarie, superposito cinere ut eas putares uirorum funeribus deseruire, plangendo sequebantur. Inde inter Patres extat testimoniũ Diuorum HIERONYMI, AMBROSII, & AVGVSTINI, qui inquit: Memoriam Martyris STEPHANI, quæ posita est in castello Synicensi, eiusdem Lucillus Episcopus, populo præcedente, atque subsequente portabat: fistula, cuius molestia iam diu laborauerunt, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, operiebatur manus illius, piæ sarcinæ uexatione repente sanata est, &c: Inde ad me accurritur, ubi sedebam iam processurus: irruit alter quisque post alterum, omnis posterior quasi nouum, quod alius prior dixerat, nuntiantes, neque gaudente, & apud me gratias DEO agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat Ecclesia, personabat uocibus gaudiorum. Inter summos uero Pontifices mentio extat plurium, ut puta Diuorum GREGORII Primi, ZACHARIAE Primi, LEONIS Primi, dicentis inter alia multa, quibus per verbum DEI multitudinem omnium graduum, ætatum, & sexuum facilius deprecantem a DEO exaudiri demonstrat: Possidonius Presbyter nostris processionibus, atque ordinationibus frequenter interfuit. Ad hæc extant etiam multa conciliorum testimonia Aurelianensis Primi, Toletani Quarti, Quinti, Sexti, Nicæni Secundi, Moguntini & aliorum cum Conciliorum, tum Patrum, atque Doctorum. Quapropter quicumque audet contra hunc Christianissimum ritum, antiquissimum & toto mundo celeberrimum, atque omni seculo decantatum pugnare, stolidæ perfidiæ, petulantis impudentiæ, arrogãtiæ superbæ, audaciæ Ethnicæ, dementiæ Turcicæ, persuasionis diabolicæ & hæreticæ impietatis plane reus esse cõuincitur. Cuius quoq; dæmoniacã amentiam, non modo Adiaphoritæ, & Græci, atque Lutheranorum quidã improbare comprehenduntur, sed & ipsi quidem Georgiani, quippe qui Processiones in vsu habent, ut in Catholicis Ecclesiæ Ritibus fieri solent. Atqui nimirum tricones hæretici superiores, qui Processiones sacras improbant, & repudiant se exemplis apertis utriusque Testamenti nil deferre, Sanctissimis Diuinorum Patrum doctrinis, nil tribuere, vetustissimam Ecclesiæ consuetudinem ab ipsis Apostolorum temporibus promanatam, insolenter, & praue subuertere, sacris Concilijs Laodicensi, Nicæno, Aurelianensi, Toletanis Quarto, Quinto, Sexto, & Moguntino nil ascribere, sacris Doctoribus totius Christianitatis impium prælium indicere, toti Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ Christianam pietatem impie traducere, ac ideo seipsos omni infideli Iudæo, Pagano, Ethnico, Turca, Tartaro deteriores esse, patefaciunt.

Hipponensis — *De C. D. li. 22. c. 8.* — *Papa.* — *Ser. 3. de Ieiu. 7. men.* — *Ep. 81. c. 2.* — *Lutzẽburg.* — *Cat. hæret.*

CCLXXVIII.

Eustachium in odium piæ Christianitatis die Dominico ieiunandum docebat. Cuius hæreticam plane doctrinam, scandalosam, Ecclesiæq; CHRISTI iniuriam, non modo vllo labis errore, uel ulla specie maculæ coinquinati Catholici, qui illam Concilii Carthaginensi Quarti sanctionem summe obseruant: Qui die Dominico studiose ieiunat, non credatur Catholicus. Sed & heretici recentiores, post vetustos, Lutherus, Caluinus, Hugonotæ, Anabaptistæ, Trinitarij, & alij non male improbant Eustachianorum dogma tam nefarium, tamque impium.

Die Dominico ieiunare non licet. — *Socrates.* — *Li. 2. c. 33.* — *Syn Carth.* — *Cap. 64.* — *Coccius.* — *Li. 8. art. 3. de Sig. Ecc.*

CCLXXIX.

Reijciunt Ieiunium ceu minus bonum, opus inutile homini ad salutem, & ad impetranda a DEO, quæ quisquis cupit, Messaliani, Iouinianus, Vualdenses, Begardi, Lollardi, Piggardi, Barbara imperatrix, Lutherus, Melan-

Ieiuniũ est opus bonum & utile. — *Coccius.* — *Art. 8.*

thon,

Digitized by Google

thon,& Caluinus cum improbis gregalibus. Quibus plurimæ utriusque Testamenti aduersantur sententiæ, quarum multitudinem prætereo, alteram ex utroque Testamento cursim recolendo: De populis enim Israelis Iudi. 20. fertur, quòd uenerunt in Domum Domini, & sedentes flebant coram Domino: atque ieiunauerunt. Christianis autem Apostolus. 2. Cor. 6. loquitur: exhibeamus nos metipsos sicut DEI ministros, in multa patientia, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate. Deinde nisi ieiunium bonũ utileque opus esset, numquam CHRISTVS ipse ieiunium Niniuitarum commendasset, & idem Christianis tradidisset. Hoc ipsum asserere licet de ipsius CHRISTI Ecclesia, quæ Diuinis oraculis munitur, & Spiritus Sancti lumine illustratur. Hinc est quod Diui Apostoli de ieiunio hæc nobis tradiderunt: Post celebratum Pentecostem, celebrate hebdomadam vnam, & post illam ieiunate item unam: æquũ.n. est tum lætitia de dono DEI capere, tum post relaxationem corporis rursus ieiunare: siquidem & Moses & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt, & Daniel tribus hebdomadis dierum panem desideriorum non commedit, & caro, ac vinum non ingressa est in os eius. Et beata Anna cum a DEO peteret Samuel: Vinum, inquit, & temetum non bibi, & effundã animam meam coram Domino. Item Niniuitæ facto ieiunio trium dierum, & totidem noctium impẽdens diuinæ iræ periculum effugerunt. Item Esther, & Mardochæus, & Iudith ieiunio facto malum, quod impij Holofernes, Et Aman Iudæis moliebãtur, declinarunt. Et Dauid ait: Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter olium. Igitur & uos, quæ a Deo petitis, ieiunanda petite. Post totã uero istã ieiunij hebdomadã præcipimus uobis quartis & sextis ferijs ieiunare, & quæ ex ieiunio uobis redundant egentib. elargiri. Hæc illi, quæ probant Orthodoxi oẽs, & Patres omnes. Quare iure merito illud comprobat Diuus AMBROSIVS cum dicit: Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra, cum Scriptura dicat: Ieiunium & elemosyna a peccato liberat? Qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritum excludant ieiunij? Nonne Gentilium uox ista est dicentium: Manducemus, & bibamus? Hæc ille, quæ nemo ex Christianis Theologus non maxime contra Ethnicos hæreticos, qui morem & spiritum Ethnicum fouent, cõmendat. Ceterum ieiunium adeo decantatum est apud omnes scriptores Ecclesiæ, & adeo usitatum, confirmatum, seruatum & traditum in omni seculo a Christianorum Ecclesia, vt qui eum improbat, uel negat, uel contemnit, nil sacrarum Scripturarum retinere, uerbum DEI abnegare, Ethnice sentire, & Diabolico agitare spiritu recte iudicetur. Vnum ex innumeris fere Orthodoxis testimonium ad consolationem fidelium CHRISTI, & cõfusionem infidelium CHRISTI in medium allegabo. D. EPHRAEM: Appete optimum ieiunium, rem pretiosam atque spectabilem: ieiunium vehiculum est ad Cœlum: ieiunium Prophetas suscitat, legislatores sapientiam docet: ieiunium bona animæ custodia, & corporis securus cohabitator: ieiunium strenuis militibus telum, athletisque exercitium: ieiunium tentationes retundit, ad pietatem iungit, sobrietatis comes, temperantiæ opifex; ieiunium fortitudo uiri est in bellis, ignis uirtutem extinxit; ieiuniũ ora Leonum obturauit: ieiunium orationes in Cœlum dirigit: ieiunium mater sanitatis: ieiunium iuuentutis disciplina, ornamentum senibus: ieiunium optimus itineris comes uiatoribus: ieiunantis corpus uenustum est, & anima pretiosa: ieiunium Lazarum in sinu Abrahæ reficit. Hoc igitur, & nos amplectamur, ut nos quoque Abrahæ sinu excipiamur. Ieiunium bona ciuitatis lex, forique moderatio atque tranquillitas: ieiunium domestica pax est: Ieiunium Virginitatis adminiculum atque præsidium. Hactenus ille sanctissimus, & sapientissimus Pater Orthodoxus, qui alibi pulchre asserit, IEIVNIVM QVI REIICIT, EQVVS INSANVS COMPERIETVR. Quapropter ieiunium iure acceptarunt, & commendarunt Ma-

Marginal notes: *D. Clemens* — *Const. Ap. l. 5. c. 9.*; *D. Ambros.* — *L. 10. ep. 82*; *D. Effrem.* — *De Ieiunio.*; *Parc. 1.*; *S. Eucher.* — *In Sermo.*

ni-

Digitized by Google

nichæi alioqui hæreticissimi, quippe, uti retulit D. PROSPER, ieiunio panis & aquæ corpora sua afficiebant. Hos deinceps sectati fuere alij hæretici vtpote Ariani; quinimo non tantum acceptarunt & Ariani, Enchratici, Ampotochtitæ, Flagellantes, Turcæ, Schismatici, sed & Lutheranorũ quidãqui quãuis densissimis tenebrarũ caliginosarũ obscuritatis longe obruantur, tamen imperante Veritatis luce, quando a recto tramite minime aberrant, sunt enim & his impijs, qui non impie sic dicunt: De hac disciplina dicit CHRISTVS: Cauete ne corpora uestra grauentur crapula. Item: Hoc genus dœmoniorum non eijcitur nisi ieiunio & oratione. Et Paulus ait: Castigo corpus meum, & redigo in seruitutem. Itaque non uituperamus ieiunia, sed superstiosas opiniones, & laqueos conscientiarum in traditionibus. Hæc ille impij probant ieiunia, exceptis superstitiosis opinionibus, quas præ cunctis mortalibus illi retinent, quando libera esse uolunt quocunque die, absque discrimine certo ciborum & citra fidem, spemque meriti ac præmij ieiuniorum per CHRISTVM. Lutheranus præterea in exemplo est Bucerus, qui: Male docent, inquit, qui prædicant Christianorũ eieiunia esse perpetuam uitæ frugalitatem, & temperantiam; Ieiunia enim pecculiare, & temperarium aliquid sunt. Item Caluinus: Ieiunium placet DEO quatenus nos ad abstinentiam exercet, ut subigit carnis lasciuiam ut ad studium orandi nos inflammat, ut testimonium est pœnitentiæ nostræ. Petrus insuper ab Arragonia multa ieiunia exercebat: igitur Ieiunij studium approbabat. Nec mirandum est, cum ieiunium negare nemo possit, nisi, qui verbum DEI abiurauit, fidem CHRISTI abnegauit, Ecclesiæ sacræ doctrinæ abrenunciauit, infidelitati uouit, hæresi se copulauit, Sardanapalo dedidit, Veneri dedicauit, & Satanæ sese totum cum suis partibus & appendicibus tradidit. Quandoquidem probatissimum sacratissimo CHRISTI DEI benedicti ore Ieiunium extat, & apud Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Apostolicos, Sanctos, Patres, Doctores, Orthodoxos, Theologos, Pontifices Maximos, Concilia & Ecclesiam CHRISTI Catholicam, Apostolicam, & Romanam semper approbatum, semper usitatum, semper obseruatum, semper commendatum, & eximie semper decantatum est. Quare ubique locorum illud Diui HIERONYMI pronunciatum, vel si mauis oraculum Diuinum in Diuina Synaxi per quadragesimale cultum christianissime, & religiosissime usurpat Ecclesia Deo dicens. Qui corporali ieiunio uitia comprimis, mentem eleuas, uirtutes largiris ac præmia.

D. Prosper. Aug. lib. Pintinus. Hessmeist. Lutherani. Hessmeist. Feuardent. Lutzēburg. Ecclesia. — *l. V. C. l. 2 c. ult. In Sermo. Cat. hær. In Timeas. l. 3. c. 2. L. 2. Dial. Conf. Aug. ar. de dist. cibo u. ann. 1540. Dialo. lib. Lib. 8. Theo. 6. de Cal. Par. Cat. hær. In Praef. M.*

CCLXXX.

Indicta ab Ecclesia Ieiunia seruanda sunt. Coccius. *Art. 9.*

Indicta ab Ecclesia Ieiunia, ut sunt Quadragesimæ, Quartæ, & Sextæ feriæ, & reliqua seruanda esse Montanus, Manichæi, Eustachius, Aerius, Mahometus, Vualdenses, Flagellantes, Lutherus, Caluinus, Hemmingius, Heluetii, ac Tigurini negant & negligunt. Ea vero asserit, & commendat Ecclesia, quippe quæ uerbo DEI assentitur, Diuina custodit oracula, Traditiodes Patrum tenet, Sanctorum pia monita obseruat, pietatem colit, concordiam diligit, humilitatem amplectitur, & obedientiam seruat: Cum enim ieiunium bonum ac utile opus sit bonum est ieiunium pręcipere, quod tale præceptum non nisi ad bonum illius, cui præcipitur, ordinetur quam ob causam etiam DEVS legem hominibus præscipsit. Inde, cum ex uerbo DEI manifeste addiscatur piis Ecclesiæ præceptis parendum esse, eamque audiendam esse, cui quidem clauium potestatem summe tradidit, plane impium, & hæreticum est, eiusdem mandato non parere. Ad de, quod cum impij hæretici passim contendant, nihil DEO gratum, quod ipse non præcepit, consequitur, ut si Ecclesia non præcipit ieiunium, ut illud opus malum, & peccatum minime DEO gratum sit atque inuisum, ue-

Z luti

Digitized by Google

luti est hæreticorum ieiunium, ergo præcipi debet, atque iure pręceptū est. Vltra, cum Ecclesia CHRISTI nutu DEI regatur, nequaquam impium erit, si ieiunium ab ipsa DEI Ecclesia statutum credatur, atque suscipiatur tamquam a DEO ipso statutum, & eo magis cum idem præcipiat audiri & obediri Ecclesiæ suæ. Quæ ab ipsius DEI Apostolis ieiunia cœperunt suscipere statuta. Namque sic equidem Diui Apostoli Apostolicis Patribus, ac Discipulis, istud attestantibus, statuerunt: Si quis Episcopus, vel Præsbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor sanctam Paschæ Quadragesimam non ieiunat, vel quartum diem, uel Parasceuem, præterquam, si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur, si laicus sit, segregatur. Hæc Apostoli, quæ rursum roborant, sed breuitatis causa omitto, & hoc idem Apostolici Patres, & Apostolorum Discipuli auctoritate corroboro. Diuus IGNATIVS: Festiuitatis ne dehonestetis, Quadragesimale ieiunium ne spernatis. Continet enim exemplum conuersationis Dominicæ. Post Passionis Dominicæ hebdomadam. Ieiunare Quartis, & Sextis ferijs ne negligatis, ciborum reliquias pauperibus largientes. Hoc idem confirmant Diui THESEPHORVS Papa, & IRENAEVS Episcopus, & Diuus HIERONYMVS, qui dicit: Nos vnam Quadragesimam, secundum Traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Montanistæ tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores. Deinde huius ieiunij, & similium meminit Concilium Nicenum Primum, Laodicense, & alia ante, quæ celebratum fuit Gangrense in quo sic statutum fuit: Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens, ieiunia communia totius Ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia uindicans rationem, anathema sit. Quam ob rem, Nulla fuit insula, ut Diuus BASILIVS Magnus scripsit: nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, vbi non sit auditum, ieiunij edictum. Quin, illud exercitus, & uiatores, & nautæ, & negociatores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Vnde manifesta est hæreticorum impietas, quæ damnat, quod verbum DEI commendat, improbat, quod vniuersa CHRISTI probat Ecclesia, contemnit, quod omnis Christianitas omnium seculorum unanimiter, pacifice, & religiose seruat. Nec ullus extitit hæresiarcha, qui ieiuniorum pia statuta improbauit, præter unum Aerium a quo Lutherus eius primogenitus hoc uenenum expressissime hausit. De eo enim tradit Diuus AVGVSTINVS ad hunc modum ipsius hæresim damnando: Aerius in Aerianam hæresin lapsus, propria dogmata affinxit nonnulla, non esse solenniter celebranda statuta Ecclesiæ ieiunia, sed cum quisque uoluerit ieiunandum, ne videamur sub lege. Hæc ille de Aerio, cui consentiens Lutherus mendaciter, impudenter, impure, impie, sophisticissime, & hæreticissime hoc modo debacchatur: Erroneum est, & plenum mendacijs, quod certis temporibus anni, Vigiliis Apostolorum, & aliorum Sanctorum ieiunii necessitatem imponunt, sub graui peccato, tamquam Ecclesiæ mandato, & decreto. Nam ieiunia, quod ad dies, & cibos attinet, libera & adiaphora in perpetuum esse debent. Hæc ille contra verbum DEI perspicuum, in odium Ecclesiæ, in contemptum Sanctorum Patrum, in contumaciæ, superbiæ, gulæ, libidinisque indulgentiam, in gratiam hæreticorum, atque dœmoniorum pessime scripsit. Sed hæresiarchæ alii ab ipso Luthero laudati aliter omnino sentiunt. Namque post Montanum, qui quoquo pacto huic Ecclesiæ Orthodoxiæ fauit,

D. Clemens — *Can. Apost. 68.*
D. Ignatius — *Ep. ad Phil.*
Papa. — *Ep. c. 1.*
Martyr. — *Ep. ad Vit.*
Cardinalis
Synodus. — *Cap. 19.*
D. Basilius. — *Hom. 2. de Lau. Ieiu.*
Aerius Lutheri pater.
D. August. — *De hær. ca. 53.*
Lutherus. — *De doct. homin.*
D. Eusib. — *L. 5. c. 17.*

hære-

Hussus. hæresiarcha. Hussus una cum Ecclesia sentit, & pulchre illud idem in hunc modum instruit: Per luxuriam homo offendit seipsum contra quam est discretum ieiunium. Qui impugnatur peccato luxuriæ, debet deuote orando DEI implorare auxilium, & corpus ieiunio castigare: quia, luxuriat raro non bene pasta caro: Vnde Alanus dicit: Subtrahe ligna foco, si uis extinguere flammam: Sic carnis motus, otia, uina, dapes, quia sicut ligna apposita igni, sic & cibi & potus additi augent inflammationem corpori ad luxuriam. Tu ergo appropinquante Quadragesima, quæ est speciale tempus Pœnitentię, vt uere pœniteas, dole cordialiter de peccato, noli amplius peccare. Idem sic format Bucerus: Cum hæc ieiunia indicit Ecclesia quocunque animo is sit, cum numquam sit petente sanctificari nomen in se, tum in aliis, nullo negocio se quoque ad ieiunandum precandumque excitabit. Nec minus in his feruebit, atque si ipse sibi illa præscripsisset. Immo Ecclesiæ iudicium nunquam suo non præfert, plus adeo in supplicationibus indictis ab Ecclesia, quam quas sibi statuerit, religiosus erit. Hactenus ille in cuius sententiam it Vrbanus Rhegius: Ego sic defendendam Ecclesiæ usum, ut ex animo cupiam obseruari, quod illa præscripsit. Ecclesia enim delectum ciborum præscripsit, luxum pessime odit. Ad finem itaque huius negocii cum Bucero admoneo vt discamus ex vnctione Domini in domo Simonis, nihil damnare, quod ulla ratione bonum esse queat. A corde, non externis circunstantiis bona opera æstimanda sunt. Et quæ præcepta sunt, aut opera, aut leges a nobis exiguntur in usum & rem proximi, ut Lutherus ad Essingenses dicit, hæc probata esse non dubitet, hæc facere cogimur. Hæc ille, quem Anglicani hęretici commendant, ubi ieiunia ab Ecclesia olim præscripta seruant.

Margin (left): Bucerus. Regius. Ioan. Hoff. Feuardent.
Margin (right): De Pœn. In psa. 35. L. 2. Dial. In Tho. Ca. l. 1. de S. Tri.

Delectus & abstinentia ciborum cō probatur.

CCLXXXI.

De delectu ciborum, qui tam ad Ieiunii, quam ad Abstinentiæ rem pertinet hæreticæ obloquitur Lutherus, cumque ipso Lutherani; Sed superstitione, ita vt non solum Catholicis, qui Scripturis sacris per Prophetas, Apostolos, Euangelistas in lucem editis hoc percipiunt, Ecclesiæque impeccabili doctrina, & summa auctoritate constabiliuntur, verum etiam ipsis hæreticis, (ut constitit) Lutheranis nauseantur. Sed primitus audiamus Catholicos. Exemplum quod de Diuo DANIELE Propheta, Scriptura sacra habet, Diuus HIERONYMVS asserit: Hoc docemur exemplo, temporibus ieiunii a cibis delicatioribus abstinendum, quod est carnes non comedere, uinum non bibere. Hæc ille, qui de hac materia nullo negocio modis plurimis iugulauit Iouinianum abstinentiæ hostem, recerentiorum hæreticorum antesignanum, quem quidem totius orbis auctoritate, & omnium Orthodoxorum, qui umquam floruerunt sententia lorica fidei armatus, & gladio spiritus, quod est verbum DEI munitus maximus Ecclesiæ Doctor Diuus HIERONYMVS simul cum omnibus asseclis, ac superstitibus misere prostrauit. Huic vero adstipulatur Diuus GREGORIVS, dicens: Par est, ut nos qui his Quadragesimæ diebus a carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis, ieiunemus, a lacte uidelicet caseo, & ouis. Et post pauca quædam: Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur: vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. Hactenus ille id, quod olim, uel ipsi quidem Manichæi perpetrarunt, teste Diuo PROSPERO. Cui

Margin (left): Fran. Feua. Bunderius. D. Hieron. D. Gregor. D. Prosper.
Margin (right): An. in 3. c. 20. D. Iren. ad hær. Com. ii. 35. ar. 8. De ieiu. D. Epist. ad B. Aug. Angl. Episc. L. 2. de uit. cont. c. 17.

D. Prosper. Orthodoxi omnes quotquot umquam fuere ac sunt, prorsus essentiuntur, quibus accedit Diuus PROSPER: Hæc uirtus, quæ Abstinentia, *De V. C. li. 2. c. vl.* non solum deliquorum ciborum, sed etiam malorum omnium nuncupatur, *Iodocus.* cum omnibus omnino necessaria sit, tum maxime illis familiarior, atq; coniunctior esse credenda est, quibus iuxta illud, quod in Actibus Apostolorum legitur factum, vnum cor est, & anima una Diuinæ caritatis igne conflata. *L. 8. de Sig Ec ar. 3 & l. 3. ar. 10 de iustif. ho.* Præterea Græci non tantum carnibus, sed & piscibus, & uino tempore Quadragresimæ abstinent, tantum abest, ut Lutheranis, vel Nicolaitis, Aerio, Iouiniano, Fausto Manichæo, Vualdēsibus, Lollardis, Zuinglio, Caluino atque gregalibus hac parte ullatenus faueant, & non potius toto diametro repugnent. Deinde Armenij partem ieiunij Quadragesimæ solo pane, & sola aqua, nihil aliud, vt Sanctus NICO refert, gustantes, absoluunt. *S. Nico.* *Ep. ad Enc.* Hoffmeist. *Dial. 2.* Rhegius denique quamquam hæreticus delectum ciborum indictum ab Ecclesia cordate comprobat.

Praeceptum pium, & doctrina sancta est de delectu ciborū

CCLXXXII.

Erudiunt inobedientiæ filij, superbiæ alumni, gulæ discipuli, tricones Luciferi, fidei abnegatores, concordiæ pacisve rebelles, pingues helluones, porcini Sardanapali, impij Ethnici, Lutherani, Zuingliani, Caluiniani & gregales eorum præceptum, prohibitionem, & doctrinam Ecclesiæ Catholicę de discrimine ciborum esse doctrinam dœmoniorum; Videmini, inquiunt *In Comp. ti. 35. ar. 1. & 3.* *Bunderius.* præterea, assentire eis, qui dicunt aliquos cibos suapte natura immundos. *S. Nico.* Huic stolidæ, nec minus improbæ obiectioni, uel Armenij suffragantur, & alios anathematis arguunt, canonem non Catholicum dixerim hunc apud se habent. *Ep ad Ene. extat to. 3. Bibl. SS. Pa.* Si quis butyrum, caseum, & ouum uino, & oleo non æquiualere existimant, sit anathema. Et hi apponunt Catholicis superstitionem, & diabolicam in discretione ciborum inhibitionem, quæ est proterua & hæretica assertio, cui reclamat DEVS, qui in Sanctis suis loquitur, & per hos nos erudit, quique Hebræis a quorundam uolucrum, iumentorum & piscium abstinentiam sine superstitione indixit in Leuitico. Idem uero plurima Diuinæ paginæ loca confirmant, & docent, stabiliunt non absimili modo Apostoli in Concilio Hierosolymitano, & constabiliunt similem abstinentię iussionem etiam Sancti in alijs Concilijs, propterea eisdem reprobis helluonibus, insolentibus insidiosis, infaustis fastidiosis & impijs hæreticis resistit CHRISTI gloriosus Senatus, qui Romæ præsidet: Namq; exempli *Dist. 5. ca. Statuimus* *Martyr.* gratia: Diuus TELESEPHORVS Papa, & Martyr sanctissimus & DEI Vicarius altissimus, cui suam ipse potestatem tradidit CHRISTVS, hoc sanxit: Statuimus, inquit, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha, omnes Clerici a carne & delicijs ieiunent. Hæc ille, qui adhuc superstite Diuo IOANNE Euangelista Ecclesiam Dei rexit, auxit, decorauit, & sūmum summa pietate Pontificatum gubernauit. Hinc pij deinceps Patres, *Synodus.* hoc idem constabilitum uoluere in sacro Concilio Toletano Quarto: Per *Cap. 10.* Quadragessimam a carnibus abstinetur, & a quibusdam a uino; pisces au- *Synodus.* tem & olus comedere licet. Rursum in Octauo; Quisquis sine ineuitabili *Cap. 9.* necessitate, & euidenti languore, in Quadragesima carnes comederit, communione priuetur: & ipsius anni tempore a carnibus ad pœnam abstineat. Hæc illius sacrę Synodus pijssimi Patres, per quos SPRITVS SANCTVS nobis locutus est. His uero consentit cohors humilium Catholica, tota Christianitas omnis Ecclesia pietatis studiosa, & impietatis execratrix, & ei hi fauent hæretici, ac schismatici, qui discrimen, delectum, ac præscriptionem ciborum piam, & Christianam paulo ante copiose approbauerunt.

Elec-

Digitized by Google

CCLXXXIII.

Eleemosina bonum, utile, & meritoriũ opus. Iodocus.

Eleemosynam bonum opus esse, DEO acceptum & meritorium inficias eunt Manichæi, Eusebiani, Messaliani, Vigilantius, Cathari, Syriani, Lollardi, Vuicleuus, Hussus, Vuitẽbergenses, Melanthon, Lutherani & Centuriatores. Quos reijciũt Ecclesię DEI studiosi verbo DEI creduli eleemosynę enim bonum vtilitas, meritum in ore Patriarcharum & Prophetarum passim uersatur, ab ipso CHRISTO plurimum cõmendatur, pariter ab Apostolis, & ut Iodocus demonstrat ab omnib. Sanctis & Doctoribus in Ecclesia DEI iuxta verbum DEI asserentibus per eleemosynas seu eleemosynis elui peccata, a peccato, & a morte liberari, peccata redimi, centuplum pro vno elemosynæ denario accipi, thesauros acquirii n Cœlo, uitamque obtineri æternam. Vnde Ioannes Bromiardus paucis præstringit beneficia Eleemosynæ, iuxta verbum DEI, dicendo: Eleemosina satisfacit pro peccatis præteritis: Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Resistit peccatis futuris, sicut aqua igni, ne comburendo procedat. Eccles. 3. Impetrat notitiam rectæ uitæ, & disponit uiam ad gloriam, sicut patet de Cornelio: meretur augmentum gratiæ: Purgatorij ignem extinguit, & ab eo facientem liberat, antequam illum intret &c. Hæc illi simul cum omnibus Orthodoxis, cum Patribus, tum Theologis rectissime sensit. Propterea ijsdem cõsentiunt hæretici, qui bona opera ad salutem necessaria iudicant. Græci quoq; atque Vualdo pariter approbauit, qui omnem facultatem pauperibus erogauit. Lutherus, Bucerus, & Lutherani de more Iudæ Iscariotæ reprehendunt Catholicos, quod diuitias non elargiantur (ut garriunt) pauperibus, & sumptus multos exhibeant in Templis ornandis, Iconis, & eiusmodi rebus, quos sumptus, inquit Bucerus, longe præstiterat fieri in esurientem, sitientem, nudum, peregrinum, infirmum, & captiuum CHRISTVM. Ergo Eleemosynam esse opus pium, DEO gratum, & meritorium censent. Quapropter recte hac materia loquitur Caluinus hæresiarcha apud Fideles CHRISTI, imo & apud Lutheranos hæreticos pessimus, apud Caluinitas autem spectatissimus & celebratissimus. Dicit itaque hoc modo: Dominus, ut sibi impensum fert, quidquid pauperibus erogatur. Neque tantum in Cœlo remuneratur DEVS fidelium beneficentiam, sed etiam in hoc mundo.

Margin notes: *Lutzẽburg.* — *Ar. 11. l. 3. de iustif. ho. Cat. bar.* — *Bunderius.* — *In Comp. ti. 25. ar. 4. & 5.* — *Bromiard.* — *In Su Præd. c. de eleem.* — *Lutzemb.* — *In Cata. de ber.* — *Bucerus.* — *In psa. 115 Cõ. ex Io. ef. meist. in Dia. l. 1.* — *Caluinus.* — *In c. 9. Cor. v. 6.*

CCLXXXIV.

Vita austeritas sanctitatis edrtũ.

Sanctitatẽ Iustorum ac insontium in austeritate viuendi, multum orandi, laborandi, corpus castigandi, duriter cubandi, parce edendi, sobrie bibẽdi, nocte uigilandi, Castitatem seruandi, asperiori uestitu utendi studio, nullatenus consistere effutit Lutherus, item impij Lutherani, ac similes, detestabiles cosmophili, & Ethnici, Turcæ, helluones Satanæ, Auerni habitatores æterni æterne designati. Cum quibus non sentit Ecclesia Sancta quæ verbo DEI uere assentitur & credit, quæ totam Christiani uitam, si secundum Euangelium uiuat crucem esse atque martyrium agnoscit, quæ per multas tribulationes, & castigationes corporis oportere introire Regnum DEI fatetur, quæ per asperitatem pœnitentiæ ueniam donari sentẽtiis DEI asseuerat, quæ viuentes in carnis delicijs mortuos ore Apostolico pronunciat, nullum Sanctum sine austeritate vitæ cognouit umquam: id, quod constabilit D. EPIPHANIVS, qui de moribus pijs primitiuæ Ecclesiæ Christianæ & impijs hæreticorum tam veterum, quam recentiorum moribus scribens, hæc dicit: In diebus istis quando apud nos fiunt humi dormitiones, castitatis afflictiones, fuorum æstus, preces, uigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum salutis per sanctas afflictiones; ipsi a summo mane obsonan

Margin notes: *Luterus.* — *Præfa. in Alexij libr. de Eccl.* — *D. Epiph.* — *Pasch. con. hæres. hær. 25.*

De Thelesephoro. — *Epistol.*

tur carneque,ac vino,uenasque suas explentes,chachinnantur,videntes, & subsannantes eos, qui sanctum hunc cultum, hebdomadis Paschatis perficiunt. Deinde D. TELESEPHORVS Papa ac Martyr sanctissimus totus diuinitus afflatus hæc a Clericis ante Pascha seruanda de more Apostolico & Sanctissimorum omnium Patrum sanxit: Septem hebdomadas, omnes Clerici a carne, & deliciis ī ieiunio & Hymnis, & uigiliis, atque orationibus Domino inhærere dieque noctuque studeant. Quapropter optime consulit Diuinus Pater D. GREGORIVS Nazianzenus: Bona erunt tibi auxilia, ad ea, quæ desideras consequenda, uigiliæ, ieiunia, humi dormituritio, orationes, lachrymæ, ærumnæ, indigentium opitulatio, &c. Lutherus, cum dicit: Mundus magnificat Sanctitatem Sancti Benedicti, Gregorii, Bernardi, Frācisci, & similium, quòd, vt fertur, quædam singularia miracula, quæ magnam sanctitatis speciem præ se tulerunt, operati sunt. At uero uerius est, quòd Hilarius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, & multo plures etiam sanctitate polluerunt, non tam austeram, qualem illi, uitam duxerunt. Item Lutherani: Non potest esse uera conuersio aut uera contritio, ubi non sequuntur mortificationes carnis & boni fructus. Veri terrores, ueri dolores animi nōn patiuntur corpus indulgere uoluptatibus, &c. Et Caluinus: Pœnitentia est carnis nostræ, utriusque hominis mortificatio, quā in nobis efficit uerus ac sincerus Dei amor. (alias timor.) Hæc illi, quibus facile probant, quod sācti Patres exigunt, & Deus requirit iustitiæ custodiendæ & acquirendæ, sāctimoniæ opera per mortificationes carnis, ieiunia, abstinentias, uigilias, lachrymas, orationes, &c. his similia, iuxta sententiam Apostoli: Omnes, qui Christi sunt, carnē suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis. Gal. 5.

D.Gregor. — *Ad Catec. Or. in S. Luca et epiph. sum.*

Idem. — *Ad c. 5. ad Gala. edit. pri.*

Lutherani. — *Ap 12. art. 10. Au. cōf. Hessmust. art. 12. con. Aug. cōfut. Ex eod. & instit.*

Caluinus.

CCLXXXV.

Iustificatus peccato letali caret.

Lutherus. — *In Assert. art. 33.*

Hominem quantumuis, per bona opera auctore DEO iustificatum nūquam peccato mortifero carere, sed semper in peccato esse letifero asseuerat Lutherus, negat Christus dicens, Vos mundi estis: Qui lotus est, non indiget lauari, Remittuntur tibi peccata tua. Vade in pace, noli amplius peccare. Negat Apostolus: Nihil mihi cōscius sum. Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo IESV & non secundum carnem ambulant. Negat Apostolus simul ac Euangelista dicens: Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum nō facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniā ex Deo natus est. Negant Euangelistæ, Patres Orthodoxi, Theologi Christiani, & omnes in Ecclesia Dei negant. Diuus enim DIADOCVS Episcopus Photices sapientissimus sic disserit: Sumus ad imaginem Dei, secundū motionem animæ ad mentem pertinentem: corpus enim, tanquam domiciliū animæ est. igitur quia peccato Adæ non solum lineæ formæ animæ sordidatæ sunt, sed corpus quoque nostrum sub interitum cecidit: idcirco sanctū Dei Verbum carnem assumpsit: donauitque nobis, ut pote Deus, aquam salutarem, per Baptismum suum ad regenerationem: per aquam enim operatione uiuifici Spiritus regeneramur.. quo cōfestim anima, & corpore mundamur; si modo toto animo affecti, ad Deum accedimus; Spiritu quidem sancto in nobis habitāte, peccato uero ab eo expulso: non enim fieri potest, cum sit una & simplex animæ forma, ut duæ ibi personæ adsint, ut quorundam opinio fuit: gratia namque Dei per Baptismum infinito quodam amore ad lineas animæ, quæ ad imaginem Dei facta est, aptata in signum similitudinis, ubi potest esse locus Dœmoni? cum nulla sit lucis cum tenebris communitas? Qui igitur in sano certamine cursores sumus, credimus multiformem illum serpētem per lauacrum incorruptibile ex penetralibus mētis eijci: neque uero mirari debemus, ut post baptismum turpia cum honestis cogitamus: sanctus enim baptismus maculam quidem peccati ex nobis delet, illam uero uoluntatem nostram duplicem non mutat nunc, neque

Græcus. — *De perfect. spirit. c. 78.*

Digitized by Google

Dœmones, ne nos impugnet, prohibet; aut ne uerbis utantur ad decipiendum, scilicet, ut quod in illo naturali statu positiuã custodiuimus, acceptis armis iustitiæ, uirtute Dei custodiamus. Hactenus ille Orthodoxus ac sanctus Pater cui concordat Sanctus MACARIVS Aegyptius, item Diuus SALVIANVS Viennæ Archiepiscopus, dicendo. Septies cadit iustus, & resurget. Si iustus est, quomodo cadere; idest, peccare dicitur? loquitur hic Salomon de leuibus & quotidianis peccatis sine quibus nullus Iustorum in hac uita esse potuit, nec esse potest. Inde Diuus AVGVSTINVS: Gratia Dei iustificamur, hoc est, iusti efficimur. Et rursus: Qui est aliud iustificari, quam iusti facti? Iterum: Neque si esse non potest tanta dilectio, quanta illi cognitioni plenæ, perfectæque debetur, iam culpæ deputandum est. Probat hic Orthodoxus cum ceteris Catholicis iustificatum omni peccato letifero carere, nec aliter ex uerbo Dei percipi ac erudiri posse. Quod cõprobat quoque Hussus Lutheri auctor: Sanctificatio specialis, quæ fit per Gratiam Spiritus Sancti, remouet culpam, & pronitatem peccãdi mortaliter; &c. Idem senserunt uetusti hæretici Iouinianus, Pelagiani, Cathari, & usque in hunc diem Schismatici sentiunt, & quotquot in sanctos fidem obtinent, ne dixerim in sacram Scripturam, ac in Euangelium.

Græcus. Latinus. — *In Hom. In Sal. par. explica.*

Latinus. — *Lib. 2. ret. c. 33. Desp. & Li. c. 16 & ul.*

Hussus. Lutzãburg. — *Ad cap. 1. 1. Cor. In Catalo.*

Iodocus. — *In T.C.*

CCLXXXVI.

Gratia cũ peccato non manet. Beza. Lutherani. — *Conf. sũã. 4. a 20. In coll. q. Mon. pelgar. tom. p. 463.*

Procax Beza conatur probare purissimam Spiritus Sancti Gratiam in fœdissimis peccãtibus cohætere. Quod quidem adeo pertinacissime astruxit, ut publicitus a Iacobo Andrea, Luca Osiandro, aliisque Lutheranis conuictus numquam resipiscere uoluerit. Contra uero sensit semper inde ac sensit Christi Ecclesia, & iuxta uerba Dei, sicut lucem cum tenebris, Belial cũ Christo, & Veritatem cum mẽdacio communicari non credit, ita peccatũ a Gratia secedere recte credit: Hoc enim sic Sanctus DIADOCHVS pulcherrime ostendit, & fieri id nullatenus posse demonstrat: Qui aiunt duas personas, spiritum scilicet gratiæ, & spiritum peccati in cordibus fidelium simul insidere, ex eo, quod Euangelista dixit, & lumen in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt, opinionem suam probare uolunt, dicentes non inquinari diuinum splendorem, spiritus mali cõgressu; quomodocumque diuinum in anima lumen ad tenebras Dœmonis propiusaccedat. Ipsis tamen Euangelii uerbis a sanctis Scripturis dissentire probantur. quia enim verbum DEI uoluit, vt uerbum lumen suum, per carnem suam hominibus appareret, incenso in nobis ob nimiam eius beneuolentiam lumine cognitionis, prudentia uero mundi consilium Dei non comprehendit: siquidem prudentia carnis inimica Dei est. Ob hanc enim curam usus est Ioannes huiusmodi uerbo, atqui paucis interiectis, subiungit Euangelista, Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hũc mũdum, idest, est lux viæ ostendendæ, ac vitam præstat. in mundo erat, & mũdus per ipsum factus est; & mundus eam non cognouit. in propria uenit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius. Ait autem Apostolus Paulus interpretans illud, non comprehenderunt, non quod acceperim iã, aut iam perfectus sim: persequor autem, ut comprehendam, in quo & cõprehensus sum a Christo Iesu. itaque non dicit Euangelista, non comprehendisse Satanam uerum lumen; ab initio enim alienus est ab eo, si quidẽ non lucet in ipso; sed potius homines ipsos, qui audiebant quidem potentias, & mirabilia filii Dei, sed propter erroris tenebras cordis offusas, ad lumen cognitionis eius accedere nolebant, merito uerbo illo uituperat. Hæc hucusque ille Sanctus Pater, qui plane patefacit, quomodo in cordibus fidelium non possint simul insidere spiritus Gratiæ, & spiritus peccati, ut quidam opinati sunt, male interpretantes illud Ioannis Euangelistæ, tenebræ

Græcus. — *De perf. spi. ri. cap. 80.*

eum

eum non comprehenderunt: & quomodo hoc Paulus interpretatus sit in Epist. ad Philip. c. 3. Huic plane concordant Orthodoxi Patres cum Græci, tum Latini. Vt enim sane affirmat Diuus PROSPER, Cum caritate seu cũ gratia nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Sed & præter plures hæreticos iisdem astipulatur Beza & ante illum Lutherus, Caluinus & reliqui Gloriæ expertes, ac Gratiæ non compotes hæretici.

Latinus. *De uit. Cō. lib. 3. c. 13* *Lutherus Caluinus. Danæus.* *In Assert. In cap. 26. Mat. Com. in Enchir. Aug.*

Homo iusti-ficatus labi potest.

CCLXXXVII.

Caluinus. *In Io. 5. 13.* *Feuardent.* *Lib. 7. c. 20. de Spi. San. & 1. de Trinit.*

Neminem eorum, qui iustitiam sunt indepti eam amittere posse a Gratiaque excidere aduersus Catholicos & hæreticos Lutheranos nimis impie querit Caluinus, qui passim conuitia satanica nectit in Sãctissimos Dei Prophetas, Patriarchas, Apostolos, Euangelistas, & Sanctos arguendo illos de peccato post acceptam ab eis Gratiam atque iustitiam. In quo consentiunt & alii impii, qui facinoribus, erroribus, perditis moribus, impiis hæresibus pessimum hunc hæresiarcham sectantur. Quos iugulat Dei verbum, Scripturæ atque Ecclesia. Quod enim omnibus perspicuum est, unum locum omnium testem citasse sat est. Diuus MACARIVS Pater utique illuminatus desuper Diui ANTONII Magni alumnus sic scribit: Apostoli peccare quidem non poterant; non enim extollebantur, quippe qui erant lumine & Gratia præditi: Non tamen dicimus, imbecillem in iis fuisse gratiam, sed dicimus, gratiam permittere uel ipsis spiritualibus perfectis, ut habeant suas uoluntates, ac potestatem faciendi quæcumque libuerint, & inclinandi, quo uoluerint. Ipsi quoque naturæ humanæ, imbecilli quidem illi, licet, etiam si bonum illi hæreat, conuerti & mutari. Quemadmodum si quidã vniuersam armaturam, thoracem, & arma fuerint inducti, quo ad cetera, intus sunt muniti, nec hostes insultant illis; aut si insultarint, in eorum uoluntate situm est, aut uti armis, dimicare ac reluctari hostibus; & uictoriam referre, aut oblectari & pacem inire cum hostibus, & non decertare, quãuis habeant arma: sic quoque Christiani perfectam uirtutem inducti, & arma cœlestia obtinentes, si uelint, delectantur cum Satana, & pacem cum eo cõtrahunt, nec bellum inferunt. Mutabilis enim est natura, at si uelit quis, fit filius Dei, sin cõtra, filius interitus διὰ τὸ ἀφαμένειν τὸ αὐτεξούσιον. quod superfit liberum Arbitrium. Hæc ille, cui assentiuntur omnes Orthodoxi, quicumque liberum Arbitrium in hominibus agnouerunt & agnoscunt. Sed & alias rursus eadem confirmat, docens quod Diuus IOANNE, Apostolus, Euangelista, & Propheta Diuino instructus oraculo, docuit dicendo: Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Potest ne, inquit, labi uir habens donum Gratiæ? Vtique labitur si negligat, nam hostes nunquam quiescunt, nec mouere bellum dubitant; quanto minus cessare debes ab inquirendo Deo? Damnum enim tibi non modicum imminet si negligas; licet in ipso Gratiæ mysterio probatus uideare. Hactenus ille: Cuius testimonio Græco Latinum addo Diuus PROSPER, tamquam de re euidentissima & indubitata asserit: A Sanctitate ad immunditiam, a iustitia ad iniquitatem, a fide ad impietatem plerosque transire non dubium est. Hæc ille, qui & alibi: Ex regeneratis in CHRISTO IESV, quosdam, relicta fide & piis moribus, apostatare a Deo, & impiam uitam in sua auersione finire, multis (quod dolendum est) probatur exemplis. Ceterum de Catholica sententia nemo dubitat, quod omnes Catholici idem senserunt olim, ac nũc sentiunt, unde ad hæreticos, qui hoc Catholicis indignabundi imputant, uenio, inter quos ad numerantur Vuicleuitæ, Hussitæ, Græci, Lutherani, & alii, proinde. Protestantes dicunt: Damnamus Anabaptistas, qui negant semel iustificatos posse amittere Spiritum Sanctum. Hæc Lutheriaci

Ægyptius. *Hom. 27.* *Hom. 15.* *Aquitanic.* *Resp. ad obiectio. Gallo. cap. 3. & ad c. 7.*

Digitized by Google

Caluinus. Scribæ. Quin imo ex eidē aduersa altera factione prodit Caluinus ipse, qui sibi male conscius quasi stupidus & insanus Ianus ac Vertũnus monstruosissimus ad Catholicam veritatem se conuertit, inuito animo, veritate tamen adactus, scribit, CHRISTVM significasse suis Apostolis, quod nisi uigilarent & orarent, opprimi possent a tentatione, intrare uero in tentationem nihil aliud esse quam eidem succumbere. *In c.26 M. v.41.70. 74.*

Perseuerantia donum in bonis operibus perdi potest.

CCXCVII.

Errandi hereticis nullus est finis. Ita enim erroribus assueuerunt, vt non errare nec velint, nec possint. Docent itaque pessimi Caluinianæ sectæ sectarij fidem semel susceptam nũquam amitti posse, adeoque donum Perseuerantiæ numquam amitti posse. Pessimus enim ceterorum sectarius *(Caluinus.)* Caluinus pessime ait: Vt numquam extinguitur Spiritus Sanctus, ita & fidem quam ille insculpsit piorum cordibus euanescere & perire impossibili est. *(In cap. 13. Mat. v.20.)* *(Beza.)* Hæc quidem ille, quem alter spurcissimus, siue hæreticus, siue hæresiarcha sectatur Beza, dicens: Donum fidei a dono Perseuerantiæ numquam potest separari. *(Confe. pun. 4. ar. 50.)* Hæc ille, quibus dæmoniorum & hæreticorum doctrinis miseros sectatores suos perinde certos de sua salute reddunt, ut certi sunt Cœlites, qui iam illa in Paradiso perfruuntur, quando & fidem ab his amitti non posse tradunt, nec eis Perseuerantiæ donũ euanescere posse contendunt, solamque fidem ad salutem adipiscendam sufficere blasphemant. Quorum sane Satanæ persuasiones hæreticas Ecclesia CHRISTI Catholica & Apostolica plurimum execratur, abominatur, ac detestatur. *(D. Macar.)* *(Hom. 27.)* Quamobrem Sanctus MACARIVS Aegyptius Apostolicis documentis & Paracleticis doctrinis illuminatus scripsit hac methodo, scriptum est: Fieri nõ potest, ut, qui semel fuerint illuminati, & gustauerint donum Dei, ac participes facti fuerint Spiritus sancti, si prolabantur, remouentur. *ἰδὸν οἱ φωτισθέντες καὶ γευσάμενοι.* Ecce, qui sunt illuminati, & gustauerunt, labuntur. *(D. Marcus.)* *(De leg. spir.)* Sanctus MARCVS Eremita: Non solum debemus petere & accipere, sed etiam quod datum est, seruare. Sunt enim quidam, qui, quod acceperunt, amittunt. Quapropter prædictarum rerum nudam cognitionē, aut etiam fortuitam experientiam fortasse etiam qui tardo sunt addiscendum ingenio, & iuuenes apprehenderunt & amplectuntur, operationem uero cum perseuerantia consistentem, uix e senibus, qui religiosi habentur, & multa ornati experientia. Qui non raro ipsam amiserunt sua negligentia, & voluntatis laboribus eamdem iterum quæsiuerunt, & inuenerunt. *(D. Chrysost.)* *(Hom. 47. in Io.)* Sanctus IOANNES Chrysostomus: Abierunt (discipuli quidam CHRISTI) retro: hoc est, non proficiebant in uirtute: & quam iam habebant fidem perdiderunt, cum se uiderunt. *(D. Cyrillus.)* *(L. 4. in Io.)* Sanctus CYRILLVS: Incredulitate sua non totam contemnunt, retro abeunt, & ambulare cum Domino sua morositate recusant. *(D. August.)* *(L. de bo. perseu. c. 1.)* Sanctus AVGVSTINVS: Asserimus Donum DEI esse Perseuerantiam qua usque in finem perseueratur in CHRISTO. Vtrum uero quisque hoc munus acceperit, quandiu hanc uitam ducit, incertum est. Et rursum: De uita æterna nemo potest esse securus, nisi cum consummata fuerit ista uita, quæ tentatio est super terram: sed faciet perseuerare in se usque in eius uitæ finem, uti quotidie dicimus, Ne nos inducas in tentationem. *(Cap. 22.)* Et alio loco: Quis homnium se in actione profectuque iustitiæ perseueraturum usque infinem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentique iudicio, non omnes instruit, sed neminen fallit? *(De C.D. li. 11. c. 12.)* Hęc ille libro, quem de hac re doctissime scriptis, & verbo DEI roborauit, quę Sanctus PROSPER ultra alios Orthodoxos corroborat, grauissime dicendo: Liberum arbitrium donec *(D. Prosper.)* *(Epi. de lib. arb.)*

Digitized by Google

sin DEO solum fuit iustitiæ,vixitque peccato. Vbi autem ipsum illuminauit misericordia CHRISTI,erutum est a regno Diaboli, & factum est regnũ DEI,in quo ut permanere possit,ne ea quidem facultate sufficit sibi, nisi inde accipiat perseuerantiam,vnde accepit industriam. Quoniam & ipsius Sancti Petri ardentissima fides in tentationibus defecisset, nisi pro eo Dominus supplicasset: sicut Euangelista manifestat,dicens: Dixit IESVS Petro: Simon, Simon, ecce Satanas postulauit, ut uos cribraret velut triticum. Ego autem rogaui pro te,ne deficiat fides tua; & tu tandem conuersus confirmat fratres tuos,& roga, ne intretis in tentationem. Hactenus ille,quæ probant & Orthodoxi ceteri,ac nemini dubium est eadem a multis ueterũ hæreticis,quorũ scripta interiere, ac igne consumpti fuere probari. Multi itidem ex neotericis hæreticis,quorum cacographa, quæ adhuc extant non licet nobis nisi superiorum Præsulum permissu legere,eadem pro- *Vuigand. Osiand.* bant Ioannes Vuigãdus & Lucas Osiander de hac materia disceptans contra Bezam victoriam reportauit. *In colloq. Mampelg. p.46 2... 462.* Lutherani insuper huic hæretico Caluinianorum dogmati aduersantur, fidei perseuerantiam per peccatum amitti contendunt, & Sacramentariorum sectarios fidem, & Perseuerantiæ donum amisisse,& infideles hæreticos euasisse confitentur. *Caluinus.* Ipse præterea Caluinus sibi omnino contrarias,& repugnantes profert sententias,quando negat in ipsis Apostolis perseuerantiam in fide: *In c.16. Io. u. 31. & in c.20. v.8 et 10 19. et 24 in c.21. Io. v.13.* Fides eorum deiecta,inquit, uelut succubuit. Petrus & Ioannes die Resurrectionis, longe adhuc abfuerunt a pura,& liquida fidei notitia. Se ipse accusat Ioannes, dum hoc sibi fuisse credendi principium fatetur. Quamuis Ioannes se credidisse dicat non fuit tamen firma illa fides, sed confusus quidam miraculi sensus, & extrasi similis. Sic Apostoli trepidauerunt, ut fidei defectum proderent. Thomas non modo tardus, & difficilis ad credendum fuit, sed etiam contumax. Verba eius nihil habuerunt affine fidei, sed sensuale iudicium. *In cap. 21 Mat v.21* Item Petrus a fidei turpiter defecit. Omnis quidem quandam sanctiorem opinionem de CHRISTO conceperat, tamen multum aberat a sincera cognitione fidei. *Feuardent.* Hactenus ille, ad quem accedunt Vermilius, Aretius, Bucerus, Melanthon, Bauarus, Vuitacherus, & alij hæretici. *Confess. fid. Cal. confes. art.21. Demeg.11.* Proinde Sacramentariorum corryphæus *Oecolãpad.* Oecolampadius pro Catholicis sic asserit: Subtrahit DEVS Spiritum suum Sanctum, quando vult. Noluitque polliceri perseuerantiam suam, nisi credentibus, vt credentes semper orent pro fide ampliore, & perseuerantia, ut stantes in timore, ac semper soliciti, ne peccent.

Non omnes Christiani saluantur.

CCLXXXVIII.

Feuardent. Nullum Christianorum damnatum iri quidam ex Caluiniano & Bezano cœno putidissimo nati procaciter & perfidiose contendunt. *l.8.c.11.de C.P.et.phe. Cal. & Bezatestism.* Quorum impietatem utique perniciosissimam Lutherani, & alii omnes hæretici damnant, quemadmodum CHRISTI fideles quotquot umquam fuere refutant, contemnunt, & condemnant ex verbo DEI, Scripturis plurimis, doctrinis Sanctorum, Orthodoxorum sententijs, Theologorum assertionibus, & omnium Christianorum fide, consensu, & confessione. *Græcus.* *Quæst.75.* Quapropter Diuus IVSTINVS doctrina imbutus Apostolica inter multa alia dicit; Post exitum animarum e corpore, illico iustis ab iniustis segregantur: abducuntur enim ab Angelis ad condigna sibi loca. Ac iustorum quidem animæ in Paradisum, & cetera. Iniustorum autem animæ in ipsius Orci loca,pro eo atque dictum est de Nabuchodonosore rege Babylonis: Infernus subter

exacer-

Digitized by Google

Latinus. *Græcus.* exacerbatus est in occursum aduentis tui,&c. Et asseruantur quæque in socij se dignis,usque ad resurrectionis,& comprehensionis diem. Huic uero tempore proximus succedit D.CYPRIANVS: Ad refrigerium iusti uocantur,ad iudicium rapiuntur iniusti. D. ATHANASIVS Magnus: Peccatorum animæ in Inferno positæ sunt,subter omnem terram,& mare, ut Psalmus dicit: Posuerunt me in lacu inferni,in tenebris, & umbra mortis Et apud Iob scriptum est: Ad terram tenebrosam,& opertam mortis caligenē,terram miseriç,& tenebrarum,ubi umbra mortis,& nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat. D.HILARIVS: Ante resurrectionem carnis,est uiuens absorbetur ad pœnam anima eius(Christiani peccatoris): secundum diuitem in Euangelio punienda, quæ uidens fit. D.BASILIVS: Me miserum dices, cur peccatorum grauissimam hanc sarcinam, cum licuerit ac tam facile fuerit,non abieci? O quam durum malorum aceruum mecum traho? Me miserum quod hasce peccatorum sordes nō ablui,&c. O praua mea consilia: ob breuem peccati voluptatem, æternam cruciet? Ob carnis modicas delicias,æterno tradat igni? D.PACIANVS: Timete dilectissimi(videlicet CHRISTI fideles(iusta iudicia, omittite, damnate delicias: properat iam tempus extremum. Tartarus, & Gehenna laxatos impiis sinus pandunt. Post animatum tempestiua iudicia,rediuiuis quoq; corporibus perpetua pœna sequitur.Attendite Euangelij dicentem, solius adhuc animæ suppliciis laborantem. D.CYRILLVS: Quę est inferni anima? Locus potius est Infernus,& animarum miserarum carcer horridus. Animæ igitur eorum nempe fidelium peccatorum,qui in hac uita deliciis & uoluptatibus effœminātur,ad Infernum descendent, & implebunt quasi eius animam.Diuus AVGVSTINVS: In requie sunt animæ piorum a corpore separatæ: impiorum autem pœnas luunt, donec istarum ad æternam uitam: illarum vero ad æternam mortem, quæ secunda dicitur, corpore reuiuiscant. Hoc idem procul omni,controuersia, concordi sententia,& communi consensu Orthodoxi omnes docent,quod quidem ex impiorum sentina Petrus Vermilius martyr Satanæ, Caluini mancipium, ac eximius apud Caluinitas satelles in Catholicam inclinans ueritatem, & in mendacio hæretici cauerem Caluinum, & Bezam simul ad vnum cum suis gregalibus mittit hoc modo: Necessarium est ex hac uita descendentibus animis nostris, uel tormentorum locum,uel sinum Abrahæ dari.

Marginal notes: *Latinus.* *Græcus.* *Latinus.* *Græcus.* *Latinus.* *Græcus.* *Latinus.* *Pseudoma.* — *L.i.de mort.* *In Quæst.* *Ad Psa.57* *In exho. ad Gà.* *Par. ad Pœ.* *Li.1. in va. c.5.* *De C.D. li. 13.c 8.* *L. de Euch.*

Nemo est certus de salute.

CCLXXXXI.

Feuardent Luterus. Caluini ans Quod nemo est certus de salute una cum Hugonotis, Caluino,Beza & aliis negat nefarius Lutheranorum sectarius,idemq; iuxta DEI uerbūm, quod Lutherus non credidit,dicētis: Nemo scit an odio vel amore dignus sit. Tene quod habes,ne alius accipiat coronam tuā.De propitiatu peccatorum nolli esse sine metu. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.Catatholici illud afferunt,quorum dux D.HIERONIMVS inquit: Etiam in hoc dedi cor meum,& scire uolui,quos DEVS diligeret, & quos odisset & inueni Iustorum quidem opera in manu DEI esse,& tamē utrū amentur a DEO,an non, nunc eos scire nō possum,& ambiguo fluctuare, utrum ad probationem sustinet, an supplicium. In futuro autem scient, cum de hac uita decesserint. Deinde D.AVGVSTINVS: Quis ex multitudine fidelium,quamdiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Expediuisset hoc mysterium nobis ignotum esse, & ad domandam innatam cordibus humanis elationem: quæ etiam cauenda fuit in Paulo,atque in hanc rem datus est ei stimulus carnis Angelus Satanæ,qui eum colaphizaret. Ac rursum: Quanta libet iustitia sit prædi-

Marginal notes: *D. Hieron.* *D. August.* — *L.5.c.9 13 & 18. de Chri.pat.* *De dec.pre.* *In Cat. D. 13.* *Iu c.9.ec.* *L. de pred. & gra.c.13* *L. de perfec. iust.c.19.*

Aa 2 tus

tus homo cogitare debet aliquid in illo, quod ipse non uidet, inueniatur esse celandum, cum Rex iustus sederit in throno: cuius cogitationem fugere delicta non possunt, nec illa de quibus dictum est, Delicta quis intelligit? Cum ergo Rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Atque Symmachus ut refert D. OLYMPIODORVS Philosophus dixit: Omnia incerta sunt in conspectu ipsorum: hoc est nescit homo, si quem nunc maxime odit, mutatis uiribus, amicum, & beneficum sit repertums; contraque an timendum sibi quandoque sit ab eo quem nunc amore prosequitur. His vero eruditionibus ductore verbo DEI plane quadrant ex omnibus partibus agiographa cũ ueterum, nam recentium Doctorum, & cum eis Lutherus censet, dicendo: Incertum est homini num sit in statu salutis nec ne. Hæc ipse, qui alibi non semel secum pugnat, utpote ubi differit: Fabulæ sunt opinatorum scholasticorum, hominem esse incertum, in statu salutis sit nec ne. Hæc ille sectarius omnium opiniosissimus. Cuius priori sententiæ ueræ, Catholice, fuse & fortiter eius magister Ioannes Hussus suffragatur hoc pacto. Hic dubitatur, utrum aliquis uiator possit esse certus de sua prædestinatione? Et uidetur quod non, per illud Ecclesiastis 9. Nemo scit an amore uel odio dignus sit. In oppositum uidetur hic esse Petrus, dicens: Faciatis vestram certam uocationem & electionem, & sic certam Prædestinationē. Hic est notandum, quod nullus uiator sit certitudinaliter, sine reuelatione sibi de hoc facta, se esse prædestinatum, & sic nec se esse in gratia, nec opus suum est virtuosum. Hoc autem tripliciter contingit. Primo, ex parte DEI, a quo electio Gratiæ, & opus uirtuosum dependet principaliter. Nam Gratia est Donum a DEO immediate infusum, & non nostris meritis acquisitum; & cum illa dat secundum, quod ex sua beneuolentia homo acceptat, quæ homini, respectu ipsius, sine reuelatione est occulta, sequitur, quod ex parte DEI homini sua prædistinatio & gratia sunt incerta, & cetera. Nec sequitur: Nullum peccatum mortale scio in me, ergo scio me esse in gratia, &c. cum dicat Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed in hoc nō iustificatus sum, &c. Ab hoc quidem erudimento Beza non uidetur discrepare, quamquam sibi discrepet, ubi nullo excepto omnes usque ad DEVM solummodo nescire salutis suæ certitudinem adfirmat, in hunc modum scribens: Solus DEVS nouit, qui sui sunt: cuius secreti integram ei relinquimus, ut æquum est, notitiam, quotiescunque de proximis nostris agitur. Caluinus apertius dicit: Hi a regno CHRISTI expellendi, qui certam eius uitæ iam sibi arrogant possessionem.

D. Olymp | *In c. 9. Ecc* | *Magister. Martianus* | *L. sen. Ec. 9. In ep ad Gala. 1. & 5.* | *Hussus.* | *Ad c. 1. 2. D Pet.* | *Beza.* | *Confess. p. 4. artic. 47. ex Feu. l. 7. ca. 18. de Sæ. et eius offi.* | *Caluinus.* | *In cap. 14. Luc. v. 24.*

CCXC.

Timorem Domini aufert Lutherus, impius Diuini timoris abolitor, scelerosus contemptor, perfidiosus doctor, detestabilis sedutor, nequam proditor, iniquus incertæ salutis perditor, prauus uitæ æternæ prodigus, æternus Satanæ captiuus. Simili modo faciunt quicumque salutis certitudinem miseris hominibus infauste pollicentur. Sed & hanc Antichristi abominabilem hæresin alter ipsius Antichristi emissarius, constituit atque defendit. Cuius uenenum ac pestiferum Antichristi pharmacum biberunt impii magis quam ceteri hæretici Caluinitæ, qui sese certos esse de sua salute nimis, quam ambitiose atque perfidiose gloriantur. Quamobrem apertius, itemque impudentius loquuntur: Non debemus timere extremum Iudicij diem, ut horrori nobis sit. Certi sumus, quod non nisi in salutem nostram apparebit. Hæc illi aduersus amplissima Diuinorum oraculorum testimonia. Sed nullus ex Sanctis Patribus nullus ex Orthodoxis Doctoribus, nullus ex Catholicis proceribus, nullusque ex Christianis umquam uspiam repertus est, qui hoc perniciosissimæ impietatis, & impijssimæ perniciei dog-

Timor DEI retinendus esse asseritur. | *Roffensis Hæreticus ostan.* | *In Asse Luth. conf. ar. 6.* | *Iudæi.* | *In Cat. Ca.*

ma

ma non sit abominatus. Quod quidem uel pueri duodecim annorum, qui Psalmos Dauidis, aliosque Scripturæ locos legerint, plane abominātur. Vt enim passim eruditissime docet precipuus Ecclesiæ Doctor, ac hæreticorum omnium confossor D. HIERONYMVS, inde D. PROSPER Doctor, & ipse Apostolicus, & Catholicissimus sic scribit: Nunc de timore supplicij pauca dicamus. Ad pœnam quæ peccanti debetur, mens antequā peccet, aspiciat: cruciatus, ac dolores, qui solent sequi peccanti, carnalibus inuētiuis opponat, & nihil eam peccati oblectat, nec ad peccandum ulla delectatio corporalis inclinat. Ceterum si tempore, quo quis peccare deliberat, sana mente consideret, quæ pœna expectet in suis facinoribus, ac flagitiis deprehensos, quod supplicium conuictos excruciet, qui tremor membra quatiat, pallor ora perfundat, quantum denique humiliet, & execrabiles omnibus reddat, etiam ipsum sordidæ opinionis opprobrium, nescio, an possit quibuslibet uitijs accommodare consensum. Hactenus ille de utilitate Timoris, & quod efficaciter peccatis obsistat, erudiuit, qui & aliubi: De Timore, quem illi ponunt in malo, Scriptura nostra loquitur, dicens: Timor Domini Sanctus permanens in seculum seculi: Sed quod vere fatendum est, ab illo alio timore pœnali distinguitur, de quo dicit Apostolus: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Quia ille peccare uolentes deterret a malo, & inuitos tenet in bono: iste autem de quo dicit Propheta, Qui sine timore est non potest iustificari, magis incremento caritatis augetur: Et aliter quis timet, ne malum, quo puniatur, incurrat: aliter, ne bonum, quo delectatur, amittat: Non igitur omnis timor haberi debet in uitio, sed ille tantum de quo scriptum est. Timor pœnam habet. Ceterum iste de quo dicitur, Timor Domini expellit peccatum, &, Qui sine timore est, non potest iustificari, &, Timor Domini Sanctus permanens in seculum seculi: non est inter uitia numerandus, sed potius intelligendus est vitiis inimicus. Hucusque Orthodoxus Pater contra Ethnicos Lutheranorum scilicet, & Caluinianorum auos optime disputauit. Quorum dogma hæretici olim, & quidam postea execrandum censuerunt, quod paucis Caluini alioqui pessimi hæresiarchæ uerbis perstringam, dicentis: DEVS nullis exorabilis futurus est, quam his, qui cum tremore ad eius confugiunt misericordiam, & nisi in animis nostris magno timore, & tremore concutiamur, peruersa fiducia mox in carnem nostram irrumpit.

D. Hieron. *D. Prosper.* *L. 3. de uit. cont. c. 11. In Reg. Mo. & al.* *In eod. l. c. 31.* *Caluinus.* *In cap. 18. Luc. v. 13. & in cap. 8. Mat. v. 25.*

CCXCI.

Consilia Euangelica probantur.

Consilia Euangelica impudenter destruunt Encraticæ, Apostolici, Iulianus Apostata, Pelagianorum quidam, Iouinianus, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, Caluinus. Contra uero tradiderunt Sancti Patres tam Græci, quam Latini, ex quorum prioribus illustre admodum magnum in omnibus Diui BASILII extat testimonium: Voluit Dominus, inquit, eximię uirtutis meritum non iussionis necessitati obnoxium fieri, sed egregii, ac singularis animi specimen atque inditum esse, dum sponte sua, nulli imperii necessitate cogente, quod mandata omnia excellit, & supra naturæ humanæ modum est, desiderio affectuque uirtutis efficere. Coniugium quippe naturale est, vbi etiam lex conuenientia naturæ disponit: Virginitas uero supergressa naturam, legis vinculis non tenetur astricta, quæ incorruptionis excellentem uirtutem Creatori, & Auctori legis iure pretiosi muneris offert. Diuus IOANNES vere Chrysostomus: Nequaquam Dominum incuses: haud mandata impossibilia: multi ipsa superant mandata. Et infra, postquā exēpla posuit de Cōtinentia & Paupertate, cōfirmat superiora. Posteriorum unū est testimonium non impar ceteris ex Diuo CYPRIANO desumptum: Nec hoc iubet Dominus sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit, quando manet uoluntatis arbitrium liberum: Sed cum

Iodoc. Cocc. *l. 4. ar. 1. de uita Mo.* *Græcus.* *Lib. de uera virg.* *Græcus.* *Hom. 8. de Pœn.* *Latinus.* *De hab. vir.*

habi-

habitationes multas apud Patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora uos petitis, carnis desideria castrātes, maioris gratiæ præmiū in Cœlestibus obtinētes. Diuus OPTATVS: *Latinus.* *Lib.6. con. Parmen.* A Paulo cum quæreretur, quid de Virginibus preceperit? Respondit sibi de Virginibus nihil esse mandatum: confessus est, se duo testamenta, hoc est, duos denarios erogasse: explicati quodammodo sumptus erant. Sed quia qui sanctum quodammodo commendauerat: promiserat se redditurum, quicquid in unam amplius erogasset, post impensos duos denarios, non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad Virginitatem. Nec impedimento est uoluntati, nec nolentes impellit aut cogit. Qui dederit, inquit, uirginem suam, bene facit; Et qui non dederit melius facit. Hæc sunt uerba consilii, nec sunt ulla præcepta coniuncta. Hæc ille Orthodoxus Pater, cui omnino concordant omnes Orthodoxi Græci, ut puta Diui EVSEBIVS, ATHANASIVS, GREGORIVS & reliqui, & cum his consentiunt Orthodoxi Latini omnes cum antiqui, tum neoterici, utpote Diui AMBROSIVS, HIERONYMVS, GREGORIVS, & inter ceteros Patres AVGVSTINVS, qui Orthodoxe scripsit: *Latinus.* *Ser. 61. de Tempo.* Aliud est consilium, aliud præceptum: consilium datur, ut Virginitas conseruetur, ut a uino & a carnibus abstineatur, ut uendantur omnia, & pauperibus erogentur. Præceptum uero datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo diuertat a malo, & faciat bonum. Denique de Virginitate dicitur: Qui potest capere, capiat. De iustitia uero non dicitur: Qui potest facere faciat: sed, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Consilium qui libenter audierit, & fecerit, maiorem habebit gloriam. Præceptum, qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, suadere pœnam non poterit. Hæc hactenus Orthodoxorum signifer, cui astipulantur omnes Catholici plerique quoque hæretici, qui eadem simili modo roborant Abeleitæ, Vualdo, Vualdenses, Schismatici, & Hussitarum dux inquit: *Hussus.* *De Eccl. c. 17.* Præceptum est doctrina Dei generalis, omnem hominem semper obligans sub pœna peccati mortalis, eo ipso, quo unquam ab eo lapsus fuerit: Consilium est doctrina Dei specialis, solum obligans sub pœna uenialis pro tempore huius uitæ. Ideo dicunt Doctores, quod præceptum est imperfectorum, obligans eos sub ratione, qua serui sunt: Cōsilium autem est perfectorum, quod etiā supra obligat, subintellige generaliter, & semper sub pœna peccati mortalis. Sed ad declinandam peccati occasionem, consulit eis ut amicis. Vnde si sanctus ex magnitudine diuini occasione consilij inciderit in mortale. Hoc est ex præuaricatione primi mandati, & non ex non obseruantia diuini consilii. In patria uero, ubi non est periculum uel occasio peccandi, non est consilium ita dictum. Nam in patria non est uoluntaria paupertas, nec sapit egentiam, quam Christus consulit Matth. 19. Si uis perfectus esse, vade, & uēde omnia, quæ habes. Secunda est obediētia præposito coactiuo, de qua Lucæ 9. Si quis vult uenire post me, abneget semetipsum, tamquam discipulus carissimus. Nec reluctatio castitatis, de qua Matth. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Nec effectualis retributio aduersantibus, de qua Matth. 5. Benefacite his, qui oderunt uos. Nec concutientium uiolenter humilis patientia, de qua Matth. 5. Si quis te percusserit in dextram maxillam, probe ei & alteram. Nec supererogatio operum misericordiæ, de qua Lucæ 6. Omni petenti te tribue &c. Omnia ista duodecim consilia in forma sua primaria non habebunt esse in effectu necessarie, sed in sensu & forma secundaria obseruabunt, sicut mandata æterna, & in uia sunt ad uitam saluberrimæ. *Luterus.* *In asser. 30.* Hactenus Hussus, qui Luthero teste duodecim hæc consilia Euangelica esse more Catholico verbo DEI Christi subnixus ac diuinitus in Ecclesia probato ac suscepto docuit, quemadmodū alii quoque hæretici Euangelica Consilia docuerunt, uti postea uberius patefaciā.

Pietas

Digitized by Google

Vita Monastica approbatur.

CCXCII.

Coccius. Pietas eo plus probatur, quo plures persecutores impios habet: Lucius fuit Arianorum Episcopus imo Lupus, qui Vitam Monasticam furibunde persecutus est ad Monasteria furoris sui arma conuertens, uastans Erema, & bella quiescentibus indicens: Et hunc, sicut squamæ squamas sequūtur impii sectati sunt Valens Imperator Arianus, Eunapius Ethnicus, Donatistæ, Vigilantius Gallus, Petilianus, Rutilius Ethnicus, Constantinus Copronymus, Theophilus Imperator, Arnoldus Brixianus, Vualdenses, Guilhelmus Sanctamorius, Sagarellus, Dulcinus, Vuicleuus, ZisKa Hussitarum dux, Lutherus ex Monacho apostata excucullatus, Melanthon, Caluinus, Magdeburgenses, Henricus Britaniæ rex octauus, qui monasteria diuersis bestiis fratribus suis repleri edixit. Sed ista sacrilega uerbo Dei ex diametro repugnantia, uel facinora uerbo Diaboli & doctrinæ dœmoniorum competentia, uel scripta scriptis Ethnicis, & Turcicis edictis sacerrime concordantia Christianissimum & sanissimū iudicium Vniuersæ Ecclesiæ condemnat & execratur. Propter quod Hebidiæ perfectissimam uitam Christianam ducere cupienti optime & Christianissime consuluit Diuus HIERONYMVS, dum ita scripsit: Vis esse perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis, fac quod fecerunt Apostoli: Vēde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere Saluatorem. Et Heliodoro: Tu perfectum te fore pollicitus es. Nā quando relicta militia, te castrasti propter regna Cœlorum, quid aliud quam perfectam uitam secutus es? Diuus uero AVGVSTINVS Manichęorum, quam gloriose uenditabat continentiæ Eremitas, & Cœnobitas, & tāquam perfectos Christianos opponit. Diuus præterea GREGORIVS eam uitam perfectam appellat. Quin & Diuus IOANNES Patriarcha constantinopolitanus? Perfectionis culmen, uirtutisque fastigium in uita potissimum Monachorum constituit. Diuus ATHANASIVS, Antonium per uiam Euangelici sermonis ad perfectionem perrexisse. Quibus consentit Diuus EVSEBIVS, qui scribit Christianæ uitæ perfectum modū in Solitudine, in Paupertate, atq; Virginitate consistere. Sed quorsum multa? Organum SPIRITVS SANCTI Diuus BERNARDVS pro omnibus Orthodoxis, ac pro ipsa Christi Ecclesia breui & diuine loquitur: Bonum est nos hic esse, idest in statu Religionis, quia ibi homo uiuit purius, cadit rarius, resurgit uelocius, incedit cautius, requiescit securius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidētius, & præmiatur copiosius. Hæc ille, cui astipulantur Christiani omnes ab antiquis vsque seculis, inde eidē fauere utique plurimum Philo, & Ioseph Iudæi, Lamperiani, & Girouagi, deinceps probauere ipsam Heracleonitæ, qui Monachos & Monachas in suam communionem suscipiebant: pariter Græci omnes Monasticæ uitæ institutum probant, & vltimo loco adest Lutherus, qui sic scribit. Quæ spiritu intelligentiæ sunt præditæ, & Monastica conuersatione uti sciunt, & non inlibenter in ea ætatem transigunt, sinantur illic manere.

Margin notes: *Art. 2.* — *D. Hieron.* *Ep. ad Hebid.* — *D. August.* *Ep. ad Heliod. Monac. tom. 1.* — *Nazianzenus.* *Lib. 1. de mor. Eccl. c. 31. tom. 1.* — *Chrisost.* *Mon. in D. Basil.* — *D. Athan.* *In V. Anto.* — *Demon. Euang. lib. 1. cap. 8.* — *D. Bernard* *Sermo. quo.* — *De hæres.* — *Damascen.* *De plan. & lib. 2.* — *Pelagius Aluarus.* *Cat. hæret.* — *Lutzēburg* — *Lutherus.* *Tom. 6. fol. 239.*

Facultates relinquere propter Christum consilij & Euāgelij.

CCXCIII.

Coccius. *Artic. 3.* Facultates suas propter CHRISTVM relinquere consilii esse Euangelici contra expressum Dei verbum, lucidum Christi Euangelium, perspicuā Ecclesiæ Christianæ Orthodoxiam, & communem Orthodoxorum Christianorum omnium consensum, abnuunt & negligunt improbi heretici au ctore Vigilantio, Guilhelmus Sanctamorensis, Vicleuus, Lutherus, Melanthon simul cum suis gregalibus, & similibus uerbi Dei infidelibus, & sacrosancti Euangelij abnegatoribus. Namque fides & Ecclesia Catholica uerbo Dei Euangelico & Apostolico firmissime subnixa, hoc idem & fideliter

confi-

confitetur,& Euangelissime & Christianissime tradit, quemadmodum ex Plurimis Orthodoxis Ecclesiæ Patribus & eruditissimis sacræ Theologiæ Doctoribus doceri posset, nisi foret nimis longum. Vnde duo testimonia alterum Græcum Latinum alterum allegasse satis consultum uidetur. D. ATHANASIVS Magnus& Orthodoxus maxime & Apostolicus eximie Pater hæc laudat: Post mortem parentum (Sanctus ANTONIVS)annorum circiter decem & octo,seu uiginti cum sorore admodum paruula derelictus,& domus & sororis honestam curam gerebat. Nec dum uero sex fluxerant menses,quibus ad Ecclesiam(ut solebat)accurrens,recordabatur, quomodo & Apostoli omnibus spretis, secuti fuissent Saluatorem,& multi,ut legitur in Actis Apostolorum facultatibus suis uenditis, pretia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda, quæue, aut quanta spes iisdem reposita esset in cœlis. Talia secum voluēs,intrauit Ecclesiam, & accidit ut tunc legeretur Euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem: Si uis perfectus esse, vade, vende omnia tua quæcumque habes, & da pauperibus, & ueni, sequere me,& habebis thesaurum in Cœlo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset, & ueluti propter se hæc esset Scriptura recitata ad se Dominicum traxit imperium: Statimque regressus possessiones, quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecentæ palmæ uberes, & ualde optimæ, quas vicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cetera uero, quæ in mobilibus possidebat, uniuersa vendidit, & aggregato non exiguo pretio indigentibus dedit: paucis tamen ob sororem reseruatis, quæ & sexu, & ætate uidebatur infirmior. Hactenus Diuinus Pater, quem ex Latinis præcedens centum circiter annos alter Apostolicus Pater, Orthodoxus ac Diuinus Martyr D. CYPRIANVS: Decepit multos patrimonii sui amor cœcus: nec ad recedēdum parati aut expediti esse potuert, quos facultates suæ uelut cōpedes ligauerunt. Illa fuerunt remanentibus uincula, illæ catenæ: quibus & uirtus retardata est, & fides pressa, & mens uincta, & anima præclusa: ut serpenti terram secundum Dei sententiam deuoranti, præda, & cibus fierent, qui terrestribus cupiditatibus inhærerent. Et idcirco Dominus bonorum magister,& præmonens,& consulens in futurum: si uis,inquit, perfectus esse,uade, vende omnia tua,& da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlo,& ueni, sequere me. Si hoc diuites facerent, per diuitias suas non perirent: thesaurum in Cœlo reponētes, hostem nunc & expugnatorem domesticum non haberent: esset in cœlo cor, & animas & sensus, si thesaurus esset in Cœlo. Nec uinci a seculo posset,qui unde uinceretur in seculo nō haberet. Sequeretur Dominum solutus & liber,ut Apostoli, & sub Apostolis multi & nonnulli sæpe fecerunt, qui & rebus suis, & parentibus derelictis,indiuiduis Christo nexibus adhæserunt. Sequi autem Christum quomodo possunt, qui patrimonii uinculo detinentur? Aut quomodo Cœlum petunt, & ad sublimia & alta conscendunt, qui terrenis cupiditatibus degrauātur? possidere se credunt, qui potius possidentur: census sui serui, nec ad pecuniam suam domini, sed magis pecuniæ mancipati. Hæc ille, cui astipulantur Orthodoxi ceteri, quorum doctrinam & exemplum quodammodo secutus est Vualdo una cum Vuandensibus, ob id quod facultates deserebant, & pauperem agebant uitam, uocatis Pauperibus de lugduno, fecit ac sensit ipse Vualdo, qui relictis opibus, erogauit pauperibus, Euangelicam callide profitens paupertatem, in unum cum suis sodalibus. Idem fecisse Apostolici hæretici feruntur. Schismatici præterea Catholicam tenent sententiam. Guilhelmus quidam idem sensit, quippe præbendæ beneficium sub prætextu perfectæ Paupertatis dimisit, ac sicut rubiginem igne, sic omne peccatum paupertate consumi autumabat. Et Hussitarum signifer dicit. In Patria non est voluntaria paupertas, nec sapit egentiam, quam CHRISTVS consuluit Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade,

S. Athanas. — *In Vita. S. Anton.*
S. Cyprian. — *Lib. de lap.*
Bunderius. — *Compend. Tit. 34. art. 22.*
D. Antonin Lutzēburg. — *In 4. tit. 11. cap. 7. De Hæret.*
Hussus. — *De Ec. c. 19*

& ven-

Lutzēburg. Lindanus. — *De hær. in Nico. Ga. & Ma. Bohe. Pan. Euan. lib.4.c.45.*

& uende omnia quæ habes. Hucusque ille, quem Lutherus, quem Galecus, quem Vlericus de Morauia, & hæresis gregales, & impietatis sectarii pro Catholico, & fortissimo Fidei propugnatore, ac CHRISTI martyre colunt.

Pauperū curam habere fas est.

CCXCIV.

Damascen. — *Hær.88.*

Iodocus. — *Arti.3.l.8. de signis, & 3.l.art.11. de Iusti.ho.*

Pauperes bono spiritu, diri Nerones, inclementes tyranni, barbari nebulones, Satanæ ministri, pietateque omni exuti Messaliani, quos imitantur Vuitembergenses Lutherani, pauperum fratrum vicariorum ac superstitum ipsius CHRISTI curam habendam negabant. Quam hostium CHRISTI impietatem quasi Euangelio & Scripturis omnibus aduersariam, sententiis, factis, iussusque Sanctorum, & Ecclesiæ contrariam ab ipsis Ethnicis, Paganis, Iudæis, Turcis, & à Tartaris condemnatam, a solo Satana & istis eius filiis hæreticis approbatam contra omnem legem naturalem & humanam, quam vel ipsi hæreticorum fratres, & sorores, animalia, & feræ respuunt, & tandem non pii omnes solum illud, sed etiam impii omnes execrati sunt, atque usque modo execrantur.

Mendicitas pia est ac Christiana.

CCXCV.

Lutzēburg. Alexander Quartus. — *Cat.hær. In Bul.Ca. S.Bona.*

Luterani. — *In Stat. Ge. edit. anno. 1522. In Cof.Vui.*

Guilhelmus pseudo Abbas de Sancto Amore, quem lancea Veritatis libri integri scripti Diuus BONAVENTVRA confodit, sanctam Mendicitatem, quæ ad virtutem refertur, tamquam uitij labe conspersam improbabat. Similiter impij Vuitembergenses, si quis, inquiunt, peregrinus apud nos studijs incubere uolet, ipse sibi de uictu prouidebit. Nos enim hic nulli permittimus, vt mendicet, & uictum petat. Hęc illi reprobi, qui alio loco eleemosynam se uehementer commendare mendaciter & seditiose iactant, cum eleemosynæ quodcumque meritum atque ad abolendum peccata energiam ab eadem excludunt: Nec plus meriti tribuunt Christiano elargienti eleemosynam, quam Turcæ, Iudæo, atque Pagano: quippe qui non nisi sibi placita credere uolunt, nec interim fidem Ecclesiæ, nec uerbū DEI, de quo tantopere gloriantur teruncio æstimant. Oter quáterque miseram Germaniam, quæ fouet tam sacrilegos seductores, & animarum tanto CHRISTI pretio redemptarum sceleratissimos perditores. Idem præterea sacerrimus horum magister Lutherus in hanc sanctam, utilem & religiosam Mendicitatis spontaneæ deuotionem, atque pietatem furenter est debacchatus, multis calumniis conterere, & ludibrijs proscindere frustra conatus est; cum gregalibus assumptis miseris cosmophilis auro diuitiisque temulentis. Eam vero quasi piam & Christianam Euangelicis disciplinis imbuti, diuinitus admoniti, Diuorum CHRISTI doctrinis illustrati, Christiani, dicente CHRISTO: Beati mendici (sic enim ut inquit Tertullianus, exigit interpretatio uocabuli, quod est in Græco) quoniam illorum est regnū Cœlorum: Iam hoc ipsum, quod a benedictionibus cœpit; Creatoris est, qui uniuersa prout edidit, nulla alia voce, quam benedictione dedicauit. Eructauit enim, inquit, cor meum sermonem optimum. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & noui quoque Testamenti initiator agnoscitur de veteri exemplo. Quid ergo mirum est, si & ab effectibus Creatoris ingressus est per huiusmodi dictionem, semper mendicos, & pauperes, & humiles, ac uiduas, & pupillos usque diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis? vt hanc CHRISTI quasi priuatam benignitatem, riuulum credas de fontibus Saluatoris. Atque insuper etiam superiores hæretici,

Lutherus. — *In asser.ar. 41.*

Tertullian. — *L.4.adMa. c.14.*

Digitized by Google

hoc idem dictis factisque probauerunt, nec ante istum malesuadum & opulentum abbatem, qui eam dictis aut factis (quantum legi) improbauerit, ullus inuentus est. Imo potius oppresso silentio omnes, ne dum illi, quos retuli, eam probant, & quemadmodum hæretici quidam in Francia, qui nemimine Franciscanorum Patrum damnatum iri docuerunt: ergo Mendicitatemquem ijde exercent, colunt & obseruant, pro bono pio & Christiani meriti opere approbauerun, si enim hoc non credidissent, Franciscanos omnes salute donatos iri non extimassent, sed potius damnandos censuissent.

Medicos. *In Su. omnibus hares.*

Hospitalitas approbatur.

CCXCVI.

Bernardus: D. Alcuin. *Cat. hær. In Gen. q.*

Diopatres adeo delirauit, ut piam & deuotam Hospitalitatem negaret. Quam ex sacris Litteris Diuus ALCVINVS probat, demonstrans quomodo Angelos hospitio suscepti fuerunt a Sanctis Patriarchis ABRAHAM & LOTH, qui hospitio peregrinos excipiebant, addit: sed intuendum est hic quantum bonum sit Hospitalitas. Hospitalem domū ingressi sunt Angeli, clausas hostium domos ingressus est ignis. Et Aristeas ait: Quæ sit hospitalitatis remuneratio? Si omnibus inquit æquus existens, quæ acceperis maiori etiam fœnore accumulata reddideris, ita ut in hospitalitate excellere videaris. Nam & DEVS plurimum humiles erigit, & subiectos homines diligit. Hanc quidem Hospitalitatis Christianissimam pietatem, non omnes solum approbant Orthodoxæ Pietatis assertores, & Christianæ deuotionis patroni, & omnes sacræ Theologiæ Doctores, sed & ipsi alioqui Hæresis cultores: quo circa illud quadrat Buceri dicentis: Quos sumptus, longe præstiterat fieri in esurientem, sitientem, nudum, peregrinum, infirmum, & captiuum CHRISTVM. Denique Schismatici omnes ac ipsi Turcæ omnes Hospitalitatem maximopere comprobant.

Aristeas. *Ad Phil. q. 48.*

Martinus. *In Ps. 115.*

Ioannes Menaninus. *Denod. Turca. li. 2. c. 2.*

Castitas consilij est Euangelici.

CCXCVII.

Coccius. *Art. 4. li. 4. de vit. Mo.*

Castitatis infensissimi hæretici Castitatem consilij esse Euangelici negāt & secuti notas Trismegisti, Platonis, Augusti Cæsaris, nimisquam oporteat aut liceat infesti sunt DEO acceptæ Castitati, ducem habent Nicolaū Diaconum, Gnostici, Eunomius, Vigilantius, Iouinianus, Heluidius, Faustus Manichæus, Pseudo apostoli, Lollardi, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Pellicanus, Beza, Bucerus, Hugonotæ, & alij dæmoniorum gregales. Contra uero Christiani omnes credunt, & docent in uerbo DEI & Fide Ecclesiæ CHRISTI Euangelica atque Apostolica doctrina. Apostoli enim ipsi sic asseruerunt: De Virginitate mandatum non accepimus. Quare hanc rem potestati cuiusque uoluntatis permittimus, vt uotum. Vnde hanc curam, & puram Ecclesiæ CHRISTI doctrinam secutus Origenes, inquit: Saluator dicit in Euangelio: Cum feceritis omnia, quæ præcipio uobis, dicite, quia serui inutiles, quod debuimus facere, fecimus. Ea uero, quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis: verbi causa Virginitas non ex debito soluitur. Neque enim per præceptum expetitur, sed supra debitum offertur. Audi denique Paulnm dicentem; De virginibus præceptum Domini non habeo. Inde Diuus OPTATVS: Consilium erogat Paulus ad Virginitatem: Nec impedimento est uoluntati, nec uolentes impellit, aut cogit: Qui dederit, inquit, uirginem suam benefacit: & qui non dederit, melius facit. Hæc sunt verba consilij, nec ulla sunt præcepta coniuncta. Deinceps Diuus HIERONYMVS alter hæreticorum malleus: De Virginibus inquit Apostolus, præceptū Domini non habeo. Cur? quia & ipse, ut esset uirgo nō fuit imperij, sed propriæ uoluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum vxorem habuisse confingunt, cum de continentia differens, & suadens

Feuardent. *L. 13. c. 33. de Purgato.*

D. Clemens *Const. Apo. l. 4. c. 13.*

Origenes. *L. 10. in ca. 16. ad Ro.*

S. Optatus. *l. 6. cō. Par.*

D. Hieron. *Epis. 22. ad Eustoc. c. 8.*

Digitized by Google

caſtitatem,intulerit: Volo omnes eſſe ſicut meipſum. Et infra: Dico innu ptis & uiduis: Bonum eſt illis,ſi ſic permaneant,ſicut ego. Et alio in loco: Numquid non habemus poteſtatem circumducendi mulieres,ſicut & ceteri Apoſtoli? Quare ergo non habet Domini de Virginitate præceptum? Quia maioris eſt mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia ſi fuiſſet Virginitas imperata,nuptiæ uiderentur ablatæ: & duriſſimum erat contra naturam cogere, Angelorumque uitam ab hominibus extorquere, & id quodammodo damnare quod conditum eſt. Et alibi aduerſum libidinoſum ſpurcumque porcum Iouinianum recentiorum porcorum immundorum parentem,loco Domini inquit: Alios Eunuchos natura facit, alios uis hominum: mihi illi Eunuchi placent,quos caſtrauit non neceſſitas,ſed uoluntas: Libenter illos in meos ſinus recipio qui ſe caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum. Et ob mei cultum uoluerunt eſſe,quod nati ſunt. Qui ſe inquit caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum. Si caſtrati mercedem habent Regnum Cœlorum: ergo,qui ſe non caſtrauerunt,locum non poſſunt accipere caſtratorum. Qui poteſt,inquit, capere, capiat. Grandis fidei eſt,grandiſque uirtutis, DEI templum eſſe puriſſimum,totum holocauſtū offerre Domino; & iuxta Apoſtolum eſſe ſanctum, & corpore, & ſpiritu. Hi ſunt Eunuchi, qui ſe lignum aridum ob ſterilitatem putantes, audiunt per Eſaiam,quod pro filiis & filiabus locum habent in Cœlis paratum. Horum typus eſt Abdemelech eunuchus in Hieremia, & ſpado ille reginæ Candaces in Actis Apoſtolorum,qui ob robur fidei uiri nomen obtinuit. Ad hos & Clemens Succeſſor Petri ſcribit Epiſtolas,omnemqne pene ſermonem ſuum de Virginitatis puritate contexuit, & deinceps multi Apoſtolici, & Martyres, & illuſtres tam ſanctitate, quam eloquentia uiri, quos ex propriis ſcriptis noſſe perfacile eſt. Hactenus illuſtriſſimus Pater,& eximiæ Orthodoxiæ Chriſtianæ præclariſſimus Doctor,cui præter ceteros Ecclesiæ CHRISTI Orthodoxis arma ſubminiſtrant hæretici Abeleitæ, ſeu Abelonij,vel Abeliani Continentiam profitebantur, & approbabant teſte Diuo AVGVSTINO: itidem Enchratici, Ampotochtitæ Continentiam, & Paupertatem comprobabant: Deinde Heracleonitæ Monachos Sanctimoniales,& Cœlites omnes in ſuam communionem permittebant. Præterea,ut caſte uiuerent propter Regnum Cœlorum comparādum Valeſij ſeipſos caſtrabant. Guilhelmus inſuper quidam Cœlibatum approbabat,ſed ei Paupertatem præſtare docebat. Huſſus præterea paſſim prædicat Cœlibatum ſeu Caſtitatem: unde ſecum pugnando, ut eſt mos hæreticis Bucerus ait: Suut,qui ſeipſos caſtrauerunt,hoc eſt, cum mariti eſſe poſsēt, ultro ſibi Cœlibatum delegerunt; idque propter Regnum Cœlorum, ut ſcilicet ſolius gloriæ DEI propagandæ inſeruiant,& nulli peculiariter addicti miniſtrent ad ſalutem omnibus, hoc eſt curent, quæ proprie Domini ſunt,ut ipſi ſe per omnia probent, ſancti corpore & ſpiritu, adhæreantque ei abſque ulla DEI diſtractione,ideſt,omnino ſpecimen quoddam futuræ uitæ & Cœleſtis exhibeant. His demū bonum eſt,abſque coniuge uiuere quia datum eſt eis,ideſt,propter Regnum Cœlorum ita uiuunt. Talem ſe Paulus fuiſſe teſtatur,& ad ſimilem felicitatem alios quoque hortatur,quo minore ſolicitudine eorum,quæ in mundo ſunt,Domino adhærere,& mūdo uere vti tamquam non vterentur. Idem probat Melanthon. Qui ad miniſteria Eccleſiaſtica uocantur,inquit,ſi afficientur Eccleſiæ calamitatibus, ſi oneris ſui magnitudinem animo metientur,ſi cogitabunt,quam ſit difficilis explicatio dogmatum, & gubernatio Eccleſiæ. Hæc curæ ac miſeriæ, facile excutient eis cogitationes de Matrimonio. Lutherus denique ait: Sacrilegium eſt,cum Religioſus,Sacerdos,Monialis,& omnes alijs qui DEO Continentiam uouerunt,fornicantur, &c. Sacrilegium ubi iam non tantū Caſtitas polluitur,ſed etiam,quæ ſoli DEO fuit oblata tollitur, & ſanctum profanatur. Verum hoc ex inſtitutione Eccleſiæ magisquam ex DEO

[Margin notes, left:] *Lutzēburg.* *D. August.* — *Hussus.* — *Bucerus.* — *Melanthon* — *Luterus.*

[Margin notes, right:] *l. 1. ad Iou. c. 7.* — *De haret.* *De hær. lib.* — *Epiſ. 1. 2. 8. & in Scr.* — *In c. 19. D. Mat. p. 154* — *E di. poſt. lo. com. p. 98. ex Hoffmei. 2. Dial.* — *De dec. pre. in 6. prec.*

Digitized by Google

est in Sacerdotibus: sed in Religionis grauissimum est, quia sponte se consecrauerunt Domino, vt se subtrahunt rursum Cœlibatum ergo & Castitatem Monachorum & Clericorum catholico sensu comprobant, uti alii hæretici catholice senserunt.

Virginitas Matrimonio præfertur.

CCXCVIII.

Lutherus. Virginitatem Matrimonio præferendam non asserunt Lutherani, & Caluiniani, & eorum gregales, sed omnium Fidelium congregatio asserit, Porro lumen Alexandriæ Diuus CLEMENS asserit: Mystice admodum & sanctissime nos docent Apostolus, eam, quæ uere grata, electionem: nō quod alia tamquam mala reprobet, sed quod bonis censet meliora esse, significauit, dicens: Quare & qui Matrimonio iungit uirginem suam, bene facit; & qui non iungit, melius facit, ad id, quod honestum est, & facultatē præbeat, indiuulse Domino assistendi. Et Constantinopoli gloria immortalis Diuus IOANNES Chrysostomus: Mihi ipse persuadeo; Virginitatem coniugio multo esse præstantiorem, neque tamen propterea connubium in malis pono: quin etiam ipsum magnis laudibus afficio. Item præclarum Alexandriæ oraculū D. CYRILLVS: Nos, qui in CHRISTVM traducti sumus, ut fructum spiritualem adferamus, & si Matrimonium honore prosequimur, maius tamen illud, quod excellentius fit, magnisque laudibus apud Scripturam sacram commendatur, omni studio eligimus atq; sectamur, vt soli scilicet DEO adhæreamus, nullæque res mundanæ nobis impedimēto sint. Qui enim cum uxore est, solicitus quæ mundi sunt, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Alius præterea Græciæ illustris fulgor D. ISIDORVS ait: Bonum est Matrimonium: at melior Virginitas. Pulchra est Luna: at Sol pulchrior. Atque inter Latinos Ecclesiæ DEI Doctores ex uetustissimis Tertullianus est vnus, qui Apostolicam planeque Euangelicam refert doctrinam hoc modo disserens: Continentiam, & Virginitatē nuptiis antepono: sed non prohibitis. Destructores enim DEI nuptiarum, non sectatores Castitatis retundo. Insuper D. AMBROSIVS: Bonum coniugium per quod est inuenta posteritas successionis humanæ: sed melior Virginitas, per quam Regnis Cœlestis hęreditas acquisita, & Cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successio. Per mulierem cura successit, per Virginem salus inuenit. Hunc sequitur Diuus AVGVSTINVS: Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis. Huic tempore, & auctoritate præcedens, Diuus SYRICIVS Papa succedat, & pro Ecclesia contra impiorum calumnias asserat. Nos sane nuptias non aspernenter accipimus, quibus velamine intersumus: sed Virginum nuptias DEO deuotas maiore honorificentia ueneramur. Ad hunc accedit Diuus SIXTVS Tertius Pontifex Maximus: Primus Virginitatis & incorruptionis status in ipso humani generis principe dedicatus est: in quo iam figuraliter ostensum est maiorem de Virginitate, quam de Matrimonio DEO curam esse. Illum propria formauit manu, hoc hominum arbitrio derelinquit. Quale ergo bonum fit, quæso diligenter aduerte, talem te semper esse, qualem a primordio DEVS hominem fecit, & qualem postmodum partus emisit. Vide quantæ beatitudinis sit, hoc te perpetuo esse, quod factus es, & primæ natiuitatis lineamenta seruare. Hussus præterea vltra alios hæreticos affirmat Virginibus aureolam, fructumque centesimum deberi, & Diui AVGVSTINI, & Glossæ testimonio probat, quod Virginitas supergreditur humanę naturæ conditionem, per quā homines Angelis assimilantur, quod maior est uictoria Virginum, quam Angelorum: quod Virgo studet sanctitati & amori DEI, & ideo nuptæ

Left margin: *Alexandri.* — *Constantin.* — *Alexandri.* — *Pelusiota.* — *Carthagin.* — *Mediolanus.* — *Carthagin.* — *P.M.* — *Papa.* — *Hussus.*

Right margin: *De uita coniuga. L.4. Strom.* — *Li. de Virg. c.16.* — *L.11. in Ge.* — *L. 2. ep. 132.* — *l.5. cõ. Marcio. c.15.* — *Ep. 81.* — *L. de S. Vir. c.13.* — *Ep. ad Me. Eu. ext. ap. D. Amb. ep. 80.* — *L. de Casti.* — *Ad c. 7. 1. Cor.*

præ-

Digitized by Google

præferenda,& quod licet Diuus PAVLVS ostendat utrumque bonum esse,tamen(ait) Virginitas est melior Matrimonio. Sed præstat auctorem ipsum auscultare: Asserit itaque Hussus Catholice: Bonum est homini esse sine uxore: honestum, propter puritatem,delectabile, propter libertatem; utile propter mercedem: quia ei debetur aureola & fructus centesimus,de quo Lucæ 8. Augustinus: Supergreditur uirginitas conditionem humanæ naturæ,per quam homines Angelis assimilantur. Maior est enim uictoria uirginum,quam Angelorum: Angeli enim sine carne uiuunt,Virgines vero in carne triumphant. Magis expedit continentiæ seruare propositum, quam nubere,& hoc ratione maioris sanctitatis. Et est argumentum tale: Studens sanctitati & amori DEI,præferenda est cogitanti, quæ sunt mundi. Mulier innupta est huiusmodi. Ergo &c. Ostendit Paulus,quod licet utrumque sit bonum,tamen Virginitas est melior Matrimonio. Nota,quod status coniugalis honestus est,sed minus quam continentiæ. Augustinus in Glossa: Non Matrimonium turpe esse monstrauit, sed quod honestius erat generalis honesti nomine commendauit, &c. Ex quo colligitur,quod est consilium Spiritus sancti,& per consequens totius sanctæ ciuitatis, statum continentiæ obseruare. Et patet,quod fraternitates laicales,quæ prohibent artificem suum exercere artificium nisi nupserit, sunt cōtra consilium Spiritus sancti,prohibentes statum summū,scilicet Virginitatis, in suo artificio permanere: nec est paruum peccatum, tale consilium Spiritus Sancti excludere.Idem præterea mihi sane uidetur Lutherus ipse sensisse,cum ita eloquitur: In ueteri lege Virginitas summi erat opprobrii,nunc autem summæ gloriæ: tunc damnabile dedecus,nunc incomperabile decus,eis saltem qui non proposuerunt nubere.Hæc Lutherus qui sane a seipso dissentire videtur. Philippus præterea a Catholicis aperto morte stat, ac recte contra Lutheranum pugnans,præfert Virginitatem Matrimonio, ex eo quod est quædam castratio sui ipsius propter Regnum Cœlorum,ut discere,aut docere Euangelium uacet.Proinde ait Virginitatem præstantius coniugio donum esse,quæ nos libenter concedimus & acceptamus tamquam Euangelio & Paulo consentanea,longe magis,quam ea,quæ Lutherus & Iouinianus docuerunt.

Lutherus. — *De dec.præ. in sexto præ.*

Melanthon — *In Apolog.*

Obedientia superioribus habenda.

CCXCIX.

Coccius. — *Art.5.*

Obedientiam,quam ut omnes Orthodoxi norunt ex uerbo DEI, & doctrina totius Ecclesię CHRISTI inferiores superioribus exhibent,DEO gratam & acceptam de medio tollunt Lamperiani,Begardi,Hussus,Lutherus,& Lutherani. Quos post Apostolos Ecclesiasticæ rei studiosi omnes unanimiter condemnant.DEVS equidem per organa sua loquitur: Qui superbierit,nolens obedire Sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat Domino DEO suo,ex decreto iudicis moriatur homo ille: Melior est obediētia,quam victimæ. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Obedite præpositis uestris,& subiacete eis.Obedientia, & humiliatio,quæ Magistris(Episcopis, Sacerdotibus)agitur,Domino exhibetur. Beatus, qui una & minime simulata præditus est obedientia: quoniam hic imitator est optimi præceptoris nostri,qui obediens fuit usque ad mortem.Vere igitur,qui obediētiæ fruitur possessione,beatus est; quia cum Domini sit imitator,etiam cohæres illius efficitur. Qui obedientiam obtinet uinculo caritatis cum omnibus coniungitur. Qui obtinet obedientiam,magnam possessionem obtinet,magnasque sibi diuitias accumulauit. Qui obediens est; omnibus gratus est,ab omnibus laudatur,& ab omnibus probatur. Vir obediens cito exaltatur,& celeriter progressus magnos efficiet. Vir obediens præcipientibus non resistit, & iubentibus non aduersatur. Reprehensus, non irascitur,ad omne opus bonum prōptissimus est: ab iracundia non faci

D. Moyses. — *Deu.c.7.1. Reg.15.*

D. Paulus. — *Rom. 13. Heb.13.*

D. Clemens — *Epist.1.*

D. Ephram. — *De vir. & vit. cap. de obed.*

Digitized by Google

le capitur, si reprehendatur, non commouetur: & si contu meliis afficiatur, nequaquam exardescit. In calamitatibus gaudet, & in tribulationibus, Deo gratias agit. De loco in locum non transmigrat, & ex una in aliam mansionem non se transfert: admonitus non perturbatur: ad quem destinatus est locum, in eo manet, & tœdio non afficitur. Patrem non despicit, & fratrem nequaquam spernit, monasticæ uitæ rationem non carpit. Recreationes & otio fugit, ac locorum, aerisque amœnitate minime sectatur: sed secundum Apostolum: in qua uocatione uocatus est, in ea manet. Multi igitur, ut apparet, sunt fructus obedientiæ. Quamobrem beatus est, qui possidet illam. Episcopos, Præsbyteros, & Diaconos ut Christum Iesum cuius vicarii sunt, debemus nos reuereri, & qui illis non obedierit, atheus prorsus est, & impius, & infideli deterior. Exinde Græci, postea illi hæretici, qui supra docuere religiose standum esse, parendumque præceptis Ecclesiasticis & superiorum omnium iussionibus obtemperandum cum quibus subnititur Melanthon: Sciamus, inquit, oportere in saluãdis existere incohatam obedientiam, nec sine ea posse homines saluari. Deinde Lutherus ipse clauum clauo retundit in hunc modum secum ipse pugnat, ac dicit, quod alias diffessus fuit: Religiosi suam debent obedientiam seruare, etiam si possent alibi martyrio corronari: nec Papa vnquam intendit contrarium.

D. Ignatius — *Ep. 5. & 6.*

Melãthon. — *Dom. 4 post Trin.*

Luterus. — *In Resolut. de Isid. conclu 50.*

CCC.

Vota honesta seruanda sunt. Coccius. — *Artic. 6.*

Vota honesta DEO reddenda renuunt tricones plerique Gerhardus Sagarellus, Lutherus, Melanthon, Caluinus & gregalium caterua. Cui ex professo contradicit DEI uerbum in Diuinis paginis Gen. 28. Num. 6. 15. 21. 30. Deut. 12. 23. Iudic. 11. 1. Reg. 1. 2. Reg. 15. Psal. 21. 49. 65. 75. Eccles. 5. Isa. 19. 1. Tren. 5. ac sui. 20. Contradicunt insuper Diui Apostoli in Constitu. lib. 3. c. 1. lib. 4. c. 13. Contradicunt præterea ex Græcia Sancti Patres Orthodoxique Ecclesiæ Christianę Doctores Iust. 9. 99. Origenes Hom. 11. in Leu. Hom. 1. in Num. Greg. Neoc. Metaphra. in c. 5. Eccles. Eus. De præpa. Euang. li. 13. c. 7. Atha. in Pas. & Cru. Dom. in uita S. Anto. Ephræm Adhorta. 1. Basil. Ep. 1. ad Mon. Reg. 14. Ser. 1. de Instit. Mon. in Ps. 49. Greg. Naz. Tetra. 8. Gre. Nys. Or. 2. de Or. Dom. Or. de Na. Do. Io. Chrys. in psal. 49. 115. 142. Contradicunt item Sancti Doctores & Orthodoxi Christi Sancti Patres Latini, Tertul. lib. de Ieiu. cap. 11. lib. de c. fem. cap. 9. lib. de uelan. virg. c. 11. 13. Vrba. Ep. 1. cap. 2. Cyp. 3. ad Quir. cap. 30. Hila. in Psal. 64. Ambro. in c. 20. Luc. lib. 1. de Cain cap. 7. Hiera. epist. 7. ad Ser. cap. 7. 8. ad Dem. c. 11. Aug. epist. 45. in Psal. 75. lib. de S. V. c. 14. 29. Sis. Fer. De mal. docto. Leo. 1. Epist. 92. c. 14. Euch. Lug. Hom. in Hat. Sedul. ad 7. p. ad Cor. Prof. Epig. 15. Saluia. ad Eccl. Cat. li. 2. Faust. Rheg. ser. ad Mon. Prosp. lib. sen. ex August. Alciat. lib. 1. ad Serm. Fulg. Epist. 1. c. 5. Ara. d. 1. Ac. Ap. de Ana. & Lap. Greg. Tur. in uit. Pat. Greg. Mag. lib. 32. Mor. c. 4. Pastor. q. art. 3. admo. 28. Hom. in Ezech. lib. 1. Epist. 33. Contradicit porro gloriosorum confessorum Veritatis uniuersa corona, & in uniuersum omnes Orthodoxi, qui quouis seculo sibi inuicẽ superstites fuere in Ecclesia Christi. Contradicit pariter sacra Ecclesiæ Dei Concilia Carthagin. Quar. c. 104. Arausica. Ser. de oblig. Voto. c. 11. Aurelian. Sec. c. 12. Matisco. Pri. cap. 12. Ancisiodor. cap. 3. Anglica. c. 18. Aquen. lib. 1. c. 38. Contradicit præter hæc idolum Lutheranorum, Luciferi vicarius, inuitus ueritatis Catholicæ assertor ac prodigiorum ostentator Lutherus, qui hercle dicit: Nemo negare potest a DEO præceptum esse, ut uota seruentur, quemadmodum dicit: Vouete, & reddite: Hoc neminem fallet, nisi eum solũ, qui non credit esse mandatum & Veritati consentaneum. Hæc ille uotifragus planeque infidelis, & Veritatis iniurius, ac Diuini mandati uiolator sacrilegus, quippe qui DEO uouit, & non reddidit uota, imo subsannauit

Luterus. — *De Eccl. & Monast. uo. 106. Germ. pag. 181. 216.*

ea

Digitized by Google

ea simul cum omnium uouentium DEO sodalitate, quamquam idem supra (ut ostendi) Monachorum & Clericorum uota rursum probauit & eorum transgressores, ut idem fuit maxime sacrilegus, sacrilegos appellauit. Verum Hussus præcursor Lutheri asserit: Nota secundum Hieronymum, quòd Virginitatem uouentibus, non solum nubere, sed etiam uelle nubere peccatum est, ut c. Tertium impedimentum Matrimonii est uotum Deo factum ad continentiam seruandam.

De dec. præc. de inf. 6 præ. Ad c. 7. 1. Cor.

Hussus.

Vota nõ sũt nouitia ac humanitus inuenta.

CCCI.

Nouitia esse uniuersi Monachismi vota, quę mera hominum excogitata Lutherani temere effutiunt, iidem mentiuntur, similiter Caluiniani & alii delinquunt. Sed qui nulla hæresis labe aut etiam suspicione perstringuntur Catholici iure negant istud mendaciorum commentum. Namque satis illustre extat huius materiæ testimonium apud Diuum DIONYSIVM Diui PAVLI Discipulum, qui primitiuæ Ecclesiæ primo seculo anno centesimo a Christo floruit: Sancti præceptores nostri diuinis eos appellationibus sunt prosecuti, partim Therapeutas, idest, cultores a sincero Dei famulatu, atque cultu: passim Monachos, ab indiuidua & singulari uita appellantes, qui post abrenunciationem secularium & mundanorum, exposito illis statu excellentissimæ uitæ, postquam promiserant eum consummendum, cõsignati signo crucis crinibus detunsi, exutiq; priori ueste, & alia induti à Sacerdote benedicebantur, & ad Deificam communionem uocabantur. Inde Diuus VRBANVS Pontifex Ecclesiæ Maximus clarescens anno ducenteno uiceno quarto. Quicumque uestrum communem uitam susceptam habet, & uouit se nihil proprium habere, uideat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat. Quoniam satius est non uouere, quam uotum, prout melius potest, non perficere. Deinceps Diuus SYRICIVS summus DEI Pontifex anno tricentesimo nonagesimo currente, quo Christi optime rexit Ecclesiam sic sanxit: Monachorum quidam atq; Monacharum abiecto proposito sanctitatis, de illicitis complexibus libere filios procrearunt: quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condemnãt. Has ergo impudicas detestabilesque personas a Monasteriorum cœtu Ecclesiarum conuentibus eliminandas esse mandamus. Huic uero anno ducentesimo septuagesimo quinto concordat Diuus EVTHYCHIANVS altissimus Dei Vicarius, qui pullulantes abusus & deuiantes a ueterum tramite consuetudines abolens pro regione Ecclesiæ Christi, Statuit, ut si Abbatissa, aut quælibet Sãctimonialis in tãtam audaciam proruperit, ut aut uiduã, aut puellam uirginem uelare præsumat, iudicio canonico usque ad satisfactionem subdatur. Inde anno tricentesimo nonagesimo octauo Conciliũ Carthaginense hæc habet: Sanctimonialis uirgo, cum ad consecrationem suo Episcopo offertur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper usum est professioni & Sanctimoniæ aptis. Hæc & similia plura feruntur a Diuis EVSEBIO, HIERONYMO, ATHANASIO, EPIPHANIO, & aliis multis Ecclesiæ primitiuæ Pontificibus summis ac Sanctis Patribus. Quod quidem Lutheranorum sectarius etsi turpissimus, & impudentissimus in hoc eosdem sectatores suos hæreticos sane satis Lutheuus in hunc modũ confutat: Religiosi grauissime peccant, quod sese consecrauerunt Deo, & sese rursus subtrahunt: Nec est ut quis hic caussetur humanas esse constitutiones, quandoquidem Vota Cœlibatus, siue Castitatis, non omnino incognita fuerunt primitiuæ Ecclesiæ. Quis enim nesciat non omnes uiduas in collegium uiduarum susceptas, sed eas solum, quibus statutum erat perpetuo Cœlibem agere uitam. Hæc ille in libro, quem non semel alias probat.

Ioannes Bũderius. Areopagita — *In Compen. tit. 34. art. 3. 5. & 6.* — *Eccl. Hier. cap. 6.* — *Pale. Max.* — *Ep. ad om. Christi.* — *Papa.* — *Epistol. ad Hym. Tarr. cap. 6.* — *Papa.* — *Ap. suo. in Decr. lib. 3. 20. q. statuimus ut si.* — *Concilium.* — *Cap. 11.* — *Luterus.* — *In Decalo. citat. Io. Hoffmeiste. 2 Dialogo.* — *Aduer. Antino.*

Insi-

Habitus Monasticus probatur.
Cedrenus.
Coccius.

CCCII.

Insignes sane nebulones sunt Copronymus, qui Monachorum habitũ traduxit, & contumeliose in circo exposuit, & Lutherus, qui excusso cucullo, passim in suis scriptis habitum Monasticum ludibrio proscindit, hosque nequiter imitatur Vuolfongus Musculus. Contra uero Catholica Pietas istos sanniones deridet, negligit, & longe proiicit: in sacris Synodis Nicęna Prima, Trullensi Secũda Constantinopolitana Photiana, Aurelianẽsi Quinta, Matisconense Prima, Toletana Sexta & Decima, & Lateranense. Quæ profecto concilia cuilibet Christiano ad quæcumque Fidei Dogmata discernenda, declaranda, tradenda, & statuenda de bona sufficere, ne dum eisdem repugnare ac resistere in decernendo singularem honestumque Sacerdotum, religiosorum & aliorum singularium personarum habitum: quem probant Girouagi, Græciquæ omnes quantumuis Schismatici ac hæretici & alii, quibus Lutherum ipsum assentire non temere existimaro, quãdoquidem Moniales, si uelint, uitam prius in catholicismo Monastice institutam tenere, patitur. Ceterum protinus grauiora lector audiet.

In Constit. Copro. De uita. Mon. li. 4. art. 7.
Lutzeburg. Luterad.
Cat. haret. Tom. 6. fol. 239.

Sacerdotii Tonsura astruitur.
Coccius.
Sixtus Senensis.

CCCIII.

Monachorum & Clericorum Tonsuram Satanæ sanniones æterne subsannandi Vuicleuistæ, Thaboritæ, Lutherus, Caluinus, Hortensius, Lãdus Augustinianæ tonsuræ desertor, & Magdeburgenses improbant, atque etiam miris sannis & ludibriis impudentissime proscindunt. Sed certissime confutant Theosebiæ cultores propter Dei uerbum & Diuinorum Patrũ Orthodoxiam & Ecclesiæ Christi Catholicæ Christianam approbationem & sanctionem sacrosancti Concilii Nicæni Primi, quo sic statutum fuit: Religiosi, tum Monachi, tum Moniales, habeant alia indumenta, & alios mores, quam habent Laici, & tondeant caput in modum coronæ, & cingãt se. sugillant & exprobrant illos: identidem notat his uerbis Vuicleuus: Hic redarguunt superbi improbantes istam rationẽ: Non, inquiunt, legitur, quod Apostoli habuerũt caput & barbas rasas, sicut nos utimur &c. Quis stultus nescit, quoniam non sequitur? & quæ sequuntur, quibus subscribit Hussus & sic asserit. Oportet nos Clericos Clericatus honore non abuti, sed diligenter mandatorum custodia hoc esse quod uidemur. Omnia signa Clericorũ uirtutes in nobis esse reputant, & uirtutes reclamãt: Clamat corona paupertatem, clamat uestis animæ honestatem, clamat status puritatem, clamat cultus castitatem: & ideo nisi istis uirtutibus polleamus, mentimur. Mentitur corona, mentitur habitus, mentitur status, mentitur cultus, mentitur professio. Hactenus ille, cui concordat Ioannes Pzribrauus, qui post Vuicleui testimonium allegatum, Diuorum HIERONYMI, & AVGVSTINI auctoritate & libris de hoc scriptis confirmat: & adiicit, quòd uariantes in uestibus, tonsuris & ceteris similibus sine ineuitabili necessitate uituosa possent dici schismatici. Sic namque subiungit cum recitasset supradictũ Vuicleui testimonium: Ex quibus patet, quod teste Vuicleuo huiusmodi sunt superbi & captiosi, quibus opponendum est, quod uariantes in his, sine euicta necessitate uirtuosa, possent dici Schismatici: Addo de his plattis Sacerdotum & approbatione eorum Hieronymum 12. q. 1. Duo sunt, Augustinum libro de contemptu mundi ualde late.

Artic. 8.
Biblio. Sanct. lib. 5. an. 244.
Synodus Sacra.
Cano. 36. Arab.
Vuiclef.
Tracta. de grad. schol. cap. 3.
Hussus.
In Amato. mentio. Antichri.
Hussita.
Profes. fid. cap. 29.

Monachis aliunde licet uiuere, quam opificiis machanicis.

CCCIV.

Tenet Caluinus hæreticę institutionis capite quarto cũ gregalibus suis non licere Monachis aliunde, quam ex machanicis opificiis uictum para-

Bib. san. li. 6. an. 31.

Digitized by Google

re,etiam si assidui sint in orationibus,psalmodijs,& studijs,quod,vltra Catholicos omnes quorum institutus ac studium semper fuit, est, ac erit, verbo DEI muniri,errores reprobare,hæreses condemnare, diabolica figmenta detestari,impietatem execrari,atque pietatem Christianæ Fidei ac Veritatis sectari ac prædicare, Psalliani, Messaliani, Enehilidiani, qui Monachis nefas esse operari,ut inde uitam degant,negabant,reprobauerunt: quippe sic aliunde eos ad victum necessaria obtinere fas esse consueuerunt: quemadmodum B.IOANNES Euiratus scriptum reliquit, antiqui Monachi pleni Spiritu,& Sanctitate operabantur manibus,& opus manuum suarum uẽdebant,ut inde victum haberent. Id quod non solum improbauit Ecclesia, sed etiam probauit,& commendauit. Idem confirmat Guilhelmus Sancta morensis,& illi,qui Monachis licere ut prædia habeant,docuerunt. De quibus continuo differam.

Euiratus. — *Pra.Spir. c. 114.*

Operatio manuum licita est Christianis. — *Damascen.* — *Hæres. 88.* — *Sixtus Sen.* — *In Bib. Sã.*

CCCV.

Detestabantur operationem,quæ manibus fit,ut Christianis omnibus siue Laicis,siue Monachis,atque Clericis indignã Messaliani. Quos iure merito propter verbum DEI omnes Catholici detestantur, & non nisi hoc ab illis damnari pro se existimant,quorum institutum est,Ecclesiæ CHRISTI insultare,calumnias struere, Christianitatem traducere, quod bonum est mali nomine notare;quos nefas est,fas esse dicere, & quod fas est quasi nefas respuere,qui a Dœmone uexantur,ira, insania,delirio, furore,furiisque agitantur, ut portenta execranda in lucem proferre cogantur, quibus demum,ut Tyconii pulchrũ est dictum,id sanctum est,quod illis sanctum est atque adeo illud impium est,quod ipsis impium est. Quorum impium Satanæ suggestum,vel detestabile hominum commentum, abominantur unanimiter omnes Catholici,item omnes schismatici, omnes denique hæretici,vtpote Lutherani,Caluiniani,& reliqui.

Monachis & Clericis licet bona temporalia tenere. — *Iodoc. Coc.* — *Li.4.art.9. de vi. Mon.*

CCCVI.

Monachos & Clericos, domos, agros, decimas & pecunia recte a laicis accipere,vt inde & ipsi uiuant,pauperibus subueniant, sacras ædes,sartas tectas seruent,& inique agere qui huiusmodi bona rapiunt,vel repetunt inuide negant impij Audeani,Vadiani, Arnoldus Brixiensis, Vualdenses, Albigenses,Sagarellus,Beguinæ,Marsilius Patauinus,Vuicleuus Hussus,Anabaptistæ,& Trinitarii: quinimo Zuingliani,Lutherus,& Oecolãpadius. Quos verbum DEI plurimum passimque extat patefactum apud Coccium, in Scriptura iugulat os Apostolicum 1.Cor.9. & CHRISTI oraculum Luc. 1.erroris perfidiosi & iniqui condemnat. Apostoli ipsi in suis sacris Canonibus & Cõstitutionibus tamquam impios & uerbo DEI iniurios repudiãt, Patres uetustissimi,Doctores Orthodoxi, Sancti omnes & Christianissima totius Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ Romanæ censura, superbæ hæresis, iniquæ perfidiæ,inuidiæ sacrilegę,& impudentis impietatis cõuincunt. Quapropter contempta, & notata hac hæresi Concilium Sacrosanctum, quod totus Christianismus Euangelio suscipit Nicenum Primum Christiana prouidentia statuit, Vt sit in unaquaque Ecclesia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam prouentuum, & agrorum,& alij uillarum & sumptuũ, quotidianorum,alii frumenti & leguminum,alii uasorum auri & argenti, & uestimentorum & ornamentorum Ecclesiæ. Hoc idem constabilit aliud summum Concilium Chalcedonẽse,dehinc Lateranense, in quibus tribus Conciliis bis mille selectorum,ac Diuinorum, & plurinm Patrum, ac Orthodoxorum congregati fuerunt in Domino. Quibus item subscripserunt, & consenserunt Concilia plurima,utpote Nicænum Sec. Romanum Ter.

Andreas Fabricius. — *Lutherus.* — *Oecolãpad.* — *Ani.8.art. Conf. Aug.* — *L.de po.Pa. Sup.epi.Ca.* — *D. Ioan.*

Synodus. — *Cano. 63. Arab.*

Digitized by Google

& Sex. Agathense, Aurelianense Pri. Ter. Quar. & Quin. & alia grauia & ueneranda. Idē autē summi CHRISTI Vicarij cōfirmarunt, & sanxerunt Diui PIVS Primus, VRBANVS Primus, LVCIVS & alij. Vnde iuremerito Sanctissimus Papa Diuus STEPHANVS infamiænota sugillat Nouatores nostros, dicens: Infames eos esse dicimus, qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt iniuste. In quo redarguuntur, & notātur potissime Anabaptistæ, qui se gratis Apostolicos dicunt, & inuehuntur in Clericorum diuitias, quas quidem supilarunt in Christianis Ecclesiis Luthero & Caluino auctore Lutherani, & Caluiniani. Quos æquo iure damnat & execratur, non solum omnium Ecclesiasticorum consilium, sed etiā multi hæretici, ut Lutherus, ac Lutherani qui dicunt. Illos, qui ideo excitauerunt Schismata, quia negabant Sacerdotibus licere tenere possessiones, aut proprium, planè seditios iudicamus. Nam tenere proprium, ciuilis ordinatio est: licet autem Christianis uti ciuilibus ordinationibus sicut hoc aere, hac luce, cibo, potu. Nam ut hæc rerum natura, & hi si clerum certi cursus, certi motus, uere sunt ordinatio DEI, & conseruantur a DEO: ita legitimæ politiæ, uere sunt ordinatio DEI, & retinentur ac defenditur a DEO aduersus Diabolum. Cum his uero consentiunt Caluinus & gregales, & alii, inter quos Melanthonem citasse sufficiat: is enim ita in Vuicleuum, & sui pares inuehitur: Sunt alij errores Vuiclef: contendit Ministris Ecclesiarum non licere proprium & diuitias tenere. Hinc non discernit officia, seu potestates, sed discernit opes: nos docemus officia discernenda esse. Illa Vuicleuica superstitio perniciosa, & seditiosa est, quæ adigit ministros Ecclesiarum ad mendicitatem, & negat eis licere proprium tenere. Et alibi: Plane furebat Vuicleuus, qui negabat non licere Sacerdotibus tenere proprium.

P. M. — *Ep. 1.* — *Heretici.* — *Apol. 8. art. Con. Augu cit. a Io. Dauent. art. 8. C. A. Conf.* — *Melanthon* — *Loc. com. c. de pot. Ecc.* — *Apol. c. de hum. tradi.*

Diuersa religiones ac secta nō sūt ferendæ.

CCCX.

Cēsuit Lutherus & omniū hæreticorū colluuio, qui singularem sectam sibi finxerunt, quamquam id damnauerunt, diuersas religiones & sectas ferendas: In cuius insaniam perniciosissimam pestilentes Geneuæ ministri hæretici Caluinitæ manibus ac pedibus discendunt: Hos, inquiunt, per uniuersam Galliam libellis, colloquijs, Synodorum edictis, atque concionibus, confirmamus uniuscuiusque liberam, in qua libuerit uitam agere religione, oportere esse conscientiam. Quod negat, prohibet, punit, explodit, ac dānat omnis Catholicorum Chorus. Cuius Christiani regiminis rectitudine adstipulantur Anglicanæ hæresis studiosi ministri, qui non nisi sectam suam prætextu inani Christianæ religionis & Euāgelicę fidei, iniuste, inhumane, inique, nequiter & impie die nocteque Catholicos diuexant, ad audiendas conciones suas trahunt, renuentes in uincula conijciunt, distorquent, plagis lacerant, crucibus suspendunt, colligatis membris dispungunt, uiuos ex patibulis demittunt, pudenda amputant, exēterant, & adhuc palpitātia euellunt præcordia, eaque tosta, auibus, feris, canibus apponunt deuorāda: extracta uiscera inferuentem aquam ingerunt, in quatuor partes corpora dilaniant, & priscis persecutoribus inaudita supplicia in eis consumunt, qui acceptam a Patribus religionem cupiunt obseruare atque retinere. Hæc ex illorum sententia, cui fauet Lutherus ipse ubi enucleate dicit: Si qui docere quicquam vellent aduersus expressos Fidei articulos, qui expresse in Scripturis fundati extant & in uniuerso mundo apud oēs Christianos pro indubitatis habentur, ut sunt, quod CHRISTVS non sit Deus, & nudus homo, & similis aliis Prophetis, quod Turcis & Anabaptistis persuasum est, huiusmodi non sunt ferendi, sed ut manifeste blasphemi puniendi: Non enim simpliciter sunt hæretici, sed blasphemi ex professo. Nunc magistratus ex officio tenetur manifeste blasphemos punire, quemadmodum, & illi

Luterus. — *Ep. de Ari. De secu. po. to. 6. f. 176. l. 1. de S. Tr. Dissen. mi. Geneua, & Anglica.* — *Feuardent.* — *De S. Trin. 1. The. Cal.* — *Luterus.* — *Ad Ps. 82. to. 3. f. 414.*

plectuntur,qui execrantur,iurãt,iniurijs,calumnijs,probris alios lędũt, &c. Moses in sua lege præcipit,ut omnes eiusmodi blasphemi atque adeo omnes falsi doctores lapidentur. Ad eundem modum hic non multum dispu tandum,sed statim indicta causa tales blasphemi condemnandi sunt.

Mundus ad huc docendus.

CCCVIII.

Coccius.

Lib. 8. ar. 7. de Ec. Sig.

Tacentes sunt intra Anabaptistas,qui putant non esse docendũ amplius: indignum esse mundum,qui DEI uerbum audiat: si quis vero doceat, eũ perinde facere ac quis sanctum dat canibus, & margaritas porcis proijciat. Hos cordati iure negligunt Catholici,cõtemnuntque hæretici,cum factis, tum scriptis,tumque uerbis,vt cunctis palam constat. Vt exempli est in gra tia Lutherani dicunt: Institutum est ministerium docendi, Euangelij, & porrigendi Sacramenta. Nam per uerbum & Sacramenta, tamquam per instrumenta donatur Spiritus Sanctus,qui fide efficit,vbi & quando visum est DEO in his,qui audiunt Euãgelium,&c. Inde Caluiniani: Detestamur omnes fanaticos,qui vellent,quantum in ipsis est, Prædicationem verbi Di uini,& ministerium Sacramentorum abolitum esse. Verum sunt etiam alij Anabaptistæ qui his Anabaptistis ex diametro repugnant, quippe peccant loquacitate nimia,neque ullum uenenatis linguis garriendi finem faciunt.

Luterus. Caluin. it a.

Cõfessioniste.

Collo. mẽsa. to. 1. p. 34. In catec. c. 2. Cõf. Cal. ar. 25. Art. 5. con. Aug.

Cõfessio Augustana tãquam heretica damnatur.

CCCIX.

Satana auctore qui est confusionis & prælij auctor: DEVS enim auctor confusionis non est, sed pacis, Lutherani hæretici insigne confessionis Lutheranæ monstrum impietatis hæreticæ in medium produxerunt, quando confessionem Augustanam ex multis hæresum,mendaciorũ,& sycophantiarum machinis consarcinatam astruxerunt. Eam vero pauci hæretici primum probauerunt, deinde omnes vbique Lutherani probant. Quam tamen iudicio Ecclesiæ, cui plurimum semper detulerunt Patres nostri, ac deferendum optime iudicarunt,reprobare debuerãt. Ecclesia enim Catholica,Sedes Apostolica,& Concilium Tridentinũ, & omnes Catholici quasi uerbo Dei aduersantem,& Ecclesiasticæ Orthodoxiæ repungnantẽ respuerunt, & una cum auctore suo insulsissimo grammatico Melanthone nota uerunt,& condemnauerunt. Quare Doctores Ecclesiæ passim eam merito notant,confusionis verbo DEI reluctantis digne arguunt, Ecclesiæ reclamantis doctrinæ uere conuincunt,fallaciarum multarum ream iure cõdemnant. Inter hos Orthodoxus Vuilhelmus Lindanus est,qui confessionem Augustanã uanitatis conuincit cũ suo auctore Melanthone, argumenta eiusdem cõfessionis cõtra sacrosanctum sacratissimæ Missæ Sacrificium confutat,plurima false Catholicis affingere figmenta ostendit, insidiosam plane esse demonstrat,eiusdem calumnias retundit,atque eãdem cum sua apologia uanissimis scatere mendacijs palam facit. Idẽ & alii perpetrant Orthodoxi,qui etiam contra illam ex professo scripserunt, partim probarunt, partim reprobarunt,notarunt,redarguerunt, uituperarunt, suggillarunt, & damnarunt, Andreas videlicet Fabricius Leodius, Ioannes a Dauentria, Ioãnes Cochlæus, Ioannes Hoffmeisterus, Carolus Quintus, & Principes alii Christiani,qui ad singulos eiusdem confessionis Augustanæ articulos rite, recte,docte,sane & Christiane responderunt,quorum testimonia nimis longũ esset,hic referre,quæ quis legere voluerit facile comperiet illa, cũ manu omnium uersentur. Nec est,quod,ut Dauentrinus dixit, tam fallaciter tam mendaciter, tamque impudenter ceu de Gygis annulo in Apologia glorientur, videbis, si peruestigas,quibus artibus,quibusue technis Catholicas ueritates subruere conentur. Miraberis hic fraudes,& dolos, quibus ipsam Veritatem perfrictis frontibus adoriuntur. Et quia omnis Apologia menda

Coccius.

L. 4. de Sig. Eccl.

Lindanus.

In Panop.

Dauentrin.

Ref. Conf. Aug. art. 6.

Digitized by Google

ciis scatet & nugis, nemo forte Catholicorum respondit hactenus, quod recte secum statuant, apertis mendaciis, non esse respõdendum. Magis præterea refert, quod doctissimus Leodius Lutheranis Lutherum sic obtrudit optime: Si dignum iudicatis præceptorium illud Lutheri, quo vestra uitia detergatis, & dogmata confirmatis, vt opiniones, quas vestra confessione magna verbositate inculcatis, maiori ex parte concidant, necesse est. Ibi enim probantur officia Ecclesiastica, vigiliæ, ieiunia, & disciplinę. Ibi dicitur nefas esse dies festos labore uiolare, ibi Sanctorum inuocatio confirmatur, ibi canon Missæ summopere laudatur, ibi Canonum vtilitas ostenditur, ibi Ecclesiæ auctoritas amplificatur, ibi S. Petri, Papæ, Episcopi, Apostoli, Pastoris, & aliis decoris nominibus honestatur. Ibi docetur, quod Episcopis, Principibus, Plebanis, Senatoribus, ceterisque Magistratibus non sit obloquendum: ibi incontinentia reprehenditur, & Virginitas suis laudibus exornatur. Ibi scutum esse propter peccata commissa suscipiendum declaratur: ibi sacrilegium esse dicitur, Monialem prostituere, & Deo oblata profanare. Ibi denique præcipua uis quinti Euangelij subnectitur. Hæc si placeant magnopere uobis gratulamur, quod tandem agnoscatis, quanta cœcitate Catholicam Ecclesiam hactenus impugnaueritis. Sed hactenus Catholici, de quibus nemo hæreticorum dubitat eamdem ab eisdem confutari, & condemnari, propterea ad hæreticos pergamus, & iudicium qualecumque sit, ac ualeat, quantum quadrat centuræ Catholicorum libenter audiamus. Caluinus in primis est, qui in hunc modum scribit: Augustana confessio, ut suis fax est vestræ furiæ ad excitandum incendium, quo conflagrat tota Gallia. Sed quærẽdum est, quorsum obtrudatur, cum semper eius mollities cordatis displicuerit, auctorem eius pœnituerit, & in plerisque locis accommodata sit ad peculiarem usum Germaniæ. Omitto quod eius breuitas, & obscuritas, & præteritis quibusdam maximi momenti capitibus mutilata est. Ceterum absurdum esset, neglecta confessione Gallorum, illam accipere. Hæc ille hæresiarcha, cui subscribit homo eiusdem farinę Beza, dicens: De confessione Augustana fateor illam nobis in quibusdam non satisfacere, atque adeo in nonnullis, ac præsertim in capite de Cœna Domini, non probari, nisi commoda interpretatione leniatur; quod etiam eruditissimos quosque videmus facere. Huic concordat auctor quidam anonymus ad hunc modum: Confessio Augustana, neque fuit primo conscripta generali omniũ Principum, ordinumque Germaniæ nomine & consensu, sed septem duntaxat Principum, & duarum ciuitatum: neque postea, nisi paulatim modo ab his modo ab illis approbatam est. Itaque sine ecclesiastica disquisitione, & examine admitti non debet: nec fuit umquam recepta ab Ecclesiis Heluetiorum, uel eorum, qui ijs fœdere iunguntur. Ergo non potest esse Symbolum Ecclesiarum reformatarum. Et si esset, subiaceret adhuc Ecclesiæ vniuersalis examini & iudicis per verbum DEI.

Andreas. — *Ar. 20. con. Aug. anin.*
Caluinus. — *Ep 313.*
Beza. — *Ep. 1.*
Anonymus. — *l. ani. in no. doct. corpus.*

CCCX.

Secta antiquorum hæreticorũ iure dãnatę.

Factiosi heluones, & dœmoniorum caupones, qui quondam orbẽ Christianũ infestarunt, suas hæresum impiarum sectas approbarunt, & Christianismi loco in cassum habuerunt, ac ideo minime condemnandas autumarunt. Has uero hæreticas Ethnicas & Diabolicas habuit semper immaculata CHRISTI Ecclesia, quæ per Sanctorum Patrum ac sacrorum Doctorũ agiographa, & per publicas disceptationes, per Sacrosſ. Cõcilia per Vicariorũ DEI Decreta, atque per Diuinam traditam R. E. DEI auctoritatem condẽnauit, & excommunicationi perpetuæ subiecit. Hoc probarunt hæretici recentiores, ac multis probant, & passim, vel hanc uel illam huius hæresiarchæ, uel illius, horum hęreticorum uel aliorum sectam, uel id uel illud dogma improbant atque impugnant, quemadmodum fusius apud eorum scri-

Coccius. — *De Sig. Ec. l. 8. ar. 1. 2. 3. 4. & c.*

Digitized by Google

Coccius. Caluinita pta uidere licet. Tandem Hugnostici Christianismi alioqui aduersarii, in hoc consentientes, omnes sectas per antiqua Concilia & per Sanctos Doctores olim damnatas se reiicere ac detestari profitentur. *Cō. fid. Cal. Conf. art. 6. & 16. ex Feuard.*

Graci schismatici pro certo sunt haretici.

CCCXI.

Felix Ecclesia CHRISTI Catholica Romana, quæ nihil dixit, quod non ex ipsis aduersariis probauit, quæ nihil docuit, quod nō aliqui ex inimicis ipsis confirmarunt, quæ nihil credidit, quod quidam hostium suorum non crediderunt, quæ nihil prædicauit, quod hæretici multi diuerso tempore non prædicarunt, quæ nihil definiuit, quod plures hæretici aliquo seculo nō tenuerunt, quæ nihil refutauit, quod plurimi ex ipsis hæresiarchis, & hæreticorum gregalibus non confutarunt, & commendarunt. Atque quod omnium magis refert illud est, quod quicumque ab eadem proditur, a salute excidit, Inferno ablegatur, a Veritate abscedit, in errore proficit, & in omne malum præceps it. Sic quidem hæreticis accidit atque Schismaticis, qui Græci sunt, sed spurij, a Patribus Græcorum semitis deuiantes, de salute periclitantur, in Veritate naufragant, ab Ecclesia declinantes, in hæresim inclinarunt, in miseriarum vtriusque uitæ scopula impegerunt: Hi namque in cæcitate uersantes, Catholicos filios legitimos Ecclesiæ CHRISTI, hæreticorum infami nomine perperam traducunt, quod nomen ac infamiæ notam inurunt eisdem Catholicos Latini non tantum, sed etiam Græci Catholici. Verum apud hæreticos hæreticissimi, & perfidiosissimi extat testimoniū hæresiarchæ Lutheri, sic de communione sub utraque specie debacchantis: Græci in hac parte nec hæretici nec Schismatici sunt; sed Christianissimi & Euangelissimi, quos & hic oro & obtestor, ut in ea sententia firmiter permaneant. Hæc ille, qui cum sæpius communionem sub una ambarum specierum probet atque commendet, ut infra fusius eodem teste patefeci, ipsius iudicio seipsum hæreticum, & Schismaticum, Græcos autem Catholicos, & Christianos esse satis lucide arguit. Lutheranis præterea & Caluinitis mirum in modum placet, quod Græci a Photio seducti, ut a Romana Ecclesia separati, impugnant Primatum Romanæ Ecclesiæ, admittunt Sacerdotes coniuges, communicant Laicos sub vtraque specie, utuntur in Sacrificio pane fermētato, negant Purgatorium, excōmunicant latinos. Cōtra uero Lutherani & Caluiniani pro hæreticis recensent, quandoquidem SPIRITVM SANCTVM a PATRE & FILIO procedere negāt. Lutherus, Melanthon, Cegius, Mahomet & Turcæ, qui Purgatorium credunt, inter hæreticos reiiciunt Græcos. Caluinus, Vermilius, Beza: quia Eucharistiam Græci Catholice credunt, condemnant, & quia Missam celebrant, reprobāt & Lutherani & alij. Sed & Lutherani, Caluiniani, Trinitarii, Anabaptistæ Græcos tamquam ex eo traducunt, quod non solum fidem, sed etiam opera ad Iustificationem requirunt: liberum arbitrium agnoscunt: Sanctos inuocant: Sacramenta confitentur: Monasticam uitam laudāt & multa Dogmata Catholica sectantur. Quamquam non ignorem ex eisdem quædam a Lutheranis probari, ut Eucharistiam, inuocationem Sanctorum, Imagines; quædam a Maioranis, ut opera bona, quædam a Caluinianis, ut de Baptismo, de Symbolo, & de Tēplis (ut Angli) restituēdis, & alia ab aliis, quos Catholici probant, & iidem Græci, qui uicissim hæreticos catholice cēsent Lutheranos, qui Missam traducunt, Caluinianos qui liberum arbitriū impugnant, pariter Anabaptistas, Trinitarios, Seruetianos, Libertinos & reliquos Ethnicorum reliquias & olim condemnatorum hæreticorum cineres. Patet itaque quod non tantum Romanæ Ecclesiæ Christi Catholicæ, ut supra ostendi, uerum etiam hæreticorum Lutheranorum, Caluinianorum & similium iudicio & sententia Græci sunt nimirum hæretici.

Gennadius Scholarius. Demetrius. Cedonius. *In Sess. Cō. Flor. Con. Nicolabalis. in def. D. Tho. Aquin.*

Lutherus. *Arti. 16. in Assert.*

hoc idem dictis factisque probauerunt, nec ante istum malesuadum & opulentum abbatem, qui eam dictis aut factis (quantum legi) improbauerit, ullus inuentus est. Imo potius oppresso silentio omnes, ne dum illi, quos retuli, eam probant, & quemadmodum hæretici quidam in Francia, qui nemimine Franciscanorum Patrum damnatum iri docuerunt: ergo Mendicitatemquem ijde exercent, colunt & obseruant, pro bono pio & Christiani meriti opere approbauerun, si enim hoc non credidissent, Franciscanos omnes salute donatos iri non extimassent, sed potius damnandos censuissent.

Mendicit. *In Su. om. hæres.*

CCXCVI.

Hospitalitas approbatur. *Bernardus. D. Alcuin.* *Cat. her. In Gen. q.*

Diopatres adeo delirauit, ut piam & deuotam Hospitalitatem negaret. Quam ex sacris Litteris Diuus ALCVINVS probat, demonstrans quomodo Angelos hospitio suscepti fuerunt a Sanctis Patriarchis ABRAHAM & LOTH, qui hospitio peregrinos excipiebant, addit: sed intuendum est hic quantum bonum sit Hospitalitas. Hospitalem domũ ingressi sunt Angeli, clausas hostium domos ingressus est ignis. Et Aristeas ait: Quæ sit hospitalitatis remuneratio? Si omnibus inquit æquus existens, quæ acceperis maiori etiam fœnore accumulata reddideris, ita ut in hospitalitate excellere videaris. Nam & DEVS plurimum humiles erigit, & subiectos homines diligit. Hanc quidem Hospitalitatis Christianissimam pietatem, non omnes solum approbant Orthodoxæ Pietatis assertores, & Christianæ deuotionis patroni, & omnes sacræ Theologiæ Doctores, sed & ipsi alioqui Hæresis cultores: quo circa illud quadrat Buceri dicentis: Quos sumptus, longe præstiterat fieri in esurientem, sitientem, nudum, peregrinum, infirmum, & captiuum CHRISTVM. Denique Schismatici omnes ac ipsi Turcæ omnes Hospitalitatem maximopere comprobant.

Aristeas. *Ad Phil. q. 48.* *Martinus.* *In Ps. 115.* *Ioannes Menauinus.* *De mod. Tur ca. li. 2. c. 2.*

CCXCVII.

Castitas consilij est Euangelici. *Art. 4. li. 4. de vit. Mo.*

Castitatis infensissimi hæretici Castitatem consilij esse Euangelici negãt & secuti notas Trismegisti, Platonis, Augusti Cæsaris, nimisquam oporteat aut liceat infesti sunt DEO acceptæ Castitati, ducem habent Nicolaũ Diaconum, Gnostici, Eunomius, Vigilantius, Iouinianus, Heluidius, Faustus Manichæus, Pseudo apostoli, Lollardi, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Pellicanus, Beza, Bucerus, Hugonotæ, & alij dæmoniorum gregales. Contra uero Christiani omnes credunt, & docent in uerbo DEI & Fide Ecclesiæ CHRISTI Euangelica atque Apostolica doctrina. Apostoli enim ipsi sic asseruerunt: De Virginitate mandatum non accepimus. Quare hanc rem potestati cuiusque uoluntatis permittimus, vt uotum. Vnde hanc curam, & puram Ecclesię CHRISTI doctrinam secutus Origenes, inquit; Saluator dicit in Euangelio: Cum feceritis omnia, quæ præcipio uobis, dicite, quia serui inutiles, quod debuimus facere, fecimus. Ea uero, quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis: verbi causa Virginitas non ex debito soluitur. Neque enim per præceptum expetitur, sed supra debitum offertur. Audi denique Paulnm dicentem; De virginibus præceptum Domini non habeo. Inde Diuus OPTATVS; Consilium erogat Paulus ad Virginitatem: Nec impedimento est uoluntati, nec uolentes impellit, aut cogit: Qui dederit, inquit, uirginem suam benefacit: & qui non dederit, melius facit. Hæc sunt verba consilij, nec ulla sunt præcepta coniuncta. Deinceps Diuus HIERONYMVS alter hæreticorum malleus: De Virginibus inquit Apostolus, præceptũ Domini non habeo. Cur? quia & ipse, ut esset uirgo nõ fuit imperij, sed propriæ uoluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum vxorem habuisse confingunt, cum de continentia differens, & suadens

Coccius. *Feuardent.* *L. 13. c. 33. de Purgato.* *D. Clemens* *Const. Apo. l. 4. c. 13.* *Origenes.* *L. 10. in ca. 6. ad Ro.* *S. Optatus.* *l. 6. cõ. Par.* *D. Hieron.* *Epis. 22. ad Eustoc. c. 8.*

ca-

castitatem,intulerit: Volo omnes esse sicut meipsum. Et infra: Dico innu
ptis & uiduis: Bonum est illis,si sic permaneant,sicut ego. Et alio in loco:
Numquid non habemus potestatem circumducendi mulieres,sicut & ce
teri Apostoli? Quare ergo non habet Domini de Virginitate præceptum?
Quia maioris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset
Virginitas imperata,nuptiæ uiderentur ablatæ: & durissimum erat contra
naturam cogere, Angelorumque uitam ab hominibus extorquere, & id *l.1.ad Iou.*
quodammodo damnare quod conditum est. Et alubi aduersum libidino- *c.7.*
sum spurcumque porcum Iouinianum recentiorum porcorum immun-
dorum parentem,loco Domini inquit: Alios Eunuchos natura facit, alio-
uis hominum: mihi illi Eunuchi placent,quos castrauit non necessitas,sed
uolnntas: Libenter illos in meos sinus recipio qui se castrauerunt propter
Regnum Cœlorum. Et ob mei cultum uoluerunt esse,quod nati sunt. Qui
se inquit casttauerunt propter Regnum Cœlorum. Si castrati mercedem
habent Regnum Cœlorum: ergo,qui se non castrauerunt,locum non pos
sunt accipere castratorum. Qui potest,inquit, capere, capiat. Grandis fidei
est,grandisque uirtutis, DEI templum esse purissimum,totum holocaustũ
offerre Domino; & iuxta Apostolum esse sanctum, & corpore, & spiritu.
Hi sunt Eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putantes, audiunt
per Esaiam,quod pro filiis & filiabus locum habent in Cœlis paratum. Ho-
rum typus est Abdemelech eunuchus in Hieremia, & spado ille reginæ
Candaces in Actis Apostolorum,qui ob robur fidei uiri nomen obtinuit.
Ad hos & Clemens Successor Petri scribit Epistolas,omnemqne pene ser-
monem suum de Virginitatis puritate contexuit, & deinceps multi Apo-
stolici, & Martyres, & illustres tam sanctitate, quam eloquentia uiri, quos
ex propriis scriptis nosse perfacile est. Hactenus illustrissimus Pater,& exi
Lutzeburg. miæ Orthodoxiæ Christianæ præclarissimus Doctor,cui præter ceteros Ec *De haret.*
D. August. clesiæ CHRISTI Orthodoxis arma subministrant hæretici Abeleitæ, *De hær.lib.*
seu Abelonij,vel Abeliani Continentiam profitebantur,& approbabant te
ste Diuo AVGVSTINO: itidem Enchratici, Ampotochtitæ Continen-
tiam, & Paupertatem comprobabant: Deinde Heracleonitæ Monachos
Sanctimoniales,& Cœlites omnes in suam communionem permittebant.
Præterea,ut caste uiuerent propter Regnum Cœlorum comparãdum Va
lesij seipsos castrabant. Guilhelmus insuper quidam Cœlibatum approba- *Epis.1.2.8.*
Hussus. bat,sed ei Paupertatem præstare docebat. Hussus præterea passim prædicat *& in Ser.*
Cœlibatum seu Castitatem: unde secum pugnando, ut est mos hæreticis *In c.19.D.*
Bucerus. Bucerus ait: Suut,qui seipsos castrauerunt,hoc est, cum mariti esse posset, *Mat.p.154*
ultro sibi Cœlibatum delegerunt; idque propter Regnum Cœlorum, ut
scilicet solius gloriæ DEI propagandæ inseruiant,& nulli peculiariter addi-
cti ministrent ad salutem omnibus, hoc est curent, quæ proprie Domini
sunt,ut ipsi se per omnia probent, sancti corpore & spiritu, adhæreantque
ei absque ulla DEI distractione,idest,omnino specimen quoddam futuræ
uitæ & Cœlestis exhibeant. His demũ bonum est,absque coniuge uiuere
quia datum est eis,idest,propter Regnum Cœlorum ita uiuunt. Talem se
Paulus fuisse testatur,& ad similem felicitatem alios quoque hortatur,quo
minore solicitudine eorum,quæ in mundo sunt,Domino adhærere,& mũ *Edi.post.lo.*
Melanthon do uere vti tamquam non vterentur. Idem probat Melanthon. Qui ad mi- *com.p.98.*
nisteria Ecclesiastica uocantur,inquit,si afficientur Ecclesiæ calamitatibus, *ex Hoffmei.* *2.Dial.*
si oneris sui magnitudinem animo metientur,si cogitabunt,quam sit diffi
Luterus. cilis explicatio dogmatum, & gubernatio Ecclesiæ. Hæc curæ ac miseriæ,
facile excutient eis cogitationes de Matrimonio. Lutherus denique ait: Sa *De dec.pra.*
crilegium est,cum Religiosus,Sacerdos,Monialis,& omnes alijs qui DEO *in 6.prac.*
Continentiam uouerunt,fornicantur, &c. Sacrilegium ubi iam non tantũ
Castitas polluitur,sed etiam,quæ soli DEO fuit oblata tollitur, & sanctum
profanatur. Verum hoc ex institutione Ecclesiæ magisquam ex DEO

est in Sacerdotibus: sed in Religionis grauissimum est, quia sponte se consecrauerunt Domino, vt se subtrahunt rursum Cœlibatum ergo & Castitatem Monachorum & Clericorum catholico sensu comprobant, uti alii hæretici catholice senserunt.

Virginitas Matrimonio præfertur.

CCXCVIII.

Lutherus. Virginitatem Matrimonio præferendam non asserunt Lutherani, & Caluiniani, & eorum gregales, sed omnium Fidelium congregatio asserit, Porro lumen Alexandriæ Diuus CLEMENS asserit: Mystice admodum & sanctissime nos docent Apostolus, eam, quæ uere grata, electionem: nō quod alia tamquam mala reprobet, sed quod bonis censet meliora esse, significauit, dicens: Quare & qui Matrimonio iungit uirginem suam, bene facit; & qui non iungit, melius facit, ad id, quod honestum est, & facultatē præbeat, indiuulse Domino assistendi. Et Constantinopoli gloria immortalis Diuus IOANNES Chrysostomus: Mihi ipse persuadeo; Virginitatem coniugio multo esse præstantiorem, neque tamen propterea connubium in malis pono: quin etiam ipsum magnis laudibus afficio. Item præclarum Alexandriæ oraculū D. CYRILLVS: Nos, qui in CHRISTVM traducti sumus, ut fructum spiritualem adferamus, & si Matrimonium honore prosequimur, maius tamen illud, quod excellentius fit, magnisque laudibus apud Scripturam sacram commendatur, omni studio eligimus atq; sectamur, vt soli scilicet DEO adhæreamus, nullæque res mundanæ nobis impedimēto sint. Qui enim cum uxore est, solicitus quæ mundi sunt, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Alius præterea Græciæ illustris fulgor D. ISIDORVS ait: Bonum est Matrimonium: at melior Virginitas. Pulchra est Luna: at Sol pulchrior. Atque inter Latinos Ecclesiæ DEI Doctores ex uetustissimis Tertullianus est vnus, qui Apostolicam planeque Euangelicam refert doctrinam hoc modo disserens: Continentiam, & Virginitatē nuptiis antepono: sed non prohibitis. Destructores enim DEI nuptiarum, non sectatores Castitatis retundo. Insuper D. AMBROSIVS: Bonum coniugium per quod est inuenta posteritas successionis humanæ: sed melior Virginitas, per quam Regnis Cœlestis hęreditas acquisita, & Cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successio. Per mulierem cura successit, per Virginem salus inuenit. Hunc sequitur Diuus AVGVSTINVS: Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis. Huic tempore, & auctoritate præcedens, Diuus SYRICIVS Papa succedat, & pro Ecclesia contra impiorum calumnias asserat. Nos sane nuptias non aspernenter accipimus, quibus velamine interfuimus: sed Virginum nuptias DEO deuotas maiore honorificentia ueneramur. Ad hunc accedit Diuus SIXTVS Tertius Pontifex Maximus: Primus Virginitatis & incorruptionis status in ipso humani generis principe dedicatus est: in quo iam figuraliter ostensum est maiorem de Virginitate, quam de Matrimonio DEO curam esse. Illum propria formauit manu, hoc hominum arbitrio derelinquit. Quale ergo bonum sit, quæso diligenter aduerte, talem te semper esse, qualem a primordio DEVS hominem fecit, & qualem postmodum partus emisit. Vide quantæ beatitudinis sit, hoc te perpetuo esse, quod factus es, & primæ natiuitatis lineamenta seruare. Hussus præterea vltra alios hæreticos affirmat Virginibus aureolam, fructumque centesimum deberi, & Diui AVGVSTINI, & Glossæ testimonio probat, quod Virginitas supergreditur humanę naturæ conditionem, per quā homines Angelis assimilantur, quod maior est uictoria Virginum, quam Angelorum: quod Virgo studet sanctitati & amori DEI, & ideo nuptæ

Margin notes (left): Alexandri. — Constantin. — Alexandri. — Pelusiota. — Carthagin. — Mediolanus. — Carthagin. — P.M. — Papa. — Hussus.

Margin notes (right): De uita coniuga. L.4. Strom. — Li. de Virg. c.16. — L.11. in Ge. — L.2. ep.133. — L.5. cō. Marcio. c.15. — Ep. 81. — L. de S. Vir. c.13. — Ep. ad Me. Eu. ext. ap. D. Amb. ep. 80. — L. de Casti. — Ad c. 7. 1. Cor.

præ-

Digitized by Google

præferenda,& quod licet Diuus PAVLVS ostendat utrumque bonum esse,tamen(ait) Virginitas est melior Matrimonio. Sed præstat auctorem ipsum auscultare: Asserit itaque Hussus Catholice: Bonum est homini esse sine uxore: honestum, propter puritatem,delectabile, propter libertatem; utile propter mercedem: quia ei debetur aureola & fructus centesimus,de quo Lucæ 8. Augustinus: Supergreditur uirginitas conditionem humanæ naturæ,per quam homines Angelis assimilantur. Maior est enim uictoria uirginum,quam Angelorum: Angeli enim sine carne uiuunt, Virgines vero in carne triumphant. Magis expedit continentiæ seruare propositum, quam nubere,& hoc ratione maioris sanctitatis. Et est argumentum tale: Studens sanctitati & amori DEI,præferenda est cogitanti, quæ sunt mundi. Mulier innupta est huiusmodi. Ergo &c. Ostendit Paulus,quod licet utrumque sit bonum,tamen Virginitas est melior Matrimonio. Nota,quod status coniugalis honestus est,sed minus quam continentiæ. Augustinus in Glossa: Non Matrimonium turpe esse monstrauit, sed quod honestius erat generalis honesti nomine commendauit, &c. Ex quo colligitur,quod est consilium Spiritus sancti,& per consequens totius sanctæ ciuitatis, statum continentiæ obseruare. Et patet,quod fraternitates laicales,quæ prohibent artificem suum exercere artificium nisi nupserit, sunt cōtra consilium Spiritus sancti,prohibentes statum summū,scilicet Virginitatis, in suo artificio permanere: nec est paruum peccatum, tale consilium Spiritus Sancti excludere. *Lutherus.* Idem præterea mihi sane uidetur Lutherus ipse sensisse,cum ita eloquitur: *De dec.præ. in sexto præ.* In ueteri lege Virginitas summi erat opprobrii,nunc autem sūmæ gloriæ: tunc damnabile dedecus,nunc incomperabile decus,eis saltem *Melanthon* qui non proposuerunt nubere. Hæc Lutherus qui sane a seipso dissentire videtur. *In Apolog.* Philippus præterea a Catholicis aperto morte stat, ac recte contra Lutheranum pugnans,præfert Virginitatem Matrimonio, ex eo quod est quædam castratio sui ipsius propter Regnum Cœlorum,ut discere,aut docere Euangelium uacet. Proinde ait Virginitatem præstantius coniugio donum esse,quæ nos libenter concedimus & acceptamus tamquam Euangelio & Paulo consentanea,longe magis,quam ea,quæ Lutherus & Iouinianus docuerunt.

Obedientia superioribus habenda.

CCXCIX.

Coccius. Obedientiam,quam ut omnes Orthodoxi norunt ex uerbo DEI,& doctrina totius Ecclesiæ CHRISTI inferiores superioribus exhibent, *Art.5.* DEO gratam & acceptam de medio tollunt Lamperiani,Begardi,Hussus,Lutherus,& Lutherani. Quos post Apostolos Ecclesiasticæ rei studiosi omnes unanimiter condemnant. *D.Moyses.* DEVS equidem per organa sua loquitur: *Deu.c.7.1. Reg.15.* Qui superbierit,nolens obedire Sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat Domino DEO suo,ex decreto iudicis moriatur homo ille: *D.Paulus.* Melior est obediētia,quam victimæ. *Rom. 13.* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. *Heb.13.* *D Clemens* Obedite præpositis uestris,& subiacete eis. *Epist.1.* *D.Ephram.* Obedientia, & humiliatio,quæ Magistris(Episcopis, Sacerdotibus)agitur,Domino exhibetur. *De vir. & vit. cap. de obed.* Beatus, qui una & minime simulata præditus est obedientia: quoniam hic imitator est optimi præceptoris nostri,qui obediens fuit usque ad mortem. Vere igitur,qui obediētiæ fruitur possessione,beatus est; quia cum Domini sit imitator,etiam cohæres illius efficitur. Qui obedientiam obtinet uinculo caritatis cum omnibus coniungitur. Qui obtinet obedientiam,magnam possessionem obtinet,magnasque sibi diuitias accumulauit. Qui obediens est; omnibus gratus est,ab omnibus laudatur,& ab omnibus probatur. Vir obediens cito exaltatur,& celeriter progressus magnos efficiet. Vir obediens præcipientibus non resistit, & iubentibus non aduersatur. Reprehensus, non irascitur,ad omne opus bonum prōptissimus est: ab iracundia non faci

le capitur, si reprehendatur, non commouetur: & si contu meliis afficiatur, nequaquam exardescit. In calamitatibus gaudet, & in tribulationibus, Deo gratias agit. De loco in locum non transmigrat, & ex una in aliam mansionem non se transfert: admonitus non perturbatur: ad quem destinatus est locum, in eo manet, & tœdio non afficitur. Patrem non despicit, & fratrem nequaquam spernit, monasticæ uitæ rationem non carpit. Recreationes & otio fugit, ac locorum, aerisque amœnitate minime sectatur: sed secundum Apostolum: in qua uocatione uocatus est, in ea manet. Multi igitur, ut apparet, sunt fructus obedientiæ. Quamobrem beatus est, qui possidet illam. Episcopos, Præsbyteros, & Diaconos ut Christum Iesum cuius vicarii sunt, debemus nos reuereri, & qui illis non obedierit, atheus prorsus est, & impius, & infideli deterior. Exinde Græci, postea illi hæretici, qui supra docuere religiose standum esse, parendumque præceptis Ecclesiasticis & superiorum omnium iussionibus obtemperandum cum quibus subnititur Melanthon: Sciamus, inquit, oportere in saluādis existere incohatam obedientiam, nec sine ea posse homines saluari. Deinde Lutherus ipse clauum clauo retundit in hunc modum secum ipse pugnat, ac dicit, quod alias diffesus fuit: Religiosi suam debent obedientiam seruare, etiam si possent alibi martyrio corronari: nec Papa vnquam intendit contrarium.

D. Ignatius — *Ep. 5. & 6.*

Melāthon. — *Dom. 4. post Trin.*

Luterus. — *In Resolut. de Isid. conclu 50.*

CCC.

Vota honesta seruanda sunt. Coccius. — *Artic. 6.*

Vota honesta DEO reddenda renuunt tricones plerique Gerhardus Sagarellus, Lutherus, Melanthon, Caluinus & gregalium caterua. Cui ex professo contradicit DEI uerbum in Diuinis paginis Gen. 28. Num. 6. 15. 21. 30. Deut. 12. 23. Iudic. 11. 1. Reg. 1. 2. Reg. 15. Psal. 21. 49. 65. 75. Eccles. 5. Isa. 19. 1. Tren. 5. ac sui. 20. Contradicunt insuper Diui Apostoli in Constitu. lib. 3. c. 1. lib. 4. c. 13. Contradicunt præterea ex Græcia Sancti Patres Orthodoxique Ecclesiæ Christianę Doctores Iust. 9. 99. Origenes Hom. 11. in Leu. Hom. 1. in Num. Greg. Neoc. Metaphra. in c. 5. Eccles. Eus. De præpa. Euang. li. 13. c. 7. Atha. in Pas. & Cru. Dom. in uita S. Anto. Ephræm Adhorta. 1. Basil. Ep. 1. ad Mon. Reg. 14. Ser. 1. de Instit. Mon. in Ps. 49. Greg. Naz. Tetra. 8. Gre. Nys. Or. 2. de Or. Dom. Or. de Na. Do. Io. Chrys. in psal. 49. 115. 142. Contradicunt item Sancti Doctores & Orthodoxi Christi Sancti Patres Latini, Tertul. lib. de Ieiu. cap. 11. lib. de c. fem. cap. 9. lib. de uelan. virg. c. 11. 13. Vrba. Ep. 1. cap. 2. Cyp. 3. ad Quir. cap, 30. Hila. in Psal. 64. Ambro. in c. 20. Luc. lib. 1. de Cain cap. 7. Hiera. epist. 7. ad Ser. cap. 7. 8. ad Dem. c, 11. Aug. epist. 45. in Psal. 75. lib. de S. V. c. 14. 29. Sis. Fer. De mal. docto. Leo. 1. Epist. 92. c. 14. Euch. Lug. Hom. in Hat. Sedul. ad 7. p. ad Cor. Prof. Epig. 15. Saluia. ad Eccl. Cat. li. 2. Faust. Rheg. ser. ad Mon. Prosp. lib. sen. ex August. Alciat. lib. 1. ad Serm. Fulg. Epist. 1. c. 5. Ara. d. 1. Ac. Ap. de Ana. & Lap. Greg. Tur. in uit. Pat. Greg. Mag. lib. 32. Mor. c. 4. Pastor. q. art. 3. admo. 28. Hom. in Ezech. lib. 1. Epist. 33. Contradicit porro gloriosorum confessorum Veritatis uniuersa corona, & in uniuersum omnes Orthodoxi, qui quouis seculo sibi inuicē superstites fuere in Ecclesia Christi. Contradicit pariter sacra Ecclesiæ Dei Concilia Carthagin. Quar. c. 104. Arausica. Ser. de oblig. Voto. c. 11. Aurelian. Sec. c. 12. Matisco. Pri. cap. 12. Ancisrodor. cap. 3. Anglica. c. 18. Aquen. lib. 1. c. 38. Contradicit præter hæc idolum Lutheranorum, Luciferi vicarius, inuitus ueritatis Catholicæ assertor ac prodigiorum ostentator Lutherus, qui hercle dicit: Nemo negare potest a DEO præceptum esse, ut uota seruentur, quemadmodum dicit: Vouete, & reddite: Hoc neminem fallet, nisi eum solū, qui non credit esse mandatum & Veritati consentaneum. Hæc ille uotifragus planeque infidelis, & Veritatis iniurius, ac Diuini mandati uiolator sacrilegus, quippe qui DEO uouit, & non reddidit uota, imo subsannauit

Luterus. — *De Eccl. & Monast. uo. 106. Germ. pag. 181. 216.*

Digitized by Google

ea simul cum omnium uouentium DEO sodalitate, quamquam idem supra (ut ostendi) Monachorum & Clericorum uota rursum probauit & eorum transgressores, ut idem fuit maxime sacrilegus, sacrilegos appellauit. Verum Hussus præcursor Lutheri asserit: Nota secundum Hieronymum, quòd Virginitatem uouentibus, non solum nubere, sed etiam uelle nubere peccatum est, ut c. Tertium impedimentum Matrimonii est uotum Deo factum ad continentiam seruandam.

Hussus. *De dec. præc. de in 6 præ. Ad c. 7. 1. Cor.*

CCCI.

Vota nō sūt nouitia ac humanitus inuenta. *Ioannes Büderius.* *Areopagita* *InCompen. tit. 34. art. 3. 5. & 6.* *Eccl. Hier. cap. 6.*

Nouitia esse uniuersi Monachismi vota, quę mera hominum excogitata Lutherani temere effutiunt, iidem mentiuntur, similiter Caluiniani & alii delinquunt. Sed qui nulla hæresis labe aut etiam suspicione perstringuntur Catholici iure negant istud mendaciorum commentum. Namque satis illustre extat huius materiæ testimonium apud Diuum DIONYSIVM Diui PAVLI Discipulum, qui primitiuæ Ecclesiæ primo seculo anno centesimo a Christo floruit: Sancti præceptores nostri diuinis eos appellationibus sunt prosecuti, partim Therapeutas, idest, cultores a sincero Dei famulatu, atque cultu: passim Monachos, ab indiuidua & singulari uita appellantes, qui post abrenunciationem secularium & mundanorum, exposito illis statu excellentissimæ uitæ, postquam promiserant eum consummendum, cō signati signo crucis crinibus detunsi, exutiq; priori ueste, & alia induti à Sacerdote benedicebantur, & ad Deificam communionem uocabantur. Inde Diuus VRBANVS Pontifex Ecclesiæ Maximus clarescens anno ducēteno uiceno quarto. Quicumque uestrum communem uitam susceptam habet, & uouit se nihil proprium habere, uideat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat. Quoniam satius est non uouere, quam uotum, prout melius potest, non perficere. Deinceps Diuus SYRICIVS summus DEI Pontifex anno tricentesimo nonagesimo currente, quo Christi optime rexit Ecclesiam sic sanxit: Monachorum quidam atq; Monacharum abiecto proposito sanctitatis, de illicitis complexibus libere filios procrearunt: quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condemnāt. Has ergo impudicas detestabilesque personas a Monasteriorum cœtu Ecclesiarum conuentibus elimandas esse mandamus. Huic uero anno ducentesimo septuagesimo quinto concordat Diuus EVTHYCHIANVS altissimus Dei Vicarius, qui pullulantes abusus & deuiantes a ueterum tramite consuetudines abolens pro regione Ecclesiæ Christi, Statuit, ut si Abbatissa, aut quælibet Sāctimonialis in tātam audaciam proruperit, ut aut uiduā, aut puellam uirginem uelare præsumat, iudicio canonico usque ad satisfactionem subdatur. Inde anno tricentesimo nonagesimo octauo Conciliū Carthaginense hæc habet: Sanctimonialis uirgo, cum ad consecrationem suo Episcopo offertur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper usum est professioni & Sanctimoniæ aptis. Hæc & similia plura feruntur a Diuis EVSEBIO, HIERONYMO, ATHANASIO, EPIPHANIO, & aliis multis Ecclesiæ primitiuæ Pontificibus summis ac Sanctis Patribus. Quod quidem Lutheranorum sectarius etsi turpissimus, & impudentissimus in hoc eosdem sectatores suos hæreticos sane satis Lutheuus in hunc modū confutat: Religiosi grauissime peccant, quod sese consecrauerunt Deo, & sese rursus subtrahunt: Nec est ut quis hic caussetur humanas esse constitutiones, quandoquidem Vota Cœlibatus, siue Castitatis, non omnino incognita fuerunt primitiuæ Ecclesiæ. Quis enim nesciat non omnes uiduas in collegium uiduarum susceptas, sed eas solum, quibus statutum erat perpetuo Cœlibem agere uitam. Hæc ille in libro, quem non semel alias probat.

Pont. Max. *Ep. ad om. Christi.* *Papa.* *Epistol. ad Hym. Tarr. cap. 6.* *Papa.* *Ap. suo. in Decr. lib. 3. 20. q. statuimus ut si.* *Concilium.* *Cap. 11.* *Luterus.* *In Decalo. citat. Io. Hoffmeiste. 2 Dialogo.* *Aduer. Antino.*

Habitus Monasticus probatur.
Cedrenus.
Coccius.

CCCII.

Insignes sane nebulones sunt Copronymus, qui Monachorum habitũ traduxit, & contumeliose in circo exposuit, & Lutherus, qui excusso cucullo, passim in suis scriptis habitum Monasticum ludibrio proscindit, hosque nequiter imitatur Vuolfongus Musculus. Contra uero Catholica Pietas istos sanniones deridet, negligit, & longe proiicit: in sacris Synodis Nicęna Prima, Trullensi Secũda Constantinopolitana Photiana, Aurelianẽsi Quinta, Matisconense Prima, Toletana Sexta & Decima, & Lateranense. Quæ profecto concilia cuilibet Christiano ad quæcumque Fidei Dogmata discernenda, declaranda, tradenda, & statuenda de bona sufficere, ne dum eisdem repugnare ac resistere in decernendo singularem honestumque Sacerdotum, religiosorum & aliorum singularium personarum habitum: quem probant Girouagi, Græcique omnes quantumuis Schismatici ac hæretici & alii, quibus Lutherum ipsum assentire non temere existimaro, quãdoquidem Moniales, si uelint, uitam prius in catholicismo Monastice institutam tenere, patitur. Ceterum protinus grauiora lector audiet.

In Constit. Cojro. De uita. Mon. li. 4. art. 7.
Lutzeburg. Luterkel.
Cat. hæret. Tom. 6. fol. 239.

Sacerdotũ Tonsura astruitur.

CCCIII.

Coccius.
Sixtus Senensis.
Artic. 8.
Biblio. San. lib. 5. an. 244.

Monachorum & Clericorum Tonsuram Satanæ sanniones æterne subsannandi Vuicleuistæ, Thaboritæ, Lutherus, Caluinus, Hortensius, Lãdus Augustinianæ tonsuræ desertor, & Magdeburgenses improbant, atque etiam miris sannis & ludibriis impudentissime proscindunt. Sed certissime confutant Theosebiæ cultores propter Dei uerbum & Diuinorum Patrũ Orthodoxiam & Ecclesiæ Christi Catholicæ Christianam approbationem & sanctionem sacrosancti Concilii Nicæni Primi, quo sic statutum fuit: Religiosi, tum Monachi, tum Moniales, habeant alia indumenta, & alios mores, quam habent Laici, & tondeant caput in modum coronæ, & cingãt se. sugillant & exprobrant illos: identidem notat his uerbis Vuicleuus: Hic redarguunt superbi improbantes istam rationẽ: Non, inquiunt, legitur, quod Apostoli habuerũt caput & barbas rasas, sicut nos utimur &c. Quis stultus nescit, quoniam non sequitur? & quæ sequuntur, quibus subscribit Hussus & sic asserit. Oportet nos Clericos Clericatus honore non abuti, sed diligenter mandatorum custodia hoc esse quod uidemur. Omnia signa Clericorũ uirtutes in nobis esse reputant, & uirtutes reclamãt: Clamat corona paupertatem, clamat uestis animæ honestatem, clamat status puritatem, clamat cultus castitatem: & ideo nisi istis uirtutibus polleamus, mentimur. Mentitur corona, mentitur habitus, mentitur status, mentitur cultus, mentitur professio. Hactenus ille, cui concordat Ioannes Pzribrauus, qui post Vuicleui testimonium allegatum, Diuorum HIERONYMI, & AVGVSTINI auctoritate & libris de hoc scriptis confirmat: & adiicit, quòd uariantes in uestibus, tonsuris & ceteris similibus sine ineuitabili necessitate uituosa possent dici schismatici. Sic namque subiungit cum recitasset supradictũ Vuicleui testimonium: Ex quibus patet, quod teste Vuicleuo huiusmodi sunt superbi & captiosi, quibus opponendum est, quod uariantes in his, sine euicta necessitate uirtuosa, possent dici Schismatici: Addo de his plattis Sacerdotum & approbatione eorum Hieronymum 12. q. 1. Duo sunt, Augustinum libro de contemptu mundi ualde late.

Synodus Sacra.
Cano. 36. Arab.
Vuiclef.
Tracta. de grad. schol. cap. 3.
Hussus.
In Amato. mentio. Antichri.
Hussita.
Profess. fid. cap. 29.

Monachis aliunde licet uiuere, quam opificiis machanicis.

CCCIV.

Tenet Caluinus hæreticę institutionis capite quarto cũ gregalibus suis non licere Monachis aliunde, quam ex machanicis opificiis uictum para-

Bib. san. li. 6. an. 317.

re,

re,etiam si assidui sint in orationibus,psalmodiij,& studij,quod,vltra Catholicos omnes quorum institutus ac studium semper fuit, est, ac erit, verbo DEI muniri,errores reprobare,hæreses condemnare, diabolica figmenta detestari,impietatem execrari,atque pietatem Christianæ Fidei ac Veritatis sectari ac prædicare,Psalliani,Messaliani,Enehilidiani, qui Monachis nefas esse operari,ut inde uitam degant,negabant,reprobauerunt: quippe sic aliunde eos ad victum necessaria obtinere fas esse consueuerunt: quemadmodum B.IOANNES Euiratus scriptum reliquit, antiqui Monachi pleni Spiritu,& Sanctitate operabantur manibus,& opus manuum suarum uẽdebant,ut inde victum haberent. Id quod non solum improbauit Ecclesia, sed etiam probauit,& commendauit. Idem confirmat Guilhelmus Sanctamorensis,& illi,qui Monachis licere ut prædia habeant,docuerunt. De quibus continuo disseram.

Euiratus. | *Pra. Spir. c. 114.*

CCCV.

Operatio manuum licita est Christianis. Damascen. Sixtus Sen. | *Hares. 88. In Bib. Sã.*

Detestabantur operationem,quæ manibus fit,ut Christianis omnibus siue Laicis,siue Monachis,atque Clericis indignã Messaliani. Quos iure merito propter verbum DEI omnes Catholici detestantur, & non nisi hoc ab illis damnari pro se existimant,quorum institutum est,Ecclesiæ CHRISTI insultare,calumnias struere, Christianitatem traducere, quod bonum est mali nomine notare;quos nefas est,fas esse dicere, & quod fas est quasi nefas respuere,qui a Dæmone uexantur,ira, insania,delirio, furore,furiisque agitantur, ut portenta execranda in lucem proferre cogantur, quibus demum,ut Tyconii pulchrũ est dictum,id sanctum est,quod illis sanctum est atque adeo illud impium est,quod ipsis impium est. Quorum impium Satanæ suggestum,vel detestabile hominum commentum, abominantur unanimiter omnes Catholici,item omnes schismatici, omnes denique hæretici,vtpote Lutherani, Caluiniani,& reliqui.

CCCVI.

Monachis & Clericis licet bona temporalia tenere. Iodoc. Coc. | *Li. 4. art. 9. de vi. Mon.*

Monachos & Clericos, domos, agros, decimas & pecunia recte a laicis accipere,vt inde & ipsi uiuant,pauperibus subueniant, sacras ædes,sartas tectas seruent,& inique agere qui huiusmodi bona rapiunt,vel repetunt inuide negant impij Audeani,Vadiani,Arnoldus Brixiensis, Vualdenses, Albigenses,Sagarellus,Beguinæ,Marsilius Patauinus, Vuicleuus Hussus,Anabaptistæ,& Trinitarii: quinimo Zuingliani,Lutherus,& Oecolãpadius. Quos verbum DEI plurimum passimque extat patefactum apud Coccium, in Scriptura iugulat os Apostolicum 1.Cor.9. & CHRISTI oraculum Luc. 1. erroris perfidiosi & iniqui condemnat. Apostoli ipsi in suis sacris Canonibus & Cõstitutionibus tamquam impios & uerbo DEI iniurios repudiãt, Patres uetustissimi,Doctores Orthodoxi, Sancti omnes & Christianissima totius Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ Romanæ censura, superbæ hæresis, iniquæ perfidiæ,inuidiæ sacrilegę,& impudentis impietatis cõuincunt. Quapropter contempta, & notata hac hæresi Concilium Sacrosanctum, quod totus Christianismus Euangelio suscipit Nicenum Primum Christiana prouidentia statuit, Vt sit in unaquaque Ecclesia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam prouentuum, & agrorum,& alij uillarum & sumptuũ, quotidianorum,alii frumenti & leguminum,alii uasorum auri & argenti, & uestimentorum & ornamentorum Ecclesiæ. Hoc idem constabilit aliud summum Concilium Chalcedonẽse,dehinc Lateranense, in quibus tribus Conciliis bis mille selectorum,ac Diuinorum, & plurinm Patrum, ac Orthodoxorum congregati fuerunt in Domino. Quibus item subscripserunt, & consenserunt Concilia plurima,utpote Nicænum Sec. Romanum Ter.

Andreas Fabricius. Luterus. Oecolãpad. | *Ani. 8. art. Conf. Aug. L. de po. Pa. Sup. epi. Ca. D. Ioan.*

Synodus. | *Cano. 63. Arab.*

Digitized by Google

& Sex. Agathense, Aurelianense Pri. Ter. Quar. & Quin. & alia grauia & ueneranda. Idē autē summi CHRISTI Vicarij cōfirmarunt, & sanxerunt Diui PIVS Primus, VRBANVS Primus, LVCIVS & alij. Vnde iuremerito Sanctissimus Papa Diuus STEPHANVS infamiæ nota sugillat Nouatores nostros, dicens: Infames eos esse dicimus, qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt iniuste. In quo redarguuntur, & notātur potissime Anabaptistæ, qui se gratis Apostolicos dicunt, & inuehuntur in Clericorum diuitias, quas quidem supilarunt in Christianis Ecclesiis Luthero & Caluino auctore Lutherani, & Caluiniani. Quos æquo iure damnat & execratur, non solum omnium Ecclesiasticorum consilium, sed etiā multi hæretici, ut Lutherus, ac Lutherani qui dicunt. Illos, qui ideo excitauerunt Schismata, quia negabant Sacerdotibus licere tenere possessiones, aut proprium, planè seditios iudicamus. Nam tenere proprium, ciuilis ordinatio est: licet autem Christianis uti ciuilibus ordinationibus sicut hoc aere, hac luce, cibo, potu. Nam ut hæc rerum natura, & hi si clerum certi cursus, certi motus, uere sunt ordinatio DEI, & conseruantur a DEO: ita legitimæ politiæ, uere sunt ordinatio DEI, & retinentur ac defenditur a DEO aduersus Diabolum. Cum his uero consentiunt Caluinus & gregales, & alii, inter quos Melanthonem citasse sufficiat: is enim ita in Vuicleuum, & sui pares inuehitur: Sunt alij errores Vuiclef: contendit Ministris Ecclesiarum non licere proprium & diuitias tenere. Hinc non discernit officia, seu potestates, sed discernit opes: nos docemus officia discernenda esse. Illa Vuicleuica superstitio perniciosa, & seditiosa est, quæ adigit ministros Ecclesiarum ad mendicitatem, & negat eis licere proprium tenere. Et alibi: Plane furebat Vuicleuus, qui negabat non licere Sacerdotibus tenere proprium.

P.M. — Ep. 1. — Heretici. — Apol. 8. art. Con. Augu cit. a Io. D... uent. art. 8. C. A. Conf. — Melanthon — Loc. com. c. de pot. Ecc. — Apol. c. de hum. tradi.

CCCX.

Cēsuit Lutherus & omniū hæreticorū colluuio, qui singularem sectam sibi finxerunt, quamquam id damnauerunt, diuersas religiones & sectas ferendas: In cuius insaniam perniciosissimam pestilentes Geneuæ ministri hæretici Caluinitæ manibus ac pedibus discendunt: Hos, inquiunt, per uniuersam Galliam libellis, colloquijs, Synodorum edictis, atque concionibus, confirmamus uniuscuiusque liberam, in qua libuerit uitam agere religione, oportere esse conscientiam. Quod negat, prohibet, punit, explodit, ac dānat omnis Catholicorum Chorus. Cuius Christiani regiminis rectitudine adstipulantur Anglicanæ hæresis studiosi ministri, qui non nisi sectam suam prætextu inani Christianæ religionis & Euāgelicę fidei, iniuste, inhumane, inique, nequiter & impie die nocteque Catholicos diuexant, ad audiendas conciones suas trahunt, renuentes in uincula conijciunt, distorquent, plagis lacerant, crucibus suspendunt, colligatis membris dispungunt, uiuos ex patibulis demittunt, pudenda amputant, exēterant, & adhuc palpitātia euellunt præcordia, eaque tosta, auibus, feris, canibus apponunt deuorāda: extracta uiscera inferuentem aquam ingerunt, in quatuor partes corpora dilaniant, & priscis persecutoribus inaudita supplicia in eis consumunt, qui acceptam a Patribus religionem cupiunt obseruare atque retinere. Hæc ex illorum sententia, cui fauet Lutherus ipse ubi enucleate dicit: Si qui docere quicquam vellent aduersus expressos Fidei articulos, qui expresse in Scripturis fundati extant & in uniuerso mundo apud oēs Christianos pro indubitatis habentur, ut sunt, quod CHRISTVS non sit Deus, & nudus homo, & similis aliis Prophetis, quod Turcis & Anabaptistis persuasum est, huiusmodi non sunt ferendi, sed ut manifeste blasphemi puniendi: Non enim simpliciter sunt hæretici, sed blasphemi ex professo. Nunc magistratus ex officio tenetur manifeste blasphemos punire, quemadmodum, & illi

Diuersa religiones ac secta nō sūt ferendę. — Lutherus. — Ep. de An. De secu. po. to. 6. f. 176. l. 1. de S. Tr. Dissen. mi. Geneua, & Anglica. — Feuardent. — De S. Trin. 1. The. Cal. — Lutherus. — Ad Ps. 82. to. 3. f. 414.

plectuntur,qui execrantur,iurāt,iniurijs,calumnijs,probris alios lędūt, &c. Moses in sua lege præcipit,ut omnes eiusmodi blasphemi atque adeo omnes falsi doctores lapidentur. Ad eundem modum hic non multum dispu tandum,sed statim indicta causa tales blasphemi condemnandi sunt.

Mundus ad huc docendus.

CCCVIII.

Coccius.

Luterus. Caluin it a.

Cōfessionistæ.

Lib. 8. ar. 7. de Ec. Sig.

Collo. mēsa. to. 1. p. 34. In catec. c. 2. Cōf. Cal. ar. 25. Art. 5. con. Aug.

Tacentes sunt intra Anabaptistas,qui putant non esse docendū amplius: indignum esse mundum,qui DEI uerbum audiat: si quis vero doceat, eū perinde facere ac quis sanctum dat canibus, & margaritas porcis proijciat. Hos cordati iure negligunt Catholici,cōtemnuntque hæretici,cum factis, tum scriptis,tumque uerbis,vt cunctis palam constat. Vt exempli est in gra tia Lutherani dicunt: Institutum est ministerium docendi, Euangelij, & porrigendi Sacramenta. Nam per uerbum & Sacramenta, tamquam per instrumenta donatur Spiritus Sanctus,qui fide efficit,vbi & quando visum est DEO in his,qui audiunt Euāgelium,&c. Inde Caluiniani: Detestamur omnes fanaticos,qui vellent,quantum in ipsis est, Prædicationem verbi Di uini,& ministerium Sacramentorum abolitum esse. Verum sunt etiam alij Anabaptistæ qui his Anabaptistis ex diametro repugnant, quippe peccant loquacitate nimia,neque ullum uenenatis linguis garriendi finem faciunt.

Cōfessio Augustana tāquam heretica damnatur.

CCCIX.

Coccius.

L. 4. de Sig. Eccl.

Lindanus.

In Panop.

Dauentrin.

Ref. Conf. Aug. art. 6.

Satana auctore qui est confusionis & prælij auctor: DEVS enim auctor confusionis non est, sed pacis, Lutherani hæretici insigne confessionis Lutheranæ monstrum impietatis hæreticæ in medium produxerunt, quando confessionem Augustanam ex multis hæresum,mendaciorū,& sycophantiarum machinis consarcinatam astruxerunt. Eam vero pauci hæretici primum probauerunt, deinde omnes vbique Lutherani probant. Quam tamen iudicio Ecclesiæ, cui plurimum semper detulerunt Patres nostri, ac deferendum optime iudicarunt,reprobare debuerāt. Ecclesia enim Catholica,Sedes Apostolica,& Concilium Tridentinū, & omnes Catholici quasi uerbo Dei aduersantem,& Ecclesiasticæ Orthodoxiæ repungnantē respue runt, & una cum auctore suo insulsissimo grammatico Melanthone nota uerunt,& condemnauerunt. Quare Doctores Ecclesiæ passim eam merito notant,confusionis verbo DEI reluctantis digne arguunt, Ecclesiæ reclamantis doctrinæ uere conuincunt,fallaciarum multarum ream iure cōdemnant. Inter hos Orthodoxus Vuilhelmus Lindanus est,qui confessionem Augustanā uanitatis conuincit cū suo auctore Melanthone, argumen ta eiusdem cōfessionis cōtra sacrosanctum sacratissimæ Missæ Sacrificium confutat,plurima false Catholicis affingere figmenta ostendit, insidiosam plane esse demonstrat,eiusdem calumnias retundit,atque eādem cum sua apologia uanissimis scatere mendacijs palam facit. Idē & alij perpetrant Orthodoxi,qui etiam contra illam ex professo scripserunt, partim probarunt, partim reprobarunt,notarunt,redarguerunt, uituperarunt suggillarunt, & damnarunt, Andreas videlicet Fabricius Leodius, Ioannes a Dauentria, Ioānes Cochlæus, Ioannes Hoffmeisterus, Carolus Quintus, & Principes alij Christiani,qui ad singulos eiusdem confessionis Augustanæ articulos rite, recte,docte,sane & Christiane responderunt,quorum testimonia nimis longū esset,hic referre,quæ quis legere voluerit facile comperiet illa, cū manu omnium uersentur, Nec est,quod,ut Dauentrinus dixit, tam fallaciter tam mendaciter, tamque impudenter ceu de Gygis annulo in Apologia glorientur,videbis,si peruestigas,quibus artibus,quibusue technis Catholicas ueritates subruere conentur. Miraberis hic fraudes,& dolos, quibus ipsam Veritatem perfrictis frontibus adoriuntur. Et quia omnis Apologia menda

Coccius. Caluinista

pta uidere licet. Tandem Hugnostici Christianismi alioqui aduersarii, in hoc consentientes, omnes sectas per antiqua Concilia & per Sanctos Doctores olim damnatas se reiicere ac detestari profitentur. *Cõfid. Cal. Conf. art. 6. 9. 16. ex Feuard.*

Græci schismatici pro certo sunt hæretici.

CCCXI.

Felix Ecclesia CHRISTI Catholica Romana, quæ nihil dixit, quod non ex ipsis aduersariis probauit, quæ nihil docuit, quod nõ aliqui ex inimicis ipsis confirmarunt, quæ nihil credidit, quod quidam hostium suorum non crediderunt, quæ nihil prædicauit, quod hæretici multi diuerso tempore non prædicarunt, quæ nihil definiuit, quod plures hæretici aliquo seculo nõ tenuerunt, quæ nihil refutauit, quod plurimi ex ipsis hæresiarchis, & hæreticorum gregalibus non confutarunt, & commendarunt. Atque quod omnium magis refert illud est, quod quicumque ab eadem proditur, a salute excidit, Inferno ablegatur, a Veritate abscedit, in errore proficit, & in omne malum præceps it. Sic quidem hæreticis accidit atque Schismaticis, qui Græci sunt, sed spurij, a Patribus Græcorum semitis deuiantes, de salute periclitantur, in Veritate naufragant, ab Ecclesia declinantes, in hæresim inclinarunt, in miseriarum vtriusque uitæ scopula impegerunt: Hi namque in cœcitate uersantes, Catholicos filios legitimos Ecclesiæ CHRISTI, hæreticorum infami nomine perperam traducunt, quod nomen ac infamiæ notam inurunt eisdem Catholicos Latini non tantum, sed etiam Græci Catholici. Verum apud hæreticos hæreticissimi, & perfidiosissimi extat testimoniũ hæresiarchæ Lutheri, sic de communione sub utraque specie debacchantis: Græci in hac parte nec hæretici nec Schismatici sunt; sed Christianissimi & Euangelissimi, quos & hic oro & obtestor, ut in ea sententia firmiter permaneant. Hæc ille, qui cum sæpius communionem sub una ambarum specierum probet atque commendet, ut infra fusius eodem teste patefeci, ipsius iudicio seipsum hæreticum, & Schismaticum, Græcos autem Catholicos, & Christianos esse satis lucide arguit. Lutheranis præterea & Caluinistis mirum in modum placet, quod Græci a Photio seducti, ut a Romana Ecclesia separati, impugnant Primatum Romanæ Ecclesiæ, admittunt Sacerdotes coniuges, communicant Laicos sub vtraque specie, utuntur in Sacrificio pane fermẽtato, negant Purgatorium, excõmunicant latinos. Cõtra uero Lutherani & Caluiniani pro hæreticis recensent, quandoquidem SPIRITVM SANCTVM a PATRE & FILIO procedere negãt. Lutherus, Melanthon, Cegius, Mahomet & Turcæ, qui Purgatorium credunt, inter hæreticos reiiciunt Græcos, Caluinus, Vermilius, Beza: quia Eucharistiam Græci Catholice credunt, condemnant, & quia Missam celebrant, reprobãt & Lutherani & alij. Sed & Lutherani, Caluiniani, Trinitarii, Anabaptistæ Græcos tamquam ex eo traducunt, quod non solum fidem, sed etiam opera ad Iustificationem requirunt: liberum arbitrium agnoscunt: Sanctos inuocant: Sacramenta confitentur: Monasticam uitam laudãt & multa Dogmata Catholica sectantur. Quamquam non ignorem ex eisdem quædam a Lutheranis probari, ut Eucharistiam, inuocationem Sanctorum, Imagines; quædam a Maioranis, ut opera bona, quædam a Caluinianis, ut de Baptismo, de Symbolo, & de Tẽplis (ut Angli) restituẽdis, & alia ab aliis, quos Catholici probant, & iidem Græci, qui uicissim hæreticos catholice cẽsent Lutheranos, qui Missam traducunt, Caluinianos qui liberum arbitriũ impugnant, pariter Anabaptistas, Trinitarios, Seruetianos, Libertinos & reliquos Ethnicorum reliquias & olim condemnatorum hæreticorum cineres. Patet itaque quod non tantum Romanæ Ecclesiæ Christi Catholicæ, ut supra ostendi, uerum etiam hæreticorum Lutheranorum, Caluinianorum & similium iudicio & sententia Græci sunt nimirum hæretici.

Gennadius Scholarius. Demetrius. Cedonius.

In Sess. Co. Flor.

Con. Nicolabalis. in def. D. Tho. Aquin.

Lutherus.

Arti. 16. in Assert.

Ico-

Iconomachi procul dubio sunt hæretici. In T. C. in comp.

CCCXII.

Coccius. Bundrius.

Iconomachi Almarici, Albigenses, Flagellatores, Vualdenses, Bessariani, Feliciani, Leo tertius, Seuerus, Claudius & alii sacrarum Iconarum persecutores omni abominationi subiugandi sunt, quos scarabei Diaboli ex eodem stercore nati quippe præ liuore Satanæ, & præ indulgentia dœmoniorum hæreticorum gregalium impius Carlostadius, scelerati Sacramentarii, profani, sacrilegi & pessimi Caluinitæ sacrilegis cum scriptis tum facinoribus in hæresi labefactata Germania & Gallia nimis impie sectati sunt. Vbi idola censent Christianorum Imagines Christi, & Sanctorum, idololatriæ traducunt Catholici, cum alioqui ipsi sint uere idololatræ propriæ sententiæ, propriæ libidinis, proprii sensus, propriæ arrogantiæ, & ex Hæresi sibi idolum idolorum fabricarunt. Hos autem non duntaxat Diuus IOANNES Damascenus Pater sapientissimus atque Sanctissimus, sed & alii Orthodoxi multi, imo plurimi ac deniq; oẽs rectissime damnant. Sic enim sacra Synodus Nicęna contra cõtẽtiosos nebulones, impios Ethnicos & idololatras pessimas sanxit: Sanctorum nostrorũ & Diuinorum Patrũ doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ in qua Sanctus Spiritus inhabitat, traditionem obseruantes; Definimus, Sanctas Imagines, maxime autem Imaginem Domini Dei nostri IESV Christi Saluatoris, deinde intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ, uenerandorum Angelorum, omniumque Sanctorum uirorum omni diligentia & cura uenerãdas & e coloribus, tessellis quauis alia materia commode (sicut & Crux ? paratas, & dedicatas, & in Templis sacris dedicandas & habendas tum in sacris uasis ac uestibus, tum in parietibus & tabulis, tum in ædibus priuatis & in uiis publicis: Quo scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes qui contemplantur ad prototyporum memoriam ueniant, illisque honorariam adorationem exhibeant. Imaginis enim honor prototypum resultat, & qui adorat Imaginẽ, in eo adorat quoque descriptum argumentum. Sic enim Sanctorum nostrorum Patrum obtinet disciplina, & traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ a finibus usque ad fines Euangelium suscepit. Igitur qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas Traditiones contaminare, aut noua uaniloquentia inducere, aut quidquam de consecratis in Ecclesia abijcere; Euangelii inquam depictum codicem, aut figuram Crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias Martyrũ, quas sciuerint esse germanas, aut contra istas vafre aliquid contra constitutionẽ Ecclesiasticam cogitare; aut uti tamquam communibus sacratis Deo, repositis pretiosis, uel Monasteriis reuerendis: Si Episcopi vel Clerici fuerint, deponantur; si Monachi vel Laici communione priuentur. Tunc Sancta Synodos exclamauit, omnes sic credimus, omnes idem sapimus, omnes approbantes subscripsimus. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrũ. Hæc est fides Orthodoxorum. Hæc fides Orbem terrarum confirmauit; Credentes in Deum Trinum & Vnum, uenerandas Imagines amplexamur. Qui secus agunt anathemate procelluntur. Qui sic nõ sentiunt ab Ecclesia depelluntur. Quicumque sententias Sacræ scripturæ de Idolis contra venerandas Imagines adducunt, Anathema. Qui uenerandas Imagines Idola appellant; Anathema. Qui dicunt, quod Christiani Imagines, ut Deus, adorant, Anathema. Qui scienter communicant cum illis, qui contra uenerandas Imagines sentiũt, aut eas dehonestant; Anathema. Qui præter Christum Dominum Deum nostrum dixerit alium nos a cultu idolorum liberasse; Anathema. Qui audent Ecclesiam Catholicam dicere idola aliquãdo suscepisse; Anathema. Si quis ex Iconoclastrarum hæresi aliquem existentẽ defenderit; Anathema: Si quis Euangelicas narrationes per picturam repræsentatas non acceptauerit; Anathema. Si quis has non salutauerit in nomi-

Concilium *Artic. 7.*

ne

ne Domini; & Sanctorum eius, Anathema. Si quis Traditiones Ecclesiæ siue scripto, siue consuetudine ualentes non curauerit: Anathema. Hactenus Christianissima definitio sanctæ, magnæ, & uniuersalis in Nicæa Synodi secundæ, quam quidem hæreticus Funccius probat & non contemnendo efferet elogio, cuius testimonium lib..... inter allegabo, quandoquidem eiusdem sectæ hæretici, pluris quam reliqua omnia æstimabunt: In hoc Episcoporũ conuentu, inquit, pristinum Imperij Constãtinopolitani decus rediit; Abiectis enim & condemnatis omnibus hæresibus, antiquam Nicenæ Synodi, quæ Prima dicitur, fidem in usum reuocarunt, bellumque, quod cum Imaginibus iam multo tempore gestum est, sustulerunt. Hactenus ille, de eadẽ Synodo, cui bene fauet ante eam Synodus Trullensis, & plures Pontifices Romani, qui inuito animo has aduersus Cesares impios, & Reges perfidiosos defensati fuere. Quos quidẽ ex professo Vuicleuus, Hussus, Pzribrauus & alii sunt imitati. Sed & Lutherus ijsdem palmam præripuit, cum tam serio hanc pietatis materiam tuetur, tam fuse probet, tam cõstanter astruat, & tam acriter aduersarios uellicet, & hæresis fortiter carpat, & pro seditiosis hæreticis censeat, ubi dicit: Spiritus Iconomachorum non est bonus: spirat cædes & seditiones, etiamsi dissimulet ad tempus, quãdiu non uidet opportunitatem. Hucusque ille, cuius sententiæ subscribunt Bucerus, Regius, & Anglicanæ hæresis ministri, qui inuitis ipsorum gregalibus Geneuanæ hæresis ministris, pristinam Templorum quæ cum Angli olim Christiani essent, Christiano more, & catholica cõsuetudine cum sacris Imaginibus erexerant, retinent formam.

Funccius. *Lib. 8. com. in Chronol. ad an. 789. ex capo. Dialog. 4.* *Concilium.* *Cano. 82.* *Vuicleuus. Hussus. Hussita.* *Lib. 18. epi. 45. de Eccl. cap. 9. & in Decalog.* *Luterus.* *Con. Imag. adora.* *Conf. c. 34.* *Li. con. Cel. Proph.* *Bucerus. Regius. Feuardent.* *In psal. 115 de cau. loq. de Imag. lib. 1. ae S. Trinit.* *Vuicleuita sunt professo hæretici.*

CCCXIII.

Monstrum in Anglia natum & regnante Christiano Rege Anglorum Richardo extumulatum condemnatis erroribus ęquissimo iure concrematum fuisse nobiles scriptores ferunt. Huius libros ad se ferri iussit Lapus Põtifex Ecclesiæ Pragensis, omnesque Doctorum Theologorum Concilio adhibito, publice cremari iussit. Atque deinceps in sacrosancto Basileæ Concilio ex huius impii hæresiarchæ libris quadraginta errores condemnatos fuisse testatur Ioannes Rachusiensis ex illustri Ordine Prædicatorum Illustrissimus Patriarcha. Cõtra hunc perfidiosum nebulonem plures uiri peritia, & pietate Catholica illustres scripserunt ac demũ in sacratissimo Concilio Constantiæ quadraginta eius impiissimi hæresiarchæ errores reprobati & condemnati fuere. Cuius autem impias hæreses, & detestabiles errores hæresum uietarum, olimque condemnatorum ab Ecclesia Nouatores ab ordo partim excitarunt. Vnde Lutherus pessimus hæresiarcha utique scribit: Decretales Papæ non dico apocryphas, sicut Vuicleuus & Hussus dicere iactant, sed impias. Hæc ille, qui cum aliis sannionibus originem inde suã referri perdite gloriatur, atque Vuicleuum totius orbis auctoritate totque seculis condemnatum, & item Vuicleuitas, qui seipsos Catholicos tenent pro Catholicis propter ea, quæ hæretice peccant, habet. Bohemi enim, ait Lutherus (apud quos Vuicleui secta uiget) & Græci in hac parte uidelicet de Communione sub utraq; specie, nec hæretici, nec Schismatici sunt: sed Christianissimi & Euangelissimi. Idem præterea Vuicleuitas stolidos & detestabiles hæreticos, potissime in his quæ Catholicis probantur, & alii hæretici iniuria & perperam condemnãt. Ita ut abominandus hæresiarcha Lutherus circiter decem Ecclesiæ Catholicæ Dogmata, quæ probat Vuicleuus, eidem aduersatur, & hæresis falso, & immerito arguit. Ipse insuper Lutherus atque etiam Caluinus hæreses istas hæresiarchæ Vuicleui & sectatorum damnant: Deus debet obedire Diabolo: contra Scripturam est, quod uiri Ecclesiastici habeant possessiones: nullus est Dominus ciuilis, nullus Prælatus, nullus Episcopus, dum est in peccato mortali: Iuramenta sunt illi-

Lutzẽburg. *Li. 2. de heretis. & li. 3* *Rachusiensis.* *Apud Lutzemburg. lib. de hær.* *Luterus.* *In Assert. artic. 30.* *In Assert. artic. 16.* *Coccius.* *Li. 8. de sig. Ec. art. 4. et artic. 3.*

Digitized by Google

cita,quç fiunt ad corroborandos humanos contractus, & commercia ciuilia. D. Augustinus, Benedictus, Bernardus, damnati sunt, nisi pœnituerint, quod habuerunt possessiones. Has ille scripsit hæreses, quas non probant

Philippus. Nouatores & Ecclesia condemnat. Cui adstipulatur Melanthonis sententia, ad hunc modum scribentis: Inspexi Vuicleuum, qui ualde tumultuatur in hac de Cœna Domini controuersia: sed deprehendo in ea multa alia errata, ex quibus indicium de spiritu eius fieri potest. Prorsus nec intellexit, nec tenuit fidei iustitiam: inepte confundit Euangelium & politica, nec uidet Euangelium nobis concedere, ut legitimis omnium gentium politiis utamur: concedit Presbyteris non licere, ut possideant quicquam proprii: decimas nullas vult solui, nisi docentibus, quasi uero Euangelium uetet uti politicis ordinationibus: de dominio ciuili sophistice & plane seditiose rixatur: ad eumdem modum de Cœna Domini sophistice cauillatur publice receptam sententiam. Hæc ille, qui & alibi: Plane furebat Vuicleuus, qui negabat Sacerdotibus tenere proprium. Ac rursum: sunt alii errores Vuiclefi: cōtendit ministris Ecclesiam non licere proprium & diuitias tenere. Hic non discernit officia seu potestates, sed discernit opes: nos docemus officia discernenda esse. Illa Vuicleuita superstitio perniciosa & seditiosa est, quæ adigit ministros Ecclesiarum ad mendicitatem, & negat eis licere proprium tenere. Et iterum: Insanijt Vuicleuus, qui sensit impios nullum dominiū habere. Et alio loco: Miras tragædias excitauit Vuicleuus, qui cōtendit eos, qui non habent Spiritum Sanctum, amittere dominium, & colligit multas sophisticas rationes ad confirmandum hoc dogma &c. ad exercenda ingenia recitabimus quædam argumenta Vuicleui, quæ ostendunt auctorem nequaquam simplici aut suo genio fuisse. Demum idolum Lutheranæ abominationis & idea Lutheranæ hæresis Lutherus impij Melanthonis impius magister in hoc non omnino impie uicissim mutuo consentiunt: Lutheri enim testimonium de auo suo Vuicleuo tale est: Ioannes Vuicleuus horribiles & diabolicas blasphemias docuit. Hactenus itaque patet quod Vuicleuus, & Vuicleuistas, qui se Christianos, Catholicosque credunt, & habent suæ causæ patronos sibi similes, iudicio Ecclesiæ grauissimo, & hæreticorum recentiorum calculo vere hæreticos esse.

Ep. ad Frid. Myc. — *In Apol. c. de hu. trad. locat. com. c. de pot. Ec.* — *Disputa. de iure. mag. In con. ad Pol. Arist.* — *Luterus.* *Tom. 1. pag. 463.*

Hussita utique sunt hæretici.

CCCXIV.

Feuardent. Ioannem Hussum & Hieronymum de Praga Boemos, qui æquo iure in sacrosancto Constantiæ Concilio condemnati tamquam hæretici meritissime exusti fuere, aliosque Boemos Hussitas esse hereticos negat Beza, Parentius, Hugnostici & alii impietatis hæreticæ ab Ecclesia Christi iure merito in Conciliis pluribus condemnatæ, a sacris Sētentiis abiectæ, ab Orthodoxis omnibus Christianissime notatæ, sectatores, Luthero omnium impiorum inter manes pessimo auctore, qui uertumni imaginem referens sibi sic reluctatur: Ego omnia Ioannis Hussi ab illis (Catholicis) probata non admitto, & iterum: Communio Hussitarum omnino uitanda est. Hæc ille, qui Catholicos hæresis, & idololatriæ fontes pessime traducit, & primatū D. PETRI a Deo certissime institutum præ mortalibus, & dœmonibus blasphemat, consequitur manifeste quod Hussus, qui multa Catholica probauit dogmata, & potissime Monarchiam Papæ, Missæque sacrificium credidit, & docuit, utidem Lutherus fatetur carpit, ac damnat, Lutheri iudicio hæreticus fuit. Ceterum Coccius ex scriptis eorum in lucem editis, in quib. Fidei articulis, & Veritatis propriis Dogmatib. Lutheranos & Caluinistas (cum præcipue ad Vuicleuistas, & Hussitas originem suam referant) ab iisdem dissentisse fusius docet. Lutherus rursum dicit. Quod me insimulat Bohemiæ factionis studiosum, & plane patronum parcat ei Dominus. Nūquam mihi placuit, nec in æternum placebit quodcumque schisma. Inique

Lib. 8. de Cpl. sen. c. 12 & 13. cap. 8. de Purgato. — *Lutherus.* *In Assert. art. dam. a Leo X. ex Ross. art. 16* — *Iodocus.* *Lib. de sig. Eccl. art. 4.* — *Luterus.* *In dispu. lipsica.*

Digitized by Google

faciunt Bohemi, quod se auctoritate propria a nostra unitate separant, etiã si ius diuinum pro eis staret, cũ supremum ius diuinum sit caritas & unitas spiritus, &c. Dico me non posse nec uelle defendere Bohemorum schisma. Hæc ille, qui & alio rursum loco hunc locum roborat, hoc pacto scribẽdo: Bohemorum dissidium a Romana Ecclesia nulla excusatione defendi potest, quin sit impium & Christi legibus contrarium: quia contra caritatem, in qua omnes leges summantur, perstat. Atque aliubi: Nolim mihi suspicionem fieri, quod faueam hæreticis, aut Bohemis. Ego nihil de Purgatorio noui, nisi animas ibi pati, nostris operibus & orationibus iuuandas. Hactenus ille, qui vi veritatis impulsus Ecclesiæ CHRISTI Romanæ arma ministrauit, quibus suis armis transfossus humi iacet miser prostratus.

Ad c. 6. ep. ad Galat. prio. editio. In Disput. lipsica.

Albigenses sunt nempe hæretici.

CCCXV.

Nigri ex omni parte Albigenses perniciosissimi, & damnabiles fuerunt hæretici, apud omnes nationes, apud Christianos, apud omnes Catholicos Patres, Doctores, Theologos in Ecclesia CHRISTI Catholica, non quidẽ tantum hoc tempore, sed etiam longe ante hoc tempus: quandoquidem nonnullas ueterum hæreticorum hęreses & Ethnicorum portẽta ab orco, ut mox docebo, reuocarunt. De his itaque Cęsarius Heitterbachius sic scriptis reliquit suis: Temporibus Innocentii Papæ (Tertii) inuidia Diaboli hęreses Albigensium cœperunt pullulare, tam ualidæ, ut omne triticum fidei gentis illius uersum uideretur in lolium erroris. Et eorum errores plures fuerunt, nam hæresiarchæ eorum quędam collegerant puncta ex dogmate Manichæi, quædam ex erroribus, quæ in Periarchon scripsisse fertur Origenes, plurima etiam quæ de suo finxerunt adiicientes. Duo credunt cum Manichæo principia, Deum bonum & malum idest diabolum, quem omnia creare corpora dicunt: sic Deum bonum, omnes animas, Corporum resurrectionem negant: quicquid beneficii mortuis a uiuis impenditur, irrident: ire ad Ecclesias uel in eis orare, nihil dicunt prodesse: Baptismum abiiciũt: Sacramẽtũ Corporis, & Sanguinis CHRISTI blasphemãt. Et quod anima secundum meritum, per diuersa transit corpora etiam animalium & serpẽtum, si male uixit: si autem bene: intrabit corpus alicuius principis, uel alterius illustris personæ Item in tantum error illorum inuoluit, ut breui interuallo temporis infecerit usque ad mille ciuitates, & si non fuisset gladiis Fidelium oppressus, puto quod totam Europã corrupisset. Et Christiani missi erant contra eos, & in ciuitate Biders, quæ expugnata fuit per Christianos ipsi Albigenses super uolumen sacri Euangelii mingentes, de muro illud contra Christianos proiecerunt, & sagittis post illum missis, clamauerunt: Ecce lex vestra miseri. Hactenus ille, qui & alia tam fœda & obscœna eorũ impiorum facinora & sacrilegia, quæ pudet, atque piget referre, recenset. Quorum quædam impij Nouatores probant, quædam uero non probant. Quinimo inter Caluinitas sunt qui Albigenses iuxta Albigensium imaginationem ac persuasionem, eos hæreticos negant, & in albo piorum Catholicorum, & ueterum Christianorum reponunt. Perditissimus namque hæreticus Caluinitæ perfidiæ plane furendo scribit: Albigenses fuerunt fidei Dei ministri, & in ueritatis Euangelicæ sectatores, ac non minus pii, quam Vualdenses quorum ætatem sequuti sunt: & Papa contra hos Dominicum, & Franciscum accersiuit, &c. Hæc ille improbus homo, imperitus nugator, impudens nebulo, scribaque mendax, quem quidem reprobant Lutherani, & Caluiniani quippe qui in catalogo hæresũ Albigẽsiũ illas referũt, quas supra adnotaui, inde & eisdẽ alias adiiciũt quas & abiiciũt uidelicet: Christũ nec verũ Deum, nec verum hominem fuisse asserunt Albigenses: ante Aduentum Christi nullos fuisse bonos: Ecclesiam non posse ali-

Cisterciensis. *Dial. dist. 5*

Parentius. *Inst.*

Coccius. Centuriani sta. *Li. 8. de sig. art. 3. & c. centu. 13. col. 154. 155 15. 6.*

Digitized by Google

quid possidere, nisi in communi; Infernum nihil esse: mundum semper extitisse, nec umquam interiturum. Matrimonium malum esse dicunt. Caluiniani præterea alioqui pessimi hæretici, in hoc probantur cum Caluiniano Parētio ex instituto pugnare. Hesnaldus enim cum Crispino apud infernum æterne uereque a Deo condemnati Caluini typographo, his uerbis assseuerant, Albigēses hæreticos fuisse tam infelices, tamque pestiferos, ut nuptias Christianas reprobarent, & omne genus uoluptatum, adeoque masculinam uenerem admitterent, &c. Caluinitæ insuper alii: Albigēses, qui Progellam, Cabrierium, Merindolium, Fressinerium (pagi sunt inter Prouinciam & allobroges) inhabitant, puram religionem non habent. Sano itaq; Ecclesiæ iudicio, & hæreticorum recentiorum ferme omnium non omnino insana assertione Albigenses profecto sunt hæretici.

Ioannes. *Lib. de stat. Ec. fol. 314.* *Caluiniani* *In excitato. matuti. Frāco. pag. 116.*

CCCXVI.

Valdenses, sunt nempe hæretici.

Vualdenses superbi dicaces, improbi popinones, impudentes, sacrilegi, impuri heluones, lasciui nebulones, iniqui blaterones, execrati scribę, nequā pharisęi, progenies Ethnicorum, infensi Ecclesiæ Dei, detestabiles & abominandi hæretici, Satanæ sempiterni captiui, emissarii Antichristi se putant esse Christianos, & uere Catholicos, sicut mos est hæreticis, & Catholicos hęreticos esse blasphemant, qui insuper plures blasphemias in Christum & in Ecclesiam Christi fœtidissimo ex eorum ore euomunt. At quod mirandū est id esse censeo, quod impii Nouatores defendūt, & hæreticos fuisse ac esse impijssime negant. Si enim dicerent quod perfidiosi milui Vualdenses parentes sui quædam Catholicis Ecclesiæ Dei Dogmatibus repugnātia docent, minus mirandum esset, quoniam eadem & ipsi Nouatores impie aduersus Ecclesiam Dei prædicant, sed cum iidem plura affirment, quæ ipsi Nouatores coniiciunt inter manifestas hæreses, satis miror quod postea audeant Valdenses hæreticissimos, pro Christianissimis celebrari, nisi hoc impudentiæ, nequitiæ, malitiæ mendacio & hæresi, quam nulla impudentia, nullaue impietas metam præscribit, totum adscribam. Fertur tamen id ab eisdem patrari facinus, ut seducant facilius miseram plebem, & inde suam originem traxisse, & ante aduentū eorū ibi Ecclesiam CHRISTI extitisse doceant. Quod tam aduersum est ipsis, quantum est ipsos esse Catholicos, cum iidem toto orbe sint notatissimi hæretici, qui dum iactant suam originem ductam ab impiis Vualdensibus, qui cū sint scilicet hæretici, sicut Catholici credunt & hæretici fatentur (ut mox docebo) ac fateantur necesse est, consequitur horum originem hæreticam fuisse ab hæreticis ac per hoc a Satana ductā, (ut in Luthero, Zuinglio qui istud iactat perspicuum est) & Ecclesiam CHRISTI, quā apud illos fingunt, ecclesiā Antichristi nimirum esse. Id ex eo insuper persuasissimum Orthodoxis omnibus probatur, quod Vualdensicas regni Antichristi hæreses mox subiiciendas impii Nouatores, qui ad regnum Antichristi uehementer referuntur, probant: Nempe quod Romano Pontifici obedire non tenemur, imo totum Romanæ Ecclesiæ statum in capite & membris superbe ac impudenter damnant: Summorum Pontificum Canones, & Decreta sacrilege pro nihilo habēt: potestatem audiendi Confessiones, absoluendi Laicis a Deo datam esse mendaciter dicunt: Indulgentias pro Prælato Ecclesię datas ethnice irrident: uera miracula in Ecclesia fieri infideliter negant: Purgatorium seditiose irrident: dies festos profane cōtemnunt: Angelicam salutationem impie nihil faciunt; Sanctos inuocandos hęretice nolunt. Hęc quidem sycophantæ illi Guidone & Diuo ANTONINO testibus, quæ ipsorū dogmata posthumi hæretici sectantur, & auctores suos fœdis, impuris, indignis, iniustis, turpibus, & immodicis laudib. ornāt, imo potius onerāt. Parētius enim impudentiæ, & mendacii monstrū & gregales omni nisu conantur probare,

Origo hæreticorum a Satana demonstratur.

Guido. S. Antonin. Parentius. *De Valden. Par. 4. tit. 11. c. 7. Ap. Fen. c. 6 lib. 13.*

Digitized by Google

Danæus. re, Vualdenses fuisse viros pios, qui sinceritatem sequuti sunt ueritatis Euangelicæ, constanter depugnantes aduersus doctrinam (ut de more hæretico seu Ethnico oggãniunt) Papisticam ab hinc quadringentis annis. Danæus præterea & ipse impudentiæ & mendacii hæretici cõminister scribit Vualdenses homines Euangelicos iniuriaque uituperatos: Quum Catharorum hæresis esset omnibus, & merito odiosa: posterior ætas ad prægrauandam bona sacrosancti Euangelii causam, homines uere gelicos confami Catharorum nomine calumniata est, quos eosdem etiam. Vualdenses, Pauperes de Lugduno, Analdistas, ab Arnaldo quodam, denique Tossepinos uocauit. Hæc ille, quem impii Chemnitius, & Centuriarum consarcinatores laudant, in cassum conantes hæreticos Vualdenses & omni crimine, & omni suspicione erroris sine fine impudenter liberare. Et hos quidem impudentia & mendacio, Geneuenses impietatis ministri (si fieri põt) cõuincunt, ubi Vualdenses certissima & perpetua Satanæ mancipia, tanquam euangelicissimos & constantissimos martyres suos in suo martyrologio Satanæ uituperosissime laudant. Contra uero Catholici, qui uere omni suspicione erroris longe absunt, sentiunt, Vualdenses pro certo hæreticos esse, pseudo euangelistas æternæ mortis mãcipia, & Satanę subiectis, perditis moribus, fœdis ob scœnitatibus plurimũ labefactatos. Horũ aũt sano utique iudicio, & Ecclesiæ CHRISTI rectissimæ multæ pleriq. hæretici adstipulantur: Lutherani enim & Caluiniani alioqui hæreticissimi damnant, quod perditi Zualdẽses (Cęsario & D. ANTONINO testibus) Symbolum Apostolorum contemnunt: omne iuramentum illicitum esse dicunt: urente carnis libidine omnem carnalem commixtionem concedunt: nullum omnino iudicium sanguinis aut cuiuscumque corporalis supplicii ferunt. Sed audiamus unũ Lutheranorũ & Caluinianorũ alterũ hæresiarcham. Lutherus enim Vualdenses serio asseuerat esse hæreticos, infelicem populum, fœtore Romano gaudentem, sicut Pharisæus super Publicanum, furioso timore abreptum, miseros hæreticos, blasphematores Dei, proditores Christi. Caluinus præterea ad hunc accedit, dicens: Nos manemus in ea sententia, nõ posse simpliciter recipi confessionẽ uestræ formulã absque periculo; ac subscriptionem nisi adhibita dextra interpretatione. Non potest uerecũde negari, quin Auctor Apologiæ uestræ modum excessit. Et alibi: statim ad confessionẽ (fidei suę) transeunt, quæ nostro iudicio, doctrinã obscurat, uelinuoluit magis quam illustret. Non satis diserte uel enucleate de hoc mysterio (Eucharistię) loquuti sunt. Ab ipsis omnis interpretatio respuitur. Ex breuibus & obscuris eorum uerbis offensio concipi potest, &c. Huic uero Beza succedit, qui sic illos impietatis censet reos. Obsoleuerat inter eos (Vualdenses) doctrinæ puritas. Et alibi: Caluinus eosdem solicitauit, ut ad suas partes transirent. Hęc ipse, cui Lutheranę impietatis Rostochius minister Dauid assentitur, dicẽs: Vualdenses sinceri sunt Lutherani, & per omnia, Lutheri dogmatibus adhærẽt: & quod in Apologia sua ad Georgium Brandeburgensem de Eucharistia cum confessione Augustana consentiunt: tametsi ministri eorum latinę linguæ penitus sint ignari. Demum Geneuensis impietatis ab infernalibus puteis haustę Cyclopes ex diametro Antichristi notato famulo, impudenti, mendaci & impio Parentio non repugnaut atque palinodiam, quod Vualdenses laudarent, his uerbis cantant: Vualdenses impuram ex parte religionem a Bohemis retinuerunt, plurimis, & grauissimis modis aberrarũt, & ueteres horum ministri, quos barbas & auunculos suos appellant, non pure & sincere inter eos docuerunt. Ex his Vualdenses, iuxta irreprehensibilẽ Ecclesię Dei definitionem, & hęreticorũ consensum & corrobationem, hęreticos esse satis superque lucidum atque perspicuum est.

Left margin notes: *Chemnitius.* *Centuriatores.* *Geneuani.* *Coccius.* *Carmelita.* *Dominicanus.* *Luterus.* *Caluinus.* *Beza.* *Chytraus.* *Geneuani.*

Right margin notes: *Ibidem.* *Ibidem & lib. 8. c. 12. v. 13.* *Lib. 8. ar. 7. de sig. Eccl.* *De Vald.* *De eisdem.* *Conc. 80. f. 1. 39. com. in epist. ad Gal.* *In Ps. 109.* *Epistol. ad Vald. 1560* *Ep. ad Pol. 1557.* *L. ho.* *In vit. Cal. ad ann. 1560.* *Orat. de sta. Eccl.* *In martyrolog. Gallica p. 189 usq; ad 221.*

CCCXVII.

Piccardi sunt pro certo hęretici. Fieri non potest, ut hęreticus tametsi quędam, uel plura, seu etiam

plurima docuerit Catholice, non sit hæreticus: sufficit namque si unū dogma hæreticum doceat, & procaciter defendat, etiam si cetera catholice doceat: quisquis in uno Fidei Christianæ articulo, Dogmateque Catholico modum excesserit, eidemque contrarium docuerit, factus est omniū reus, & perinde est hæreticus ac si omnia hæretice docuisset, nullaue Catholice. Propterea cum omnes hæretici, quos antehac mundo Satan genuit, in aliquo dogmate, atque etiam Fidei Catholicæ articulo, uel in pluribus, nouitiis hæreticis Lutheranis, Caluinianis, Anabaptistis & reliquis p diametrū, (ut utique rei Christianæ perito clarissimum est) repugnent, superiores his nouitijs hæreticis omnes fuisse hæreticos satis dilucide ac perspicue claret. Vnde & illud consequitur plusquā enucleate, quod ante Lutheranos omnes hæretici hi fuerunt, a quibus sua decerpserunt dogmata & suis dogmatibus multa plane aduersa docuerunt, & sic ecclesiam Lutheranam, Anabaptisticam, ab hæretica ecclesia, adeoque ab Antichristi synagoga promanare: Ecclesia Catholica hoc semper credidit, semperque credit, nec ullatenus fallitur, sed ut propinquius accedā, quasi exēpli ratione Pichardi hæretici in nōnullis hæresibus ab Ecclesia aberrare probantur ab hæreticis Nouatorib. sed potissime inter hos sunt Adamitæ, qui eos stulta nuditate sectantur, fœdaque libidine, quos ex genealogia Lutheri nati Condormientes cōmunia habentes Monasterienses imitantur, & conspurcantur. De horū aūt auctore Pichardo, quē cū suis symmistis explodit Christi Ecclesia ita legitur: Picardus quidā ex Gallia Belgica, transmisso Rheno per Germaniā in Bohemiam penetrauit, qui præstigijs quibusdam fidem sibi conciliās breui tempore, non paruam mulierum uirorūq; plebē ad se traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas uocauit. Et occupata insula quadā omne lusimitio cincta, filiū Dei se dixit Adam uocari, connubia eius promiscua fuere, ne fas tamen iniusse Adam mulierem cognoscere, sed ut quisque libidine incēsus in aliquam exarsit, eā manu præbendit, & adiens principē, in hac, inquit spiritus meus concaluit. Cui princeps respondit: Ite crescite & multiplicamini. Aiebat cæteros homines seruos esse, se uero & qui ex eis nascerentur liberos. Hęc & alia de eodem habentur, & de Picardis, qui symiæ Vualdensium esse perhibentur, quos quidē superstites eorū Adamitæ & alij citra dubium nō pro hæreticis, sed pro Catholicis Christianissimis habent, cōtra vero Lutherus Melanthon, Regius pro hęreticis habent, quandoquidē quod hi asserunt, illi negant, nempe Purgatorium & Cœlitū inocationem negāt. Simili modo Caluinitæ & alij inter hæreticos conijciūt, & ea facinora detestantur. Sed præstat, ut fuse audiatur Lutherus. Ne Pighardi hæretici infelices, suas partes a me adiuitas cōfidāt, qui præ nimia rusticitate nobis Teutonicis (superbissimo fastidio indignati) imponunt, quos sanctos Dei colamus & ex eis idola faciamus, &c. Propter horū itaq; rudissimā & insulsissimā rusticitatē, dico ego, ad sanctorū suffragia recurrēdū omni modo, sicut in Iob dr: Ad Sanctorum aliquē conuertere. Et sicut Salomō suum patrē allegat. Memento Domine, Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sed & Iacob Patriarcha dixit de Ephraim & Manasse: Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum meorū Abraham & Isaac. Atque alibi: Nihil de igne & loco Purgatorii loquor, nō quod ea negē, sed quod alia est disputatio, nec a me nūc instituta. Quæ ideo dico, ne Pighardus hæreticus in me sibi uideatur obtinuisse, quia locum eius ignotum esse confiteor. Aut ideo Ecclesiam Romanā errare, quia opinionē Beati Thomæ nō explodit. Mihi certissimum est Purgatorium esse. Nec multum me mouet quod blaterēt hæretici, quando iam mille & plus centum anni sunt, quod Beatus Augustinus in suarum Confessionum lib. 9. pro matre & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta Mater eius moriens (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit fieri ad Altare Domini. Sed & a Beato Ambrosio id factum narrat; Quod si etiam tempore Apostolorum non fuisset Purga-

[Left margin: Adamitæ. / Luxēburg. / Luterus.]
[Right margin: Tabu. genealog. Luth. / De hær. li. 3 / De dec. prae. / Ref. de Ind. conc. 15. f. 112.]

torium

torium (ut superbit fastidiosus Pighardus) numquid ergo credendum est hæretico uix quinquaginta annos super nato, & fidem tot seculorum falsam fuisse contendendum? Maxime cum ipse nihil aliud faciat, quã quod dicit: non credo? Et sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra, quasi non & lignum & lapis non credant. Et alio loco: Hæc ideo commemoro, ne Pighardi, nostri vicini hæretici, infelix populus suanon uidere aut nescire uitia non putent. Ergo Piccardos esse hæreticos pluribus modis huc usque planissime compertum est.

Sacramẽtarij sunt hæretici scilicet.

CCCXVIII.

Christicidas Sacramentarios non modo tẽpore Berengariano per Concilia DEi Ecclesia Romana condemnauit, sed ante illud tempus, & post usque ad hunc diẽ Christianissime & cõstantissĩe perseuerat: Eidem subscribunt Vuicleuistæ, Hussitæ, Vualdenses, Lutherani, Anabaptistæ, Trinitarij & alij hæretici, in hoc autem Catholice sentientes, & Catholicis consentiẽtes. Quamobrem Theologi præterea Mansfeldenses hæretici non improbe suum dè perfidiossimis Sacramentarijs iudicium pertulerunt: suspectam merito habemus Sacramẽtariorum doctrinam. Primo propter nouitatem: extitit enim recens nostro tempore, & ignota fuit uetustæ Ecclesiæ. Secundo, quia Sacrmentarij non definite in eadem sententia sunt concordes, sed in seipsos diuisi sunt, ut alij sint Carlstadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, ZuuencKfeldiani, Campanistæ, Caluinini & similes. Stancarus uero Caluinus, Petrus martyr, Bullingerus cum reliquis Tigurinis, & Geneuensibus, Arriani, Eutychiani, Apollinaristæ, Acephali, Theodosiani, Gaianitæ, Macariani, ac omnium denique deploratissimi hæretici habentur. Atq; Vuesphalus: Nulla falsa doctrina tam late dispergitur, nulla tanto conatu & hypocrisi defenditur, nulla tam multos homines abripit in errorem, quam falsa doctrina de Eucharistia Sacramentariorum. Deinde Schutz recte scribit: Sacramentarii duplices sunt latrones; non enim sufficit illis, quod falsis Dogmatibus animas hominum occiderunt, uerum quantum possunt pacem turbant, & ad hoc omnes conatus adhibent, ut etiam corpora occidant. Et alio loco: Sacramentariorum doctrina sentina quædam est, in quam multæ hæreses confluunt, ultima Satanæ ira, quam is furiis exagitatus, contra Christum eiusque Ecclesiam exercet. Et alibi: Qui Sacramentariorum partes sequitur, is manifestus, & iuratus est DEI aduersarius, & fidei suæ, quam CHRISTO in Baptismo promisit, nuntium misit. Deinde, ut plerosque omittam, Sturmius de Lutheranis, & Sacramentariis ita scribit: Lutherani libris publice editis ecclesias Anglicanas, Gallicas, Belgicas, Scoticas, Helueticas tamquam hæreticas condemnant: eorum martyres, martyres Diaboli uocant, minusque Turcis & Scithis ferendos esse statuũt: Deniq; Schlusselburgius grandis Lutheranismi propugnator, ex ducentis uiginti tribus Sacramentariorum scriptis publicis demonstrat, eosdem de nullo fere doctrinę Christianæ articulo recte sentire.

Coccius. Mansfeldẽses. Stancarus. Ioachinus. Ioannes. Ioannes. Conradus.

In The. Ca. — In Cõ. Mãsfe. la. p. 120. — De Trin. & Media. — L. con. Cal. — In Set. anti. comp 33. — In 50. f ca. in pra. R. E. — Lit. Q. 3. — De rat. in conc. p. 24. — L. de Theol. Caluinist.

Zuingliani profecto sũt hæretici.

CCCXIX.

Probe Zuinglianos a CHRISTO hactenus uniuersa omnium Christianorum Ecclesia, quæ est columna & basis Veritatis, reprobat & damnat, in quo sola non est & si sola sibi sufficeret. Namque Hussitæ, Anabaptistæ, Trinitarij, & alii hæretici, ac potissimum Lutherani pari lance Zuinglianis, perditisque Sacramentarijs contraueniunt. Lutherus dicit: Hæreticos serio censemus, & alienos ab Ecclesia DEI Zuinglianos, & Sacramentarios omnes. Atque aliubi: Mihi satis est omnium infelicissime una ista beatitudo: Beatus uir qui non abijt in concilio Sacramentariorũ, nec stetit in uia Zuin-

Martinus.

Con. ar. Louan. epi. ad Iac. presby.

glia-

Ioannes. glianorum,nec cathedra Tigurinorum. Habes quid sentiam. Dehinc Brētius inter multa habet ista equidem recte scripta: Zuinglianorum dogmata sunt diabolica,& impietatis plena, redūdant illorum omnia deprauationibus,strophis,& calumnijs: illorum de Cœna Domini error alio magis sacrilegos secum tradit.Deinde Amsdorffius:Nos Zuinglianam, & Osiandrinem hæresim,& errores tranquilla conscientia amplecti nō possumus.Denique sturmius Zuinglianos more plane Catholico hæreticos,ac impios nominat,cui & ceteri hæretici,qui eisdem aduersantur,ultro adstipulantur. *In Rec. doc. con. Bullin.* *Nicolaus.* *Pub. confu. per doct.* *Ioannes.* *Ep. ad Anequit. Ang.*

Caluiniani nimirū sunt haretici.

CCCXX.

Lutherani. Profecto Lutheranorum sententia Caluiniani in eis potissime articulis, qui ad CHRISTI fidem pertinent, sunt hæretici ab eisdem anathemate damnati,exilo relegati, & inferis donati obseruandum est Caluinum ipsū Caluinianorum satrāpem Bernæ hæreses accusatum ut ait & refert Molinæus,& alij librosque Genuenses ibidem damnatos: Cum enim Andreas Zebedæus,& Ioānes Angelus,ministri Zuingliani,ille Nyonis, hic Bursini oppidorum Berna tertium,publice in suis cōcionibus,& priuatis colloquijs hæresi notarent Ioannem Caluinum ipse cum suis quibusdam discipulis Bernam profectus anno 1554.mense Nouembri,in eos actionē calumniarum intendit,illi contra,collectos ex eius libris latinis, & Gallicis articulos quindecim de Prędestinatione,& Reprobatione, Hæreticos esse pœna incendij docendum suscipiunt,& præterea conquerunt, quorundam Francorum exulum clandestinis persuasionibus suos Bernenses Geneuam attrahi, ut illic cœnam de Caluini manibus sumerent.Itaque Senatus cōsulto Bernensi 3.Non. April.de Genuenses libros, quibus huiusmodi articuli continerentur(qualis est institutio Caluini deinceps uenderentur, utque solius catechismi Bernensis retineretur, repudiato Genuensi. Hoc autem idem uberius,ac sanius probant,ac perficiūt Catholici qui ab omni suspicionis hæresi semper abhorruerunt. Eam ob rem Scripturis,Concilijs, Canonibus, Patrum pronuntiatis, Doctorum sententijs,Theologorum assertionibus, & Ecclesiæ efficacissimis rationibus roboratur R. P. Franciscus Feuardentius peritia,pietate,& grauitate illustris libris sexdecim mille quadringentorum errorū Caluinianos redarguit.Hunc imitatur Cōradus hæreticus,quippe Caluinianis ducentos contra Fidei articulos errores ascribit. Atque, vt Lutheranos omittam, quippe Caluinitas omnes inter pessimos hæreticos, & infideles Ethnicos conijciunt, & non minus quam Cæsares olim persecuti sunt Sanctos, illos persequūtur,exilio subiacent,cauea cruce, multa & nuce si apud eos comperiantur, afficiunt perinde, ac si hos, & illos in Catholicis regionibus comperirentur,punirentur. Adeo vt StācKarus paucis id Catholica sententia absoluerit: Tigurini, & Genuenses sunt publici, & manifesti hæretici.Et aliubi: Omnino mihi nunc ita negotium est cū Tigurinis,Arianis,& Eutichianis, sicut olim erat Augustino cū Manichæis hæreticis.Notat insuper principis Caluinianorum tot blasphemias tot errores,tot cōtradictiones, tot consequentias falsas, & demum Arianā Eutychianam hæreses. Aliubi. Quis Diabolus o Caluine te seduxit contra Filium DEI cum Ario obloqui,ut ostenderes eum priuatum fuisse gloria sua: nunc autem petere eam sibi dari,quasi non semper eā habuerit? Antichristus ille septentrionis,quem tu adoras, impudenter Melanthon Grāmaticus hoc fecit.Caue Christiane lector, & maxime uos ministri omnes a libris Caluini cauete, & prçsertim in articulo de Trinitate Incarnatione, Mediatore,de Sacramento Baptismatis, Prædestinatione: continent enim doctrinam impiam,& blasphemias Arianas, ut Caluinum spiritus Serueti combusti,secundum Platonicos remigrasse uideatur.Hęc ille,cui serio as-

Margin notes: Supp. libel. ex Eff. — Carolus. Libe Gal.et Cal.in fine chal.edit.f. 62.63.64. — Copus. Lib.6.Dia. 1555. — Feuardent. In Theom. — Schlusselbu. L. de Theo. Calu. — Franciscus. Ep ad Reg. Pol. — L. de Trin. — L.2.et. Ca.

sen-

Andreas. sentitur. Iacobus Andreas, qui non multos annos antequam in manus fratris sui Satanæ commendaret spiritum non male edidit, Admonitionem de crimine stellionatus Caluinianorum. Item: Orationem de Incarnatione Filij DEI contra impios & blasphemos, & errores Zuinglianorum, & Caluinistarum. Hunc secutus Ioannes Mosellanius publicauit librum hoc titulo inscriptum: Præseruatiua contra venenum Cinglianorum, & Caluinianorum. Huic ultra plerosque alios quadrat libellus hac inscriptione in lucē preditus auctore Philippo Nicolao Vuosphaliæ ministro: Fundamentorum Caluinianæ sectæ cum ueteribus Arianis, & Nestorianis communium detersio. Tilmannus præterea scripsit: Collectanea plurimorum, & grauissimorū errorum Caluini, contra DEVM, eius Prouidentiam Potentiam, ac Prædestinationem. Itidem: Refutationem Pelagiani, seu Anabaptistici Caluiniani erroris de Baptismo, & peccato Originali. Nicolaus insuper Amsdorffius, & Simon Mosæus ex sententia quinquaginta gregariorū Caluinistas anathemate damnarunt, quod sacrosan. Testamētum Filii Dei peruertant, illudantque verborum præstigiis. Eam ob causam Hesshusius sane sic confitendo dicit: DEO, & Ecclesiæ testatum facio me nō collusisse cum blasphema sacrilega Caluinistarum secta, sed in acie stetisse contra eam, & testamento Filij DEI strenuam nauasse operam. Simili modo parest dicere de Trinitarijs, Anabaptistis, & similibus Dœmoniorum gregalibus. His vero accedat archilutheranus qui apud Lutheranos primas tenet, sicut Lutherus apud inferos, vbi superstitem suum expectat, Aegidius est hic Hunnius qui de Caluinianorum sectario Caluino iudicium ita profert: Detectum satis superque iudico Angelum illum tenebrarum Ioannem Caluinum, qui abyssi puteo emergens partim detestabili hac & insana libidine torquendi Scripturas, & propugnacula Christianæ religionis aduersus infideles Iudæos & Arianos diruendi; partim impio in Sacrosanctā Maiestatem exaltati IESV Nazareni calamo, partim etiam peruerso dogmate de re tota Sacramentaria; denique horribilibus suis de absoluta prædestinatione portentis & paradoxis, non minimam Solis partem, ut Apocalypsis loquitur, his nouissimis temporibus obscurauit, trahens magnum stellarum numerum, & eum secum in abyssum præcipitem agens. Ceterū ipsimet Caluinitæ seipsos iusto DEI iudicio, mutuis scriptis damnant. Pseudomartyr scribit contra Vintoniensem: Teneor multos iam annos asserendæ veritatis mirifico studio, vel quod causa ipsa per se inter religionis nostræ capita maximi sit momenti, vel quod in eo hallucinari ad omnem superstitionem ac ad idolatriam sit fenestram latissimam facere. Deinde Ochinus spurcissimus Apostata contra Geneuenses, & Tigurinos. Non ita nunc fit, sicut Paulus de iudicanda Prophetica doctrina monet. Nam quod minister uester ò Tigurini, iudicat docetque id censetis alijs omnibus credendum esse, tamquam caput fidei. Quod si quis citra ullam cōditionem fidem non adhibet, is hæreticus est: denique quod noctu somniarunt, id chartis mandant, excudique curant, suaque scripta, & verba pro oraculis haberi volunt, nec est, quod putes eos umquam recantaturos, aut se Ecclesiæ subiecturos. Volunt ut Ecclesia ipsorum, non ipsi Ecclesiæ arbitrio cedant. Postea Bezæ extat ad Sebastiani Castalionis calumnias, quibus vnicum salutis nostræ fundamentum, id est, æternam DEI prædestinationem euertere nititur, responsio. Eiusdem responsio ad defensiones, & responsiones Sebastiani Castalionis, quibus suam noui Testamenti interpretationem defendere aduersus Bezam, & eius versionem uicissim reprehendere conatus est. Inde Sebastianus Castalio scripsit defensionē suę translationis contra Theodorum Bezam, & reprehensionem translationis ipsius. Ab his porro minime declinat Caluinus de Caluinitis, dicēdo: Vos Christum non spectatis nisi oculis carnis, unde contingit uos nihil magnificum in eo deprehendere: Sensu vestro vitioso deprauatis, quicquid in

Left margin: Andreas. Mosellan. Nicolaus. Heshessius. Amsdorfius. Hesshussius. Hunnius. Petrus. Bernardin. Theodorus. Sebastianus. Caluinus.

Right margin: Apud Feu. l. 1. de S. Tr. — In Thes. Ca. ex Feuard. — Apud Feu. l. 1. de S. T. — In defen. cont. Calu. — In Cal. Iu. fol. 181. — Con. Vinto. — Dial. cont. Sect. terren. Deo. — Ext. in ope. Theo. Bezæ contu. imp. — In Bezam. — Ino. D. Io. inc. 71. Io. & in ca. 1. Act. Apo.

Digitized by Google

eo, uel doctrinæ eius est, adeo comptæ sunt interpretationes uestræ. Obscuratis eius lumen uestris inuentionibus peruersis, quas proprio sensu fabricastis? imo, sicut bruta animalia rapti, & translati estis toto sensu uestro ad id quod carni commodum uidetur. Hæc ille Caluinus, cui Caluinianum addo pro coronide Lambertum de sua infideli, hæretica, ac notis, ac næuis Antichristi plurimis labefactata secta scribentem: Qualis est nobis fides, si spectemus, est imperfecta, manca, polluta, infidelitate conspurcata, & commixta, ut ne uirtutis quidem nomine uere digna sit.

Danæus. — *Cõ. in Enc. Aug. c. 31. fo 106. cit. a Fen. li. 15 Them. ar. 1. con. Cal. cõfu.*

Lutherani sunt scilicet hæretici.

CCCXXI.

Tametsi luce clarius sit Lutheranos ab Anabaptistis, a Trinitarijs, a Caluinitis, & ab omnibus Sacramentariis damnari, imo quod magis interest a Catholicis omnibus, qui verbum DEI colunt, & Veritatem Fidei Catholicæ propugnant, & tamquam hæreticos pestilentissimos expelli, tamen de more aliquot hæreticorum testimonia, quibus me non mentiri pateat, in medium non temere adferam: Oecolampadius: Nos in Lutheri fide, & confessione duodecim articulos comprehendimus, quorum aliqui uaniores, quam par sit, aliqui minus fideliter, nimisque insidiose expositi; aliqui rursus falsi, & reprobi sunt; aliqui uero cum DEI uerbo, & Christianæ fidei articulis palam pugnant, & ab illis dissentiunt. Zuuenckfeldius: Martinus Lutherus multa male scripsit, quemadmodum meridiana luce clarius inde elucescit, quod ipsius, & sectatorum illius doctrina, & Theologia, nequaquam more Apostolorum sit pura, & perfecta, nec per se ad iustificationem, & salutem sufficiat, quod iam dudum ex ipsius scriptis potuit deprehendi: Multa quoque eiusdem scriptis inseruntur, quæ CHRISTI gloriæ tenebras offundunt, quæ sacris Litteris aduersantur, & Veritati minus consentiunt. Bucerus: In uertendis certe (Lutheri) & explanandis Scripturis manifesti sunt, neque pauci eius lapsus. Heidelbergenses: Lutheri, & Brentii catechismi extra Ecclesiam eijciantur, & eorum scripta nullam habeant auctoritatem. Madeburgentium testimonio Lutherani sunt pseudomartyres. Campanus: Quam certum est DEVM esse DEVM, tam certus, & diabolicus mendax est Lutherus. Menno Simonis Anabaptista: Principio quidem cum (Lutherani) scribere ordirentur, de fide bene docuerunt, &c. Verum hanc ipsam doctrinam doctores ante aliquot annos iterum deglutiuerunt, & (ut mihi uidetur) in libris suis expunxerunt. Gregorius Paulus Bezezinensis: Nunc a nouo Sabellio (Luthero) & illi similibus totam Veritatem patefactam euersam curat. Thomas Naogeorgus ita poetatur: Vitemus noua dogmata improborũ, Qui se discipulos ferunt Lutheri, CHRISTI corporis, ac Vbiquitatem, Aduersus sacra prædicare scripta, aduersusq; fidem nihil uerentur. Gallus præterea etsi Lutheranus ueritate cogitur fateri. Sunt inter nos non de leuibus rebus dissentiones; sed de Lege, & Euangelio, de Iustificatione & bonis operibus, de Sacramentis, & usu Cœremoniarum: quæ quidem coire, simulque stare haud possunt, ut sunt: Lex in templis docenda est; & non est iustitia nostra, aut ipsa est DEI essentia, aut ipsius DEI opus, aut imputatio obedientiæ eius extra nos. Sanguis CHRISTI neminem iustificat; & aduersus hanc Pauli sententiam: Per ipsius Sanguinem iustificati sumus. Nemo sine operibus salutem indeptus est: huic contraria: bona opera non sunt necessaria ad salutem. Denique Christus Cœna adest, & promiscue a bonis malisque sumitur, & CHRISTVS spiritualiter a bonis tãtum percipitur. Hæc ille, quibus satis perspicue, ac uere Lutheranos esse hæreticos ostendit; cum enim una contradictoria, tum ut Aristotelis uera sententia est, sit vera, altera vero falsa, patet Lutheranos hæretice peccare, quando articulo fidei quam quidam eorũ ponunt, aduersantur, deinde quando alij Lutherani ijsdem ex diametro de alio fidei arti-

Oecolãpad. — *Resp. ad Cat. confu.*
Gaspar. — *Praf. su. præcip. fid. art.*
Martinus. — *Dial. cont. Melang.*
Sacramentarij. — *In ord. Ecc.*
Copus. — *l. 6. Dia. colloq. Lat.*
Ioannes. — *hi1. to. 2. de adu. f. 354.*
Anabaptis. — *L. 1. de cru. Chr.*
Trinitarijs. — *Apud Huss. de ind. & con. ad Tri.*
Naogeorgus. — *In Satyr. fo. 169.*
Nicolaus. — *In thes. & hyp. fol. ult.*
Aristoteles. — *In Dial.*

culo

culo repugnant,& non ſolum ſibi uiciſſim aduerſando, ſed & in eodē arti culo peccando, ut de iuſtitia noſtra, & in alijs fidei aſſertionibus in quibus & hi,& illi,& omnes hæretici docent,& prædicāt. Eam ob cauſam rectius impiger aliubi ſcribit ad hunc modum: Perit iuſtus DEI iudicio non armis hoſtium, non inuictis hæreticorum armis uera a nobis Religio,& Eccleſia,ſed noſtrorum inter nos perfidia,infidelitate, & iniuria. Melanthon Lutheri Achates uociferatur: Cupere ſe ſibi præciſos fuiſſe omnes digitos,antequā de Lutherana Theologia ſcribere eſt agreſſus. Lutherus ipſe denique caput hæreticorum Lutheranorum ſerio ſcribit: Cor meum ita affectum eſt,ut ſperem me in DEI nomine hoc opus aggreſſum eſſe: nō tamen eius ſum audaciæ, quo de eo iudiciū ferem, prædicemque publice, pro certo aliter non eſſe. Nollem libenter diuinum iudicium ſuper hac re ſuſtinere. Atque iterū: Sæpius dixi: Si ex DEO eſt quod cœpi, nemo prohibebit: ſi non eſt ex DEO alius retineat ego non amplecter. Ego hic nullam poſſum ferre iacturam,qui nihil expendi. Ac iterato loco alio: Ferre poſſum, vt diſputationes, aut prohibitiones meæ, quas ab initio aduerſus Papatum & ſophiſtas tractaui,reijciantur. Ac rurſum ſcribit hoc pacto. Ego non poſſum credere ſicut doceo; attamen homines alii fidem me habere firmiſſimam iudicant.

Lutheranus *Lutheri.*

In praef. Ap. de mai. bo. Epi. ad Io. Barth. *Reſp. ad In. l. 5. f. 7. Ge. fol. 146. Aduer. bel. prophet. In Propo. de vir. & uolu. ho. ſine gra. Pet. Rebenc co. coll. f. 34*

CCCXXII.

Anabaptiſta utique ſūt haretici

Quæ Romę Diuinitus CHRISTI DEI præſidet Eccleſia, quæ eſt mater fidei, Veritatis magiſtra, Chriſtianitatis nutrix, Chriſtianiſſimi uniuerſi fundamentum, Catholiciſmi totius fulcimentum, Conciliorum inuentrix & imperatrix, Sripturę Diuinæ germana eximia & irreprehenſibilis explicatrix, Ethniciſmi exterminatrix, perfidiæ execratrix, hæreticorum debellatrix, hæreſum expultrix,& inſuperabilis,ac inuictiſſima cunctarum portarum Inferni expugnatrix,credit,tenet docet,diſputat, dicit,prædicat,aſſerit præſcribit,perdit,reijcit,aſſerit,defendit,habet,conſtituit, maledicit, atque condemnat hæreticos non modo Zuinglianos, Caluinianos, Sacramentarios omnes,& omnes Lutheranos,ſed & Anabaptiſtas. De quibus non improbe deſcribunt Lutherani,atque Caluiniani, quorum uno ex factione Lutheranorum altera & altero ex Sacramentariorū factione in medium adducto abundare debet tertio ex Caluiniana ſecta,quamquam ſi numerum excedam ignoſcere facile lector poteſt. Conradus Schluſſelburgius; Anabaptiſtica hæreſis noſtræ ętatis multiplex,& monſtroſa chimera eſt,ex multis hæreſibus nata,&c. impius,& blaſphemus Anabaptiſtarum error, & cet. Bullingerus: Quum eumdem Spiritum ueritatis non habent,mirum non eſt eos de errore in errorem detrudi. Tam uarias enim ſectas ipſi inter ſe habent,ut altera alteram damnet,& Satanę tradat. Porro ſi diuiſis copiis, ſinguli ſuam ſententiam tueantur,uterque hoſtili animo Eccleſiam perſequitur,qui hæreticorum germanus eſt genus. Ioannes Caluinus: ſi aduerſus omnes errores, & falſas opiniones Anabaptiſtarum ſcribere uellem,ingrederer, unde mihi exitus non pateret. Nā illam colluuies ab alijs hæreticorum ſectis in eo differt, quod non tantum certis in rebus errauit,uerum ſit immenſum quoddam ſtupēdorum deliriorum mare: adeo ut uix unius Anabaptiſtæ caput reperiri poſſit, quod nō ſit imbutum aliqua opinione diuerſa a reliquis. Itaque nullus eſſet operi finis,ſi impios omnes huius ſectæ doctrinas excutere,aut etiam recitare vellem.

Lutheranus *Ioannes Hoffmeiſt.* *Caluinus.*

Cat. her. & l. 12. Ep. de duato. *Dial. lib. 2.* *Inſtru. adu. Anabapt.*

CCCXXIII.

Trinitarij ſunt ſcilicet hęretici.

Pietas Chriſtianæ fidei impiis exoſa eſt Trinitariis,quippe nimia impietatis libidine in ſacroſanctam Trinitatem horrende blaſphemant. Quorum

Digitized by Google

blaſphemias Eccleſia CHRISTI Catholica ſcilicet, quæ DEVM in Spiritu, & Veritate adorat, antehac, nunc, & ſemper execrata, & deteſtata eſt, erudiente eam ſpiritu Veritatis, urgente pietatis religione, & iubente Chriſtianitatis cultu. At uero ui Veritatis coactus, & ambitionis faſtu ſeductus Caluinus librum ſcripſit aduerſus Michaelem Seruetū Hiſpanum exemplar Trinitariorum qui, ut Schuſſelburgius Lutheranus habet, Samoſateni, Arij, & multorum aliorum hæreticorum furores cœpit reſuſcitare, & ſpargere circa annum Domini 1530. Vnde Seruetiani a Serueto nominantur etiam Antitrinitarij, qui ad Doctrinam de ſacroſancta Trinitate conuellere, & næuis dedecorare conantur. Antitrinitarii dicuntur, rurſum ſcribit, hoſtes impij, & blaſphemi ſacroſanctæ, & adorandæ Trinitatis. Noui Ariani etiam appellantur à uetuſtiſſimo hæreſiarcha Ario. Alii eos Anomeos, ſeu Tritheitas appellant, quoniam diſſimilitudinem, & inæqualitatem, & gradus quoſdam Perſonarum Diuinitatis confingunt, & ſuis hypotheſibus, quamuis id negare uideantur, tres Deos faciunt. Hactenus ille ad quem alijs ſilentio inuolutis accedat Simlerus: Tritheitæ, & Samoſathenіani in Polonia, non tantum in doctrina de DEO, quod fundamētum eſt Religionis, ab omnibus diſſentiunt, ſed prorſus nouum, & portentoſum doctrinæ genus excogitarunt. Hæc ille, cui ſuccedat Caluinus ex altera reproborum factione, quæ hæreſim refert, ſectarius: Quæcunque inter alia errorum portenta, quibus Satan renaſcentis Euangelij lucem hac ætate obruere conatus eſt, apprime deteſtabilis eſt impietatum congeries, quam Michael Seruetus libris editis euomuit: antehac tamen hominem non putaui ex profeſſo refutandum, quia tantum ſuberat eius delitijs abſurditas, ut nullo contra pugnantes ultro in fuſtum abitura ſperarem. Hucuſque ille, cui penitus hæretici tum ueteres, tum recentiores ceteri conſentiunt, Eccleſiam DEI Romanam ſcilicet inuitis animis ſecuti. Quapropter Caluinitæ non impie aiunt: Deteſtamur omnes hæreſes, quibus antiquitus turbatæ fuerunt Eccleſiæ, & præſertim diabolicas imaginationes Serueti.

Conradus. — Cat. hæ. lib. 11. de Ser. — Idem. — Cat. hær. l. 1. — Ionas. — In præfa. de gl. Dei Fil. — Ioannes. — De erro. Serueti. — Hugonoftick — In conf. fid. Calu. ar. 14.

CCCXIV.

Vitia ſua quippe quæ amant impenſius, & fœdius hæretici infamiſſimi, & ignominioſiſſimi Hugonotæ, ea aliis tribuunt, in ſe probant, in aliis reprobant, cumque ipſi ſint uitiatum, ac impiarum hæreſum deteſtabiles Nouatores, hæretici, infideles, Turcæ, Tartari, Iudæi, Pagani, hiſque omnibus ac ipſis diabolis deteriores, tales garriunt eſſe Catholicos nō ſolum qui hodie uiuunt, ſed & quotquot umquam fuerunt Catholici, quorum Fidē Chriſtianiſſimam, cultum intemeratum, ſinceros mores, pijſſimas conſuetudines, ſanctiſſimas Traditiones, & alia cetera, quæ pietatem ſpectāt Chriſtianam, & in gloriam cedunt Diuinam religioſiſſime retinemus. Ceterū, ut ſupra patefactum eſt, magiſtro ſuo Vuicleuo in hanc blaſphemiam aduerſarius Huſſus ſane Sanctos Cœlo beari credit, a quo Lutherus non abſcedit. Caluinus, Melanthon, Centuriatores, & alii alioqui mordaciſſimi, contumelioſiſſimi in Cœlites omnes indiſcriminatim Sanctos uocant miraculis conſpicuos, Chriſtiana doctrina eruditos, fideliſſimos Scripturæ interpretes, probantque Concilia antiqua quibus plurimi ex Sanctis Patribus interfuere. Sed præſtat ex multis quoſdam hæreticos audiri: Caluinus .n. fatetur, puram religionem, ſinceramq; doctrinam in omnibus Eccleſiis floruiſſe uſque ad annos quingentos: & uſque ad tempora Diui Auguſtini nihil in eadem Apoſtolica doctrina immutatum fuiſſe, ſed ab ipſis uſque Apoſtolis conſtanter, & unanimi conſenſu retentum. Et rurſum eam doctrinam recipi, ac erigere cupimus, quam ſuo ſanguine obſignarunt Apoſtoli, & Martyres. Rurſumque ait: ſtāte tibi ob oculos ueterem illam

Sancti Patres non fuerunt hæretici, ſed Chriſtiani in libro uita ſcripti. — Feuardent. — De Cal. Paral. 8. c. 16. — Coccius. — L. 8. de Sig. Ec. ar. 3. & cet. — Caluinus. — l. 1. inſt. ca. 11. — In c. 43. M. — Ep. ad Sad.

Digitized by Google

Ecclesiæ faciē, qualem Chrysostomi, aut Basilij ętate apud Græcos Cypriani, Ambrosij, Augustini seculo apud Latinos extitisse, ipsorum monumenta fidem faciunt. Hæc ille, qui præter alios multos, fatetur sanctos Patres in his, quæ ad Fidem attinent nullatenus peccasse. Cui denique Beza adstipulatur dicens: A teterrimis hæresibus Sabellij Samosateni, Arij, Nestorij, Eutychetis, aliorumque hæreticorum, quas uetus Ecclesia damnauit, toto pectore, & animo abhorreo. Deinde Caluinitæ se arrogant damnare omnes hæreses & sectas antiquas a Concilijs, & a sanctis Patribus cōdemnatas. Igitur Patres sanctos, veros Christianos, seu Catholicos, hæresum debellatores, sectarum hæreticarum destructores, verbi DEI propugnatores, fidei Christianæ præstantissimos prædicatores, & certissimos assertores in Albo diuorū scriptos, & in libro uitæ inter beatos ac beatissimos in Cœlo cooptatos duxerunt.

Beza. *Confes. fid. pun. 1.*
Hugwestici. *Conf. f. Ca. ar. 4. & 16.*
Vrbanus Regius. *L. de for. & loq. 1. de Sā.*
Lutherus. *In respo. de ind. con. 15.*

CCCXXV.

Sancti Patres nō sunt uituperādi, sed laudādi.

Maledici semper hæretici, quorum maledicendi nullus est finis, nulla contumelijs inijciendis in sanctos Patres meta, nullus conuitiandi modus. Inuehuntur enim furiosissime in omnes sanctos Patres, Ecclesiæ CHRISTI admirabiles Doctores omnibus seculis ab orbe Christiano spectatissimos, a quibus hæretici se iugulatos, prostratos, condemnatos, sugillatos nō ignorant. Propterea in mundo contemptui habentur, eos carpunt, uitā uellicant, mores traducunt, doctrinam respuunt, & quidquid eorum prauis persuasionibus aduersatur, damnant. Quorum scripta contumelijs, conuitijs, & similibus Ethnicorum studiis referuntur, quemadmodum uidere est apud Lutherum, Melanthonē, Hulricum, Carolstadium, Pomeranum, Caluinum, Bezam, & quem non? cum eorum omnium istud præcipuum sit, & a Satana suasum, ac iussum institutum? Nam cum ille sit pater mendacii, filii eius hæretici, Veritatis filii esse nō possunt; ideo mendaciis se onerant cum Sanctos DEI, in quibus DEVS laudatur, conuitiis proscindunt, & contumeliis afficiunt, & cum hæresiarchas pessimos, impuris, encomiis, & miris laudibus efferunt. Contra Catholici qui sunt Filii DEI, qui est Veritatis magister, nam Ecclesia Catholica semper fuit, ac est Spiritus Sancti, qui doctor Veritatis a Christo asseritur, Discipula, & Patres dignis laudibus, iustis encomijs, & meritis titulis ornat, & hæresiarchas, atque hæreticos digne meritoque notat, subsannat, uituperat, execratur, ac detestatur. Quos imitantur Græci, qui ueterum Græcorum, & Latinorum scripta magni faciunt, & inconstantiæ mostrum Lutherus, quippe qui Diuos HILARIVM, AVGVSTINVM, AMBROSIVM, HIERONYMVM, item CYRILLVM, GREGORIVM, BERNARDVM, & alios quandoque laudat, eorum scripta in medium producit, ac probat. Idemque scribit: Hilarius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, & multi plures, qui etiam sanctitate polluerunt, Euagelium ac fidem in CHRISTVM absque ulla hypocrisi pure, ac simpliciter tradiderunt, hæreticis restituerunt, & Ecclesiam ab innumeris erroribus expurgarunt. Hæc ille, qui de D. Augustino asseuerat: D. Augustinus pro omnibus Doctoribus mihi placuit, & placet, insignis est Doctor, omni laude dignus solide, & sincerissime rem tractat. Hæc ille. Atque ante illum Hussus sic D. HIERONYMVM laudat: Ad idem gloriosus Doctor beatus Hieronymus in Epistola ad Paulinum dicit, &c. Itidem D. AVGVSTINVM: Quod si quæratur Sanctorum Doctorum testimonium, ecce magni S. Augustini sententia est, epistola 37. ad Macedoniū &c. Pariter Chrysostomus. Ad idem magnus Patriarcha Chrysostomus, bis ab Episcopis condemnatus sic loquitur &c. Caluinus præterea D. AVGVSTINVM fidelissimum totius uetustatis interpretem uocat, & D. BERNARDVM pium scriptorem asserit. Bullingerus: Scio quod Doctor Ecclesiæ

Græci. *Apud Cal. 8.*
Lutherus. *In asser. & ad S. edi. 1. lib. de Dec. prep. & ad Gal. 5. ed. 1*
L. 2. colloq.
Hussus. *L. de Dec.*
Caluinus. *Inst. & ass.*
Bullinger. *Decu. 4. ser.*

Digitized by Google

Ioannes. insignis Augustinus, quid eloquentissimus Chrysostomus aliique uiri uetusti, ac clari de hac rescriptum reliquerunt. Oecolampadius: Non est spernenda Tertulliani auctoritas, nam licet alibi fides eius à Catholicis non probetur per omnia, in his tamen a nullo umquam reprobatus fuit. Et Cyprianus eum tanti fecit, ut nullum diem absque lectione eius transmitteret quando & magistrum illum appellare solitus est. Itaque quid ibi asserere uoluerit Hieronymus, doctius est, quam ut de eo quique discere possunt. Similiter & Cyrilli auctoritatem non temere refutarim, &c. Nam purius (opinor) sensit Cyrillus. Nam & sermonem si quis intuetur diligentius, cōtra Iudæos, & incredulos inducit, & feliciter. Dicit fere idē Cyrillus, quæ & Hilarius, cuius uerba nunc recitauimus, neque opus est, ut diu in illis moremur, nam si illi crassum quid docere uoluissent, nō sunt tanti, ut in hoc uerbo DEI sua auctoritate præiudicare possint, & quib. addicti esse cogamur, sed testatum erit eos pie sensisse modo in aures audientiū loquantur. Ambrosium nostrum testē multis in locis habemus nec repugnat Cyprianus. Hæc ille, qui & rursum: Neque umquam Doctorum prefertim ueterum auctoritatem submotam uelim, quatenus à Scripturis sanctis non recedūt sicubi recedant, defensandos non receperint. Etenim neque in recentiorū, neque in priscorum uerba, sed ueritates iuratos nos oportet. Vlricus præterea *Velenus.* Velenus Minhoniensis ait: Quis contra hæc firmissima testimonia, uel hiscere deinceps poterit? quis reclamare? quis non modo Hieronymum, Chrysostomum, Nicolaum Lyranum, sed & CHRISTVM men- *Melanthon.* daciis arguere poterit? Melanthon insuper fauet quandoque, & defert auctoritati Sanctorum Patrum, itidem Regius, & alii, sed Philippus publica de D. AVGVSTINO oratione dicit: Merito Augustinum amare debemus, qui Cœlestem illum thesaurum præcipue conseruauit. Ornatus est Augustinus miraculis quibusdam, expulit dœmones, & quosdam ægrotos *Centuriani.* sanauit. Ad hęc Magdelburgenses: de eodem sic tradunt: Recte affirmari potest eum ueri Episcopi officio perfunctum esse. Nam veram doctrinā non modo in sua Ecclesia, sed ubicunque rogabatur, prædicauit, ac ea docuit, quæ ex Apostolorum scriptis didicit: errores confutauit, & contradicentes conuicit. Vitia, & mala opera grauiter reprehendit: & quæ ad pietatem pertinent diligenter inculcauit. Notorie peccantes, aut hæresim defendentes claue ligante constrinxit: & pœnitentiam agentes ad Ecclesiam reduxit, eosque gratia DEI consolatus est. Plurimos Manichæos, Donatistas, Pelagianos, & Paganos conuertit. Possidonius ei adscribit donum miraculorum. Nam oratione, obsessos eum curasse, & ægrotum manus impositione restituisse sanitati refert. Hunc tantum & strenuum athletam DEI ad conseruandum fideliter sacrum depositum religionis IESV CHRISTI: Toto tempore ministerij sui Ecclesiastici multas, & apertas dimicationes, ac certamine sustinuisse contra Veritatis hostes, ut fuerunt Manichæi, Donatistæ, Ariani, Priscillianistæ, Marcionistæ, Apollinaristæ, Photiniani, Nouariani, Pelegiani, Iudæi, & Pagani, quos gloriose deuicit, multosque ex iis ingremium Ecclesiæ & ad ouile Iesu Christi recolligit. Iidem protestātes adhuc scribunt, eum a conuersatione sua uitam admodum piam egisse & beneficam fuisse erga pauperes. Consortia fugisse mulierum, & quidem etiam propinquarum, ad suspitiones fugiendas. Frugalem habuisse mensam, cum sacrarum Scripturarum lectione, usumque uasis ligneis, figulinis, uel marmoreis. Hospitalem fuisse, odisse auaritiam, uanam gloriam, atque in primis aliorum obtrectationes. Vestitu permodesto, minimeque sumptuoso usum fuisse. Tandem (inquiunt) plenus omnis pietate, uirtute & bonis operibus anno ætatis septuagesimo sexto, febri correptus, recitando cum piis lachrymis septem Psalmos pœnitentiales, & in manibus Dei Spiritum suum commendandos pacificè illum Domino reddit. Inde de Principe Thologorum Scholasticorum Petro Lombardo dicit Sectarius

L. 2. c. 24. de V. C. apud Ros.

L. 5. ca. 16. 17. 18. 19.

Libe. de Pe. non fuit. Rome. per sua 17. Dec. de S. Aug.

Cent. 5. ca. 118. 1119.

Lu-

Digitized by Google

Martinus. Lutheranorum: Magister sententiarum fuit uir egregius. Cum uideret infinitos libros scribi, ipse methodum omnium scribentium tradidit, & hac sane methodo multa effecit. Fuit enim uir egregius, & doctus. Perlegit enim omnes auctores, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, Hilarium, &c. Præterea omnia Concilia, & decreta. Demum Centuriatores de *To. 1. collo. mens. f. 136* *Magdeburg.* D. BONAVENTVRA scribunt: Magnum in eo fuit ingenium, disciplinarum capax: quam ob causam tantum adeptus est auctoritatem, ut in toto orbe terrarum habitus sit clarissimus. Clemens Quartus doctrina eius mirifice delectatus est. Tantopere ipsius ingenium Alexandro de Ales placuit, vt solitus fuerit dicere: In fratre Bonauentura non uidetur Adamus peccasse. Miraculis claruit, &c. *Cen. 13. co. 1022.*

Theologi Scholastici non sunt ui tuperandi, sed laudandi.

CCCXXVI.

Lutherus. Lutherani. Caluinus. Sanniones neoterici, impij seculi huius calumniatores, pessimi hæresiarchæ, & hæretici Lutherus, Lutherani, Caluinus, Caluiniani, Trinitarii, & ceteri cyclopes Auerni teterrimi passim insaniunt, furent, debacchantur, calumniantur, conuitiantur, & furentissime inuehuntur in summos omniũ seculorum Theologos Scholasticos rerum omnium cognitione, scientiarum omnium peritia, Scripturarum Diuinarum notitia, & sacræ Thologię sapientia longe peritissimos, & illustrissimos Doctores, nec ullum omittũt studium, modum, locum, siue fas, siue nefas sit non curantes, dummodo eos quoquo pacto traducant infensissime, irrideãt insulsissime, carpãt crassissime, reprobent indignissime, uituperent calumniosissime, notent uituperosissime, ac damnent impiissime. Contra uero fecere Orthodoxi, ac faciunt, quemadmodum alias fusissime ostendi: Orthodoxus enim Episcopus Nouæ ciuitatis Hieronymus a Guilielmis librum scripsit luculentissimum, quo eruditissima Scholasticorum Procerum scripta, mores, perspicacitem, peritiam, notitiam, scientiam, sapientiam, ordinem, breuitatem, copiam diligentiam, decisionem, Orthodoxiam, grauitatem distinguit, discernit, librat, probat, comprobat, ac in Cœlũ usq; extollit. Proinde hæretici dœmoniorum gregales, imperitiæque, ac nequitiæ portenta immeritissime eos, odio Vatiniano, & metriciis prosequuntur maledictis, sicuti n. discipulus odit magistri uirgam, ebriosus sobrietatis concionatorem, & libidini indulgens castitatis Laudatorem, ita illi odiosissime Scholasticos, & scripta eorum labefactare conantur, norunt enim se ab illis iugulari, per eorum piam doctrinam impietatis argui, & per eorum Orthodoxiam hæresis conuinci, & per pios ipsorum mores, & sanctitatem, prauitatis, malitiæ, & nequitiæ notari. Quare optime scribit Orthodoxus Cochlæus contra hos fastidiosos, & nugaces hæreticos, tœdio affectus, quoniam toties obstreperẽt in spectatissimos Doctorum omnium Theologos Scholasticos: Displicet nobis (inquit) quod toties perstringunt, & reprehendunt Scholasticos Doctores Theologos. Cum constet eorum scripta pietatem cum recta & solida eruditione coniungere. Quos si tam studiose legissent, quam friuole iudicant, & superbe contemnunt, nequaquam essent tot erroribus obnoxij. Certe si quis ad antiqua respiciat tempora, in quibus Scholastici Theologi nondum fuerunt, uidebit longe plures fuisse hæreses, quam fuerunt intra trecentos annos proximos, ut patet ex Irenæo, Tertulliano, Philastrio, Augustino, atque etiam ex utroque Iure. Ceterum inter hæreticos, cum de Catholicis nemo dubitet, quia Scholasticos recte probent & laudent, Lutherus est in primis, qui Petrum Lõbardum egregijs effert laudibus, Diuum THOMAM aliquãdo probat. Bucerus Aquinatem aquilã Cœlestem, ac Diuinam commendat, & inter alia Catholicissimam, & Christianissimam eiusdem sententiam de bonorum operum meritis ac præmio approbat, &

Marginalia: *L. con. Reg. Aug. In Asser. in conf. & Ap. In inst.* — *Auctor Guilhelmus.* *L. 6. Defen. Ec. Cat.* — *Cochlæus.* *Disc. ar. 18 Conf. Aug.* — *Lutherus.* *In conc. de Purg.* — *Bucerus.* *epi. ad epis. Abr.*

Oecolampadius. Centuriatores. Caluinus. Lutherani.

cantat Oecolampadius magis probat doctrinā Scholasticorum, quam Lutheranorum de Sacramento Eucharistiæ. Magdeburgenses summis laudibus extollunt D. BONAVENTVRAM, uti superius demonstraui. Caluinus ui Veritatis adactus probat Scholasticorū hāc sententiam: Hæc cōmunis Scholarum sententia uera est: Christus pro toto mūdo sufficiēter passus est, efficaciter autem pro solis electis. Denique Lutherani suam doctrinam Scholasticorum doctrinam confirmant, dicentes: Absolutio proprie dici potest Sacramentum Pœnitentiæ, ut etiam Scholastici Theologi eruditiores loquuntur.

Lib. de V. C. Centu. 13. 10.22. Ad c. 2. 1. D. Io. & 5. ad Rom. in ap. cit. a Io. Dau. ar. 12 con. Augu. confuta.

CCCXXVII.

Sacramenta noua legis a Sacramentis veteris legis differunt. Coccius. Scholastici. D. August.

Ad Sacramenta nouæ legis ueniam de quibus pulcherrimam, & celeberrimam plane Orthodoxam Orthodoxorum Principis etiam iudicio impiorum hæresiarcharum Lutheri, & Caluini probati D. AVGVSTINI sentētiam palam promam, dicentis: Sacramenta non sunt eadem, promissa non eadem: quia alia sunt Sacramenta dantia salutem, alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui Testamenti dant salutem. Sacramenta ueteris Testamenti promiserunt Saluatorem, &c. Mutata sunt Sacramenta, facta sunt faciliora, pauciora, salubriora, feliciora. Verūenim uero hæc Sacramenta haudquaquam differre a Sacramentis veteris legis non recusant impii Sanctorū omnium profanatores Lutherus, & Caluinus, quibus prorsus aduersantur Sancti Dei homines, in quib. Deus nobis loqui delectatus est D. DIONYSIVS, D. IRAENEVS, D. ATHANASIVS, D. AMBROSIVS, D. HIERONYMVS, D. AVGVSTINVS, & ceteri Orthodoxi, qui ex uerbo Dei hoc Catholicismi Dogma probāt. Vnde Lutherus, & Caluinus subditi Diaboli homines, in quibus Diabolus hæreticis obloqui nō frustra conatus est, pro se non habent uerbum DEI, neque Orthodoxos CHRISTI proceres, habent vero temeritatem, impudentiam, arrogantiam, superbiam, infidelitatem, & impietatem. Quos iusto merito, Sancta DEI repellit Ecclesia, quin etiam Hussus refellit, cum dicit: Sacramenta Veteris legis non iustificabant, secundum quod dicitur Rom. 3. ex operibus legis nō iustificatur omnis caro. Et subditur: Iustitia autem DEI, per fidem Iesu CHRISTI. Sed Sacramenta nouæ legis iustificant, & ideo dicuntur portæ iustitiæ. Hæc ille, cui herbam porrigit Lutherus, ubi scribit: Sacramenta ueteris legis non iustificabant per se, & propria uirtute: sed nuda duntaxat erant signa, significationes, & indicia coram hominibus: Baptismus autem est in aqua, & cum uerbo Dei conglutinata, & alligata, in quo gratia promittitur. Nam Sacramenta nouæ legis non sunt tantū nuda signa, qualia erant in ueteri Testamento, sed operantur remissionem peccatorum, iustitiam, & salutem illis qui uera fide eis utuntur.

Lib. 5. art. 1. de Sacra. In 4. Mag. sent. Ad ps. 33

Hussus. — In ps. 117.

Lutherus. — In ser. conuic. mal. tit. de Sacram. Altar.

CCCXXVIII.

Sacramēta sunt honorāda. Henricus.

Sacrorum maximus profanator & execrator sacrilegus Lutherus adeo omnia Sacramenta floccifacit, & negligit, irridet, ludibrio exponit, ut sacrosanctum illud ac diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum in contemptū uocat Sacramentum panis. Hūc imitatur, ac uincit Caluinus ille sacrilegus, & Diuinorum blasphemus scelestissimus sua illa errorum, sychophantiarū, mendaciorum, hæresumq; farragine, seu constitutione hæretica. Item Melanthon ipse grammaticus improbus, quippe Sacramenti nomen illudit, & refellit. Hos autem post impios Donatistas, impii sectantur Caluiniani, Anabaptistæ, Trinitarii, & alii Diaboli hæredes, & cohæredes Satanæ. Contra uero iudicauit, & indicauit DEVS per uerbum suum, & per Sāctos suos, atq; etiam per miracula plurima cum in Baptismate, tum in Chrismate, tumq;

Assert. sept. Sacrament.

Digitized by Google

in Euchariſtia,& in ceteris Sacramẽtis patrata. His, & ſimilibus Spiritu Sancto doctore admoniti, & eruditi plurimum ueri fideles Chriſti, Doctores Catholici, ſacri Theologi, Sanctique Patres omnia Eccleſiæ Chriſti Sacramenta & religioſe honorarunt, & religioſe honoranda poſthumis omnib. qui pietatem Chriſtianam colunt, piiſſime tradiderunt. Idque potiſſime Huſſus,& Huſſitæ, & alii Hæreſis ſequaces, ut ex eorũ ſcriptis ſuo loco docebo, nullatenus abhorrent, quibus quidem loco hoc ipſorum Sacramentariorum coryphæus Ioannes uidelicet Oecolampadius ſane aſſentitur: *Oecolampadius.* *Lib. 3. c. 5. de V. D.* Vt Sacramenta adoranda non poſſum aſſerere, ita non ierim inficias illis honorẽ religioſe & impendi, qualem & libris uerbiſque ſacris citra adorationem plerumque deferimus. Et ſunt eloquia ſancta, Spiritus Sancti uehicula certiora pluribus, præſertim rudibus quam Sacramenta. Hactenus ille, qui cum hic loquatur de Sacramentis omnibus, de Sacramento autem ſacroſanctæ Euchariſtiæ, eodem loco carnem CHRISTI quam tamẽ ipſe in eo Sacramento perfidioſe non agnoſcit, Catholicis concedit, adorabilem, atque adorandam. Igitur honor huic Sacramento, in quo caro CHRISTI adoranda, ut pote Deitati unita, continetur, exhibendus eſt, quẽm exhibendum docet ceteris Sacramentis, ubi iubet ſolis ſymbolis pane, & uino honorem haberi ſic, dicens: Symbola quidam illa ſuo honore digna ſunt. *Lutherus.* *Lib. 5. c. 26. Ser. de prep. ad mort.* Poſtremo Lutherus qui numquam non ſibi repugnat, rite ſic ſcribit. Omni ſtudio, ac uigilãtia magnificanda, & honoranda ſunt Sacramenta, maxime Sacramentũ Altaris. Hæc ille.

Septem ſunt Eccleſiæ ſacramenta. Lutherus. Melanthon.

CCCXXIX.

Sacramenta nouæ Legis ſeptem eſſe ſepties uel potius ſeptuagies ſepties impii negãt Lutherus, Melãthõ, & reliq recẽtiores hæretici. *De capt. bab. Ed. 2. loc. com.* Quos reiiciũt hactenus ex uetuſtiſſimis Eccleſiæ primitiuæ Sãct. D. DIONYSIVS, Areopagita, IRENAEVS, & alii, qui cum his ſeptẽ agnouere Sacramẽta ĩ Eccleſia, ut Hẽricus Rex Angliæ, Roffẽſis, Feuardẽtius, & plures demõſtrarũt quidam quædã aſſeruerunt, quoniam de eiſdem tractabant, multi alia, quę quamquam non appellarunt Sacramenta, tamen Sacramenta agnouerunt vnde idem fuit eos agnouiſſe ſeptem Sacramenta Eccleſiæ eſſe a Chriſto inſtituta & tradita, quod Baptiſmum, Confirmationem, Matrimonium, Ordinem, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Vnctionem eſſe. *Bellarmin.* *Lib. 2. c. 25. de ef. Sac.* In quo concordant idque ſtatuunt, & tradunt illuſtres Eccleſiæ Patres, & Doctores omnes Orthodoxi, Oecumenica ſacroſancta Florentina, & Tridentina Concilia, omnis denique Eccleſia CHRISTI, & cum illa Eccleſia Græcanica Schiſmaticorum ſentit. Inde Vuiclefus ſic ratiocinatur: *Vuiclefus.* *Poſt. in c. 15 D. M.* Sacramenta Eccleſiæ ſunt uelut caſtrum, & munitio tutiſſima quam uelut fluuius immenſus circuit aqua Baptiſmi, quæ primo coercet acceſſus hoſtiles. In interioribus ripis fluminis ſunt Confirmatio, & Pœnitentia, uelut uallus, & murus exterior. In medio uelut turris fortiſſima Sacramentum Euchariſtiæ collocatur, ad quam aſcenditur per gradus Ordinis; & citra hos gradus Matrimonium quaſi murus interior, defendens legitime forum ſeculare, & Eccleſiaſticũ. Oſtiolum autem per quod ingreditur uitã futuram, eſt Extrema Vnctio. Hæc ille, cui conſentit Huſſus; *Huſſus.* *Ad a. 5. Iac.* Vt Baptiſmus, ait, Confirmatio, & Ordo: cetera uero quatuor non relinquunt, & c. Paratur Euchariſtia, Pœnitentia, Matrimonium, & Vnctio. Huius quidem Orthodoxiæ omnino fauet Ioannes Rochizana dicens: *Rochizana.* *De Sacr. in Gen.* Conſtanter dico, quod Sacramenta nouæ Legis ſunt numero ſeptem: Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, Coniugium. Hactenus ille, cui adſtipulatur Pzribrauus, *Pzribrauus.* *Cõf. fid. ſuæ cap. 8.* confiteor ſeptem Sanctæ Eccleſiæ Sacramenta, auctore Deo tradita, & ſuorum Apoſtolorum auctoritate inſtituta, eſſe ab omnibus fideliter, & inuiolabiliter credenda, tenenda, & ueneranda: quæ ſunt ſacrum Baptiſma, Confirma

tio, Ordo, Sacrosancta Eucharistia, Pœnitētia, Matrimonium, & Vnctio Extrema: quæ singula sunt, ex fide Catholica, tamquam Ecclesiæ necessaria, & salubria antidota a cunctis approbanda, & retinenda. Itidem Vualdenses eadem sic confitentur: Sacramenta septenario inclusa numero Christi vtilia pandimus, quibus populo incredulo promissa DEI impleta esse significatur. Hæc illi in confessione ad Vngariæ Regem missa anno 1508. & narrat Iodocus Coccius, & Bernardus Lutzemburgensis. His autem hæreticorum ueris assertionibus Lutherus (quod mirandum foret, nisi sæpissime sibi ipse refragaretur) suffragatur in hunc modum: Omnium Ecclesiasticorum idem est Baptismus, eadem Ecclesia, eadem Cōfirmatio, idem uerbū DEI, idem Sacerdotium, eadem Pœnitentiæ, Vnctionis, Matrimonii, & omnia Sacramenta.

Vualdēses. *In conf.* *Iodocus.* *Lutzemburgensis.* *De sig. Ecc. 8. lib. art. 4. Cat. hær.* *Lutherus.* *De potest. Papa.*

CCCXXX.

Septem Ecclesiæ Sacramenta Christo sunt instituta.

Veritati non acquiescunt, imo refragantur impij hæretici, qui Luthero seductore, negant septem Ecclesiæ Sacramenta a CHRISTO instituta esse. De Baptismi enim & Eucharistiæ Sacramentis post Ecclesiam Catholicam nemo tum ex ueteribus, tum ex recentioribus qui Euangelio crediderunt & credunt, a CHRISTO instituta dubitat. Pœnitentiam uero quam Absolutionem uocant, multi hæretici olim, & postremo seculo Lutherani Sacramenta a CHRISTO instituta esse, vna cum Ecclesia confitentur, Cōfirmationis deinde Sacramēta, Ordinis, Matrimonii, & Extremæ Vnctionis, D. FABIANVS, INNOCETIVS, Primus, GREGORIVS, Primus, LEO Primus, ATHANASIVS, BASILIVS, IOANNES CHRYSOSTOMVS, CYRILVS, HIERONYMVS, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, & ceteri Orthodoxi a CHRISTO esse instituta cognoscūt, atque tradunt, quæ omnino probant Græci schismatici a Concilio Florentino usq; ad hunc diem perseuerando aduersus hæreticos, qui hoc idem negant, quorum perfidiosa dementia damnatur in sacra Synodo Oecumenica Tridentina in hunc modum: Si quis dixerit Sacramenta nouę Legis nō fuisse omnia a Domino nostro IESV CRISTO instituta, anathema sit. Quod ab ipsis quidem hæreticis comprobatur: Vuicleuus enim postea quam de Sacramentis ea tractauit, quæ supra in medium attuli hæc adiecit: Totam istam seriam castrorum fundauit CHRISTVS, dans vicariis potestatem ubique erigendi. Verum idem ista alibi scriptis inseruit suis ad uerbum. Quædam Sacramenta difficiliora ad credendum, & magis necessaria ad credendum, per se CHRISTVS promulgauit, ut Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & Pœnitentiam: quædam autem per Apostolos, ut Confirmationem, & Extremam Vnctionem. De Confirmatione patet in Actibus Apostolorū: & de Extrema Vnctione Iacobi 5. imo Marci 6. fit mēsio de olei unctione. Hucusque ille, & Pzribrauus ait: Confiteor septem Ecclesiæ Sanctæ Sacramenta auctore DEO tradita.

Lutherus. *In Capti. Bab.* *Lutherani.* *In Conf. August.* *Concilium.* *Sess. 24.* *Concilium.* *De Sacr. in gen. Canon. 1. sess 7.* *Vuicleuus.* *In C. S. D. Matth.* *In 1. Cor. 1. postil.* *Hussita.* *Profes. 8.*

CCCXXXI.

Sacramēta nouę legis continent et conferunt Gratiam.

Satorem pestilentium hæresum Lutherus, Caluinus, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus ac Beza Sacramenta nouæ Legis Gratiam continere atque conferre inficiantur. Doctrina autem Sacrosanctæ CHRISTI Ecclesiæ hoc asserit, ut pote Scripturis sacris erudita, uerbi DEI promissis consignata, Traditionibus Sanctorum suffulta, Spiritus Sancti lumine oppignerata, & demum firmissimorum Conciliorum auctoritate constabilita.

Iodocus. *Lib. 5. de Sacr. art. 1.* *Feuardent.* *Theom. 15. li. conf. 35. ar. conf. fid. cathol.*

Pro-

Proinde optime explicuit istud Christianæ Fidei Dogma Eugenius Ecclesiæ vniuersalis Episcopus,dicens: Sacramenta nouæ lucis multum differũt a Sacramentis antiquæ Legis: Illi enim non causabant gratiam,sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant. Hæc uero Sacramenta, & continent Gratiam & ipsam digne suscipientibus conferunt. Hactenus ille Vicedeus, cui plane concordant omnes Theologi, omnes Doctores, omnes Orthodoxi, omnes Catholici, omnes Christiani qui antehac & nũc in Ecclesia CHRISTI floruerunt ad quos uel ipsi quidem hæretici accedunt ministri, qui olim in Ecclesiam Antuuerpiensem irrepserunt,qui quidem Catholicam defendunt sententiam, nisi praua interpretatione uitietur. Sic enim eorum confessio habet. Sacramenta sunt externa quædã signa,ad hoc a CHRISTO instituta,ut nobis Gratiã DEI, & benficia CHRISTI non solum testata faciant,sed etiam applicent. Quorum Dogmati non dissentiunt, imo liquidius consentiunt, ac Orthodoxo articulo concordant Caluinitæ, dicentes: Credimus Sacramenta uerbo DEI adiuncta ad eius ampliorem confirmationem, ut sint nobis uelut arrhæ & tesseræ Gratiæ DEI, & paululum progressi: Ita sunt signa externa, ut DEVS uirtute Spiritus sui per ipsa operetur, ut nihil in ijs uanum significetur. Tenentes tamen omnem substantiam & ueritatem eorum esse in CHRISTO IESV a quo si separentur,nihil amplius sunt quam umbra,& fumus. Atque hæretici ex aduersa factione Lutherani sic asserunt: Sacramenta sunt Gratiæ collatiua. His uero Protestantes confessionarij Satanæ admodum quidem fauent ita asserentes: Per uerbum,& Sacramenta,tam quam per instrumenta donatur Spiritus Sanctus. Idemque Melãthõ fusius roborat. Ceterum hic primas habeat Lutherus licet postremus citetur: is enim quamquam suam certissime hæreticam toties a se defensam sententiam illam quam sic scriptis suis impie publicauit: Hęretica est sed usitata sententia, Sacramenta nouæ legis gratiam dare illis, qui non ponunt obicem: tamẽ eãdẽ plane damnat publicis his scriptis suis: Moriturus magni faciat Sacramenta,& ueneretur eis,secure,hilariterque confidat, ac contra peccatum,mortem,& infernum sic libret,ac si longa præponderet, & multo plus de Sacramentis,& eorum uirtutibus cogitet,quam de peccatis. Hæc ille Protei primogenitus,qui iterum sic intonat: Detestandi sunt suuermeri Sacrametarij,qui Sacramenta pro signis externis habent,quibus Christiani signantur,sicut oues creta rubea.

[Margin, left: ...; Ministri Satanæ.; Caluinitæ.; Lutherani; Protestantes; Melanthon; Lutherus]
[Margin, right: In Concil. Fenar.; In confess. minist. Ant. confu. a Triles. c. 2. de Sacr.; In confess. ministro. Ant. confu. Tileta. c. 2. de Sacra.; In conf. fid. Calu.; Ap. Hund. Comp. titu. 17. arti. 13.; Ar. 5. Con. Aug.; In assert. art. 1. com. de pœn.; In capti. Ba. c. de Bapt.; de prap. ad Sab.; Ep. aduer. Reg. Angl.]

CCCXXXII.

Etiam Sacramenti nomen improbant Andreas Carlstadius, Huldaricus Zuinglius,& gregales,quos in scriptis Diuorum qui Apostolico usque claruerunt tempore reiectos plane dignoscimus. Quinimo D. PAVLVS Apostolus de Matrimonio scribendo Sacramenti nomen probat: Sacramẽtum, inquit,hoc magnum est in CHRISTO.& in Ecclesia. Huic accedit, & suffragatur ipsius Discipulus D. DIONYSIVS, Baptismum Sacramentũ appellando: Sacrum & Diuinæ generationis Sacramentum, &cet. Rursum: Aliis Sacerdotalibus Sacramentum cõmune est. Dehinc Tertullianus uetustissimus scriptor,& Latinus: Omnes aquæ de pristina originis prærogatiua Sacramentum sanctificationis consequuntur,inuocato DEO. Deinceps Origenes & ipse uetustissimus Ecclesiæ Doctor: Per Baptismi Sacramentum natiuitatis sordes deponuntur, propterea baptizantur, & paruuli. Ex his primitiuæ Ecclesiæ, & alijs Patribus, & Doctoribus spectatissimis nomen Sacramentum Diuinitus inditum fuisse dilucidum est. Quare iure

[Margin, left: Sacramenti nomen approbatur.; Zuinglius; Areopagita; Tertullianus.; Origenes]
[Margin, right: De imag. & Sacr.; De uer. & fal. rel.; Ecclesi. Hie. cap. 3.; De Bap. ca. 4.; Hom. 14. in Luc.]

Lutherus. merito Ecclesia impiam hæreticorum calumniam retundit in capita ipsorum, eiusque partem adiuuat Lutherus, & acriter reprehendit Carolstadii, & gregalium insolentiam, temeritatem, & stoliditatem impiam, & in Ecclesiam DEI iniuriam sic etenim sophistice impudenter, ac impie nugabatur Carolstadius Sacramenti nomen palam oppugnans. Non placet ista uox: neque enim DEVS in sacris litteris usquam imperauit, ut eiusmodi uoce uteremur: nec licet in rebus diuinis usurpare nomina, quæ DEVS non iusserit usurpari. Hæc ille, cui Lutherus ita respondet. Imo uero placet ista uox: nec enim DEVS in sacris Litteris usquã prohibuit, ne eiusmodi voce uteremur. Et quis tandem es Carolstadi, ut te ponas loco DEI, & nobis prohibeas, quod ille non prohibuit? Hunc insuper adulterum spurius sectatur Melanthon licet aduersas partes tutatus fuerit aliquando, qui tamen cautior factus, scribit: Vere sunt Sacramenta Baptismus, Cœna Domini, Absolutio, quæ est Sacramentum Pœnitentiæ. idem duobus insuper locis appellat Sacramenta, & huiuscemodi nomine libenter utitur etiãque uocabuli istiusmodi meminit, cum ait, uocabulum Sacramenti de Cœremoniis intelligitur institutis prædicatione CHRISTI, numerentur hæc Sacramenta, &c. Itidem Sacramentariorum princeps Oecolampadius disserit dicendo in hunc modum: Sunt alii, qui in Sacramento compleri dicant promissionem, &c. Sacramentum monstratur, CHRISTVS non monstratur. Sacramentum suo fungitur officio, &c. Hæc ille, qui Sacramenti vsitatissimum, & omnibus seculis probatissimum nomen ita uno libello probat cum Orthodoxis omnibus, ut circiter octuagesies Sacramenti nomine libenter utatur. Eius similiter amasius Zuinglius, & reliqui gregales sectantur, ac præcipue superiores alij hæretici, ut Vuicleuistæ, Hussitæ, Græci, & alii idem Sacramenti nomen, ut patefeci, approbant.

Andreas. — *Lutherus.* — *Melanthon.* — *Oecolampadius.*

Con. Carolstad. edit. 2. loc. com. de sign. — *De imag. & sacr.* — *Cont. Carlstad.* — *Apol. Aug. Catechi. Edit. ult. loc com. cap. de Sacramen.* — *Ep. ad Phil*

Sacerdos malus uera conficit Sacramenta.

CCCXXXIII.

Iodocus. In administratione Sacramentorum Sacerdotis malam vitam, si recte, ac rite administrat ea, non obesse, quin uera sint Sacramenta, negant Agrippinus, Donatistæ, Luciferiani, pseudo Apostolici, Vualdenses, Albigenses, Sagarellus, Dulcinus, Vuicleuus, Hussus, Anabaptistæ, Gasparzuen Kfeldius, & Piggardis. Aliter autem asserunt Ecclesiastici Doctores, Patres Theologi, Sancti, Concilia antiqua, quæ nouissime hoc in sacrosancto Cõcilio Tridenti celebrato summo Nouatorum impiorum iugulatore & condemnatore statuit in hunc modum: Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinet, seruauerit non conficere, aut non cõferre, anathema sit. His iure non repugnant Lutherus, Caluinus, Trinitarii, & alii multi, qui sacro sermoni Catholicismi uniuersi in hoc aures accommodant, & commode acquiescunt. Quinimo Hussus hæreticus catholice ait: Tum bonus, quam malus Sacerdos, habens fidem rectam circa Sacramentam uenerabile, & habens intentionem sic facere, ut præcepit Christus, & dicens uerba in Missa secundum institutionem Ecclesiæ, conficit. Hactenus ille, cui adstipulantur Protestatores hoc pacto differentes: Cum in hac uita admissi sint Ecclesiæ multi mali & hypocritæ, qui tamen societatem habent externorum signorum cum Ecclesia, licet in Sacramentis, quæ per malos administrantur, iuxta uocem CHRISTI: Sedent Scribæ, & Pharisæi in Cathedra Moysi, &cetera. Et Sacramenta & uerbum DEI, propter ordinationem & mandatum CHRISTI sunt efficacia, etiam si per malos exhibeantur. Damnant (iidẽ inquiunt)

Synodus. — *Hussus.* — *Protestãtes.*

Lib. 5. art. 3. de sacr. & lib. 8. art. 3. in Donat. 18 s — *Sess. 7. ac Sacra. inge. car. 12.* — *Sess. 7. de Sacra in genere. cano. 12.* — *De Sacra. cor. & San. Do.* — *Confess. August. art. 8.*

Digitized by Google

Donatistas,& similes, qui negabant licere populo uti ministerio malorum in Ecclesia,& sentiebãt ministerium malorum inutile & inefficax esse. Denique Caluinitæ Baptismi virtutem non dependere ab eo a quo ministratur, concedentes.

Caluinitæ.

Ar. 28. con. fid. Cal. cõf. ex Fa.

In Sacramẽtorum ministerio signũ crucis adhibendum est.

CCCXXXIV.

Coccius. *Li. 8. art. 9. de Sig. Ecc. Cathe.* *Lutherus.* *D. Clemens* *Const. Apo. l. 3. c. 17.* *D. Augustinus* *In Io. Trac. 118.* *Ministri.* *In eod. Cat. l. 1. Ang. Ec.*

Item in Administratione Sacramentorum non adhibendum esse signũ Crucis dicunt impij hæretici Bezistæ seu Bezani impie, ac turpissimo Beza doctore: hoc autem non temere Lutherus negat, docetque adhibẽdum, hoc idem comprobant Græci, & alij schismatici. Sed ante illos Catholici præteritorum, ac præsentis seculi: ab ipso Diuorum Apostolorum tempore, qua quidem ipsi Diui Apostoli sic statuerunt: Baptismus datur in mortem Filij: aqua adhibetur pro sepultura, oleum pro Spiritu sancto: sigillum crucis pro cruce, Chrisma confirmatio confessionis est. In quo pietatis ritu in quibusdã Sacramẽtis adeo præstiterũt Christinissimi Patres in Ecclesia CHRISTI usque ab Apostolica ętate exordiendo, vt D. AVGVSTINVS hæc scripserit; Quid est, quod norunt omnes, signum, nisi crux CHRISTI? quod signum nisi adhibeatur siue frontibus credentium; siue ipsi aquæ, ex quo regenerantur, siue oleo, quo Chrismate unguntur; siue Sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Hęc ille, quæ hactenus probat Ecclesia, etiamque qui extra illam periclitantur hæretici. Vnde Lutherus pręterea quæ paulo ante dixit, addidit hoc quod uoluit pingi signũ Crucis in fronte ac pectore baptizandi. Anglici vero idem publicis scriptis probat eumdem Ecclesiæ DEI Catholicæ ritum retinent, signisque externis in qualicumque Sacramentorum usu exhibent.

In quibusdã Sacramẽtis characterẽ imprimi.

CCCXXXV.

Coccius. *Li. 5. art. 3. de Sacr.* *Areopagita* *Ex Hie. c. 2* *Hierosoly.* *In præf. Ca.* *Mediolan.* *Desp. San. l. 1. c. 6.* *Hipponensis* *De Bapt. l. 6. c. 7.*

In aliquibus Sacramentis, vt Baptismo, Confirmatione, & Ordine imprimi Animæ Characterem, seu signum aliquod spirituale, & indelebile reprobant Vuicleuus, Lutherus, & Caluinus. Probant vero Christiani quotquot vnquam floruerunt, qui hanc doctrinam non nuper, ut ementitur spurcissimus Sodomita, impudentissimus, & prodigiosissimus sacræ Synodi Tridentinæ censor Caluinus acceptum ferunt, sed ab Apostolorum temporibus. Namque ut a tempestate Apostolica incipiam Discipulos Diuorum Apostolorum. D. DIONYSIVS hæc scripta reliquit: Hunc ita accedentem diuina maiestas in sui consortium admittit eique lucem suam perinde atque signum aliquod tradidit, sanctum efficiens, & Sanctorum sortis ordinisque participem. Inde D. CYRILLVS: Magnum sanè est propositum hoc Baptisma, captiuitatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccatis, animę regeneratio, uestimentum candidum, signaculum sanctum, et indelebile. Item ut duobus Græcis Patribus duo Latini Patres adijciantur, D. AMBROSIVS: Sicut Apostolus ad Ephesios ait: in quo credentes signati estis Spiritu promissionis. Sancto igitur Spiritu signati sumus, non natura, sed a DEO, quia scriptum est: Qui unxit nos DEVS, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris: Signati ergo spiritu a DEO sumus, Sicut enim in CHRISTO morimur, etiam spiritu signamur, ut splendorem, atque imaginem eius, & gratiam tenere possimus, quod est utique Spiritale signaculum. Nam & si specie signemur in corpore, ueritate tamen in corde signamur, ut Spiritus Sanctus exprimat in nobis Cœlestis imaginis effigiem. D. AVGVSTINVS: Sacris eluxit Pastori-

bus Ecclesiæ Catholicæ toto orbe diffusæ, per quos postea plenarij Concilij auctoritate originalis consuetudo firmata est, & ouem, quæ foris orrabat, & dominicum characterem a fallacibus deprędatoribus suis foris acceperat, venientem ad Christianæ veritatis salutem, ab errore corrigi, a captiuitate liberari a uulnere sanari, Characterem tamen Dominicũ in ea agnosci potius, quam improbari. Hæc ille, qui hæc Conc. cresco. li. 3. c. 30. in Ioan. Tract. 6. ep. 50. ad Bonifa. com. Epist. Parmenia. l. 2. cap. 13. fusius roborat, ac comprobat, idemque faciunt ceteri Sancti scriptores, Patres Orthodoxi, Theologi Christiani quocunque seculo Catholici Doctores in uniuersum omnes. Insuper Græci, & alij Schismatici, item Henricus Octauus Rex Angliæ idem docet firmiter, & firmat docte in libello, quē in Lutherum scripsit, quem cum numquam (quantum uidi) reprobarit, approbatum uoluisse existimo. Deinceps Caluiniani ut ut tenent nos in Baptismate signaculũ suscipi perpetuum. Hussus præterea perspicuè dicit: In hoc Sacramento non imprimitur Character. Aut enim est distinctionis, & hic imprimitur in Baptismo: aut strenuitatis, & hic imprimitur in Confirmatione: aut excellentiæ, & dignitatis, & hic imprimitur in Sàcramento Ordinis. Vnde hoc Sacramentum iterari potest: illa autem non reiterantur; quæ relinquunt in suscipiente Characterem, ut Baptismus, Confirmatio, & Ordo.

Henricus. — *Asser. Septē Sac. de Bap. cōf. & Ord.*

Caluiniani. — *Conf. fiscal. confu. 15. li. Feuard.*

Hussus. — *Ad c. 5. D. Iacob.*

Baptismus Gratiā confert.

CCCXXXVI.

Noua uiperarum progenies uetusta serpentum, conglobatio, nouissimamarium conspiratio, ac uetustima cyclopum caterua, sacrosanctum Baptismi Sacramentum abnegant, eneruant, contemnunt, Gratiaque omni qua omnia peccata penitus abolentur, & absolutissime auferuntur, denudent Caiani, Manichæi, Archontici, Seleuciani, Herminiani, Messaliani, Pelagiani, Armenij, Lollardi, Flagellantes, Adelphus, Mahometus, Samson Scotus, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, Zuinglius, Bucerus, Sternbergius, Caluinus, SuuenKfeldius, Sommerus, Felidinus, & alii Diabolorum gregales. Quos omnes sacrosancti Euangelici cultores abijciunt, & condemnant iuxta sacras Literas, & Apostolicas Epistolas, atque quod corroborat Concilium Primum Constantinopolitanum: Credimus unum Baptisma in remissionem peccatorum. Idem probatur a Concilio Nicæno Primo apud Græcos hoc pacto: Baptisma nostrum oculis non sensus, sed mentis considerandum est. Aquam uides? considera Diuinam uim, quę in aquis latet. Nos enim Spiritu Sãcto & igni baptizari tradunt sacra eloquia. Nam in fide eius, qui baptizat, & eiusque per sanctam inuocationem baptizatur aquas cogita plenas sanctificatione Spiritus, & ignis Diuini. Ipse enim, inquit, baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Itaque descendit quidem is, qui baptizatur, peccatis obnoxius, & corruptionis seruitute illaqueatus: ascendit autem ab ea seruitute, & peccatis liber, Filius DEI, & hæres Gratię eiusdē factus, atq; cohæres CHRISTI, ipsum indutus CHRISTVM: sicut scriptum est: Quotquot baptizati estis in CHRISTVM, Christum induistis. Et apud Latinos Arausicanum secundum: Hoc etiam secundum Fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismum Gratia omnes baptizati, CHRISTO auxiliante, & cooperante, quæ ad nostram salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter laborare uoluerint, adimplere. Huic consensit Toletanum Quartum, Sennonense, & Viennense hæc habent: Tam adultis, quam paruulis in Baptismo informans Gratia, & Virtutes conferuntur. Hoc usque ad hunc diem omnes Orthodoxi, omnes Catholici, omnes Christiani confitentur: quinimo hæretici multi Schismatici, & Hussitæ, quorum princeps dicit hoc pacto: Sanctificato quædam est

Coccius. — *Lib. 5. ar. 4. de Sacr.*

Concilium. — *In Symb.*

Arausican. — *Cap. 25.*

Toletana Sennonensis. Viennensis. — *Dec. 10. de Sac. Bap. Cap. 5. In Cle. C. I. de S. Trin.*

Hussus. — *Ad 1. pr. ad Cor.*

com-

Digitized by Google

Lutherus. communis, quæ fit per Sacramenta: ita Corinthij fuerunt sanctificati, quia per Baptismi susceptionem sanctifacti, &c. Baptismus remouet culpam, cõfert Gratiam: Hæc ille, a cuius Catholica sententia non abscedit Lutherus qui alioqui sæpius ab ea abscedit, dum ait: Quocumque modo tradatur, Baptismus, modo nõ in nomine hominis sed in nomine Domini tradatur uerum saluum facit, &c. Baptismus omnia peccata remittit. Hactenus ille, qui idem contra semetipsum insuper alijs locis confirmat. His utique succedunt Caluinitæ hæretici ueritatem toties in sua Hugonotarum secta abiurata, & laceratam ita de Baptismo eã cõfitentur: Vult animas nostras lauare, & purificare, ut nulla in illis amplius appareat macula. Geminam recipimus a DEO in Baptismo Gratiam, & salutis beneficium, dummodo nõ amittamus, aut deperdamus uirtutem Sacramenti ingratitudinis nostræ uitio.

De cap. Ba in ps. 122. & in post. quam in die Trin. — *Caluiniani* — *In Cat. cõf. a Feu. l. 16. ar. 51.*

Baptismus S. Ioannis aliud est a Baptismus Christi.

CCCXXXVII.

Baptismum Baptistæ non habuisse eamdem uim, & efficaciam ut Baptismus CHRISTI ad remissionem peccatorum negant Petilianus, Bogomili, Melanthon, Caluinus, Brentius. Veruntamen ab his abhorrent Catholici quod probatum tradiderunt illis Patres Sancti, Diuini Doctores, Orthodoxi Theologi omni seculo, omni natione, cum gloria nominatissimi, ac spectatissimi mille abhinc, & quingentis annis secundum Euangelium, & Apostolicas assertiones in Ecclesia DEI ueri, ac uiui. Vnde ad exemplum illuminatus a DEO Pater Orthodoxus Diuus CYRILLVS refertur: Magnus Ioannes, sed quid is ad Dominum? magnifica uox clamantis, sed quid ad Dominum? magnificus præco, sed quid ad Regem? Bonus ille, qui baptizabat, sed quid ad illum, qui Baptizabat Spiritu, & igne? Spiritu Sancto, & igne Apostolos baptizabat Saluator, quando est de Cœlo factus repente sonus, tanquam uenientis Spiritus vehementis. D. BASILIVS: Initiantium erat Ioannis baptisma, istud uero perfectorum. A peccato illud auocabat, istud eum DEO coniungit, & familiarem reddit. D. IOANNES: Sancti Spiritus Gratia, in CHRISTI baptismate est: Ioannis uero baptisma hac donatione priuatur. D. EVCHERIVS: Ioannes salutem prædicauit, CHRISTVS contulit: ille baptizauit pœnitentiam, iste generauit in Gratiam. D. PETRVS: Erat penes Ioannem uenia, sed non sine pœnitentia, erat remissio, sed luctibus comparata, erat cura vulneris cum dolore: erat baptisma quod culpam tolleret, conscientiam non deleret. Et quid plura? Per baptisma Ioannis purificabatur homo ad pœnitentiam, nõ promouebetur ad Gratiã. At uero CHRISTI Baptisma sic regenerat, sic hominem reddit ex uetere nouum, ut præterita nesciat, non recordetur antiqua, qui de terreno cœlestis, iam cœlestia possidet, & diuina. Hactenus Sãcti Patres idem, ac ceteri, per quos DEVS nobis, uelint, nolint hæretici, locutus est. Quamobrem Christianissime nuper sanxit Oecumenica, uniuersæ Christianæ soliditatis Synodus SPIRITVS SANCTI inspiratione celebrata: Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eamdem uim cum Baptismo CHRISTI, anathema sit. Hactenus illi Orthodoxi Christianæ Ecclesiæ Catholicorum Patres quos hoc modo scribens, sequitur Lutherus: lex baptisma carnis, Ioannes baptisma pœnitẽtiæ, CHRISTVS Baptisma Gratiæ habet. Solius CHRISTI Baptisma Sacramentum est. Baptisma Ioannis, reuelata facie Legis, oẽs peccato immergit, & Gratiæ auidos facit: Baptisma CHRISTI peccato mersos, & auidos Gratiæ reducit iustificatos, & nouas creaturas facit. Ioannis Baptisma Gratiam non præstabat, sed magis desperationem, donec ad Baptisma CHRISTI pertingebat.

Margin notes: *Pet. Canis.* — *L. 5. ar. 5.* — *Hierosolym.* — *Catech. 3.* — *Magnus.* — *Ex hor. ad Ba, t.* — *Chrysosto.* — *Hom. 12.* — *Lugdunen.* — *Hom. 1. de Io. Bapt.* — *Chrysolog.* — *Ser. 13.* — *Tridentina.* — *Sess. 7. de Bap. can. 1.* — *Lutherus.* — *Disp. d. o Ba legis.*

Digitized by Google

Paruuli baptizãdi sũ

CCCXXXVIII.

Coccius. Infantes propria licet careant fide baptizandos tamen recusant reprobi Hincmanus Laudunensis, Berengarius, Petrobrusiani, Henriciani Pseudo apostolici, Cathari Albugenses, Petrus Ioannis, Lollardi, Vuicleuus, Balthasar Pacimontanus, Thomas Monetarius, Michael Seruetus, & alii. Quibus repugnant Constitutiones Apostolorum sic scribentium: Baptizate uestros pueros infantes, & educate eos in disciplina, & monitione DEI: Sinite enim, ait Dominus, pueros uentre uenire ad me, & ne prohibete eos. Idẽ rectissime iudicãt omnes Patres uenerandæ Antiquitatis & Orthodoxi Ecclesiæ Catholicæ Doctores, & plurimi montes Ecclesiæ CHRISTI uidelicet Concilia, quorum unum citasse sat erit, Mileuitanum: Placuit, ut quicũque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere Originalis peccati, quod regenerationis Lauacro expietur, unde fit consequens, ut in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum, non uere, sed false intelligatur, anathema sit. Hactenus in eo quod statuit confirmat, & adauget Tridenti Concilium, & Pontifices Maximi. At uero hæreticis, post illustres Ecclesiæ Christi proceres uniuersi Christianismi Senatũ, & gloriosam, piamque piorum omnium coronã, reclamant impii aduersarii hæretici, Græci, Hussitæ cum suo duce, qui docet eos esse baptizandos, ut salutis uiam, & Christianismi numerum ingredi ualeant. Idem asserit simul cũ Lutheranis Lutherus, qui paucis hoc negotium expedit quodam loco inter alia optime dicendo hæc: Mos ex Apostolorum Traditione semper obseruatus docet, paruulos esse baptizandos, etiamsi nulla Scriptura id esse faciendum præcipiat. Denique Caluinianæ sectæ professores in Gallia, ad hũc modũ Veritatis energia extorti Catholicam confitẽtur, ac confirmãt sententiam: Dicimus, quod auctoritate Christi, paruuli ex fidelibus geniti debent baptizari.

Art. 6. li. 5. de Bapt. — *D. Clemẽs.* *Comp. Apo. lib. 6. c. 15.* — *Concilium.* *Cap. 2.* — *Concilium. Feuardent.* *Serm. 7. de Bapt. cano. 27.* *Lib. 1. de S. Trin.* — *Hussus.* *Ad c. 21. D. Io.* — *Lutherus.* *Ser. cont. Anabapt. & in capt. Babyl. de bapt.* — *Caluinici.* *Conf. fid. Calu. 35.*

Infantes propria fide carent alienaque baptizantur.

CCCXXXIX.

Coccius. Caluinus. Ait Lutherus, Georgius Maior, Vuolfgangus Musculus, & gregales, paruulos in Baptismate propriam habere fidem. Aduersus quorum insulsissimum deliramentum, ebriosum commentum, Satanicam chimeram nec Patres Orthodoxos nec Concilia, quæ quidem plurima, & eadem grauissima sunt citare licet, nec Ecclesiam, quæ passim cõcors est, & uniformis, sed sat est dicere, quod illud uesanum, fanaticum, & lymphatum figmentũ nemo recipit, qui sanæ mentis sit, omnis autem Catholicus inficiatur, itẽ Hussus, qui inquit. Baptismus non solum credentes purificat, sed interdum non credentes emundat, ut paruulos. Lutherus insuper hoc ipsum instruit (vt creberrime assolet) aduersus seipsum: Non potest fieri, ut Ecclesiæ fides permittat reperire, non magis certe, quam paruulum, qui alienæ fidei merito baptizatur, & saluatur. Hactenus ipse qui istud alibi quoque aperte confirmat. Hoc idem constabilit Caluinus: Si fidelium liberi citra intelligẽtiæ adminiculum fœderis sunt participes, non est cur ob id a signo arceantur, quia in Fœderis stipulationem iurare nequeũt. Loco quarto, ac ultimo Aretius ait: Infantes dici fideles, & esse sanctos quia habeant fideles parentes, licet infantes ipsi fide careant.

Art. 6. li. 1. 1. 1. de Conuerb. Dei. vide lib. 5. de Bapt. cit. Conuc. & Pat. — *Coccius.* — *Hussus.* *Epist. D. Io. com. c. 2.* — *Lutherus.* *De prepar. cor. ad Euchar.* *De capt. Bal. cap. de Bapt.* — *Caluinus.* *Inst. 4. c. 16.* — *Aretius.* *In 1. p. proble.*

In Baptismo peccatũ Orig. delet. D. August. Lutherus.

CCCXL.

Peccatum originale in Baptismo deleri negant Pelagiani, Lutherus, & gregales. Non id negat Ecclesia, sed astruit, ut in exemplum ponitur ex an-

De her. 88. & c. 26. de peccato meritis.

tiquo-

Digitized by Google

D. Prosper. tiquorum Orthodoxorum communi ſententia & Eccleſiæ Catholicæ uni uerſali conſenſu profertur D. PROSPER, qui ad hūc modū ſcripſit: Omnis homo, qui credens in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, regeneratur in Baptiſmo, tam a propriis peccatis, quæ mala uoluntate & actione contraxit, quā ab Originali, quod a parentibus traxit, abſoluitur. Atque ex recentiorum Orthodoxorum luculentiſſime extat ſacroſanctum Conciliū Florentinum, in quo omnes nationes mundi, aut certe prope omnes conſenſerunt, & nemo traducit, ac reſpuit, niſi qui nil Chriſtianitatis habet, placitis credit, ſuggeſtis Satanæ defert, Hæreſique deuouit: In hoc nāque aſtru Concilium. ctum iſtud habetur: Sacramenti Baptiſmi effectus eſt, remiſſio omnis culpæ Originalis, & actualis: omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Huſſus. eam ob ueritatem Huſſus rem ſic agit: Cum paruuli teneantur peccato ori D.Theodor. ginali ſine omni conſenſu poſſunt per uim Baptiſmatis ab illo peccato mūdari. Idem olim recte probauerūt Meſſalliani. Denuo confirmat id una cū Lutherus. ſuis gregalibus Lutherus quidem ipſe: Quando puer a Baptiſmo eductus omni peccato, & infortunio caret, ita ut Baptiſmo ſubmergatur quicquid mundanū & carneum eſt, & ſolus ſpiritus maneat. Ad huius autem ſentē Hugonota. tiam non impie accedunt eiuſdem nepotes, impoſturæ Satanicæ conſarcinatores Caluini Diaboli ſectatores: Remittit Deus paruulo peccatum Originale, quo uniuerſa ſtirps Adami rea tenetur. Vt Baptiſmus quem illi miniſtramus, fructum ſuum, & uirtutem ſuam producat.

Ad c. Gal. Reſp. c. 2. — In Dec. Eugen. 4. — Ad cap. 1. 1 Cor. — Diui dur. c. de Bapt. — Ad cap. 6. Gen. — Feuar. l. 16. in confu. catech. Calu. & 56. 57.

Infantes baptizati morientes ſaluantur.

CCCXLI.

Lindanus. Maiorani, ſeu Maioriſtæ a Georgio Maiore, qui a Luthero e ſtercore erectus, ait ſtoltzius horrendum in eius, patria peperit monſtrum, docens quia opera bona ad ſalutem neceſſaria, etiam infantibus, ut eſt in genealogia Lutheri. Quod dogma ſtatim cum citatur, procul dubio confutatur, non tantū quod nocuam eſt, & a ſeculis in excogitatum, ſed & quoniam ab eloquiis Diuinis abhorret, & ab Eccleſiæ CHRISTI Catholicæ Orthodoxa doctrina, ac fide aberrat, tamquam a ueritate alieniſſimum. Adeo ut optime hæc Concilium. uerba inſerantur uel de adultis quidem in Chriſtianiſſimo Concilio plenario Florentino: Baptizatis nulla pro peccatis præteritis inuingenda eſt ſatiſfactio, ſed morientes antequam culpam aliquam committant, ſtatim ad regnum Cœlorum, & ad DEI uiſionem perueniant. Hæc ibi, ubi eidem con- Concilium. forme eſt penitus Concilium Tridentinum dicendo de renatis, nihil prorſus eos ab ingreſſu Cœli remorari. Merito itaque tam ſacrilegum domą, quo, Baptiſmus profanatur, & diluitur, Scripturis ſacris illuditur, Eccleſia DEI traducitur, Chriſtiani omnes deteſtantur. Quos non immerito imitantur Schiſmatici, Hæretici, Anabaptiſtæ, Lutherani, Sacramentarii, Caluinitæ, Confeſſioniſtæ, Trinitarii, & alii omnes hęretici Nouatores, uel propemodum omnes, inter quos potiſſime, qui opera bona neceſſaria eſſe ad cōſequendam ſalutem impie negant, primas tenent: quippe non modo infantibus, ſed etiam adultis bona opera neceſſaria eſſe ad ſalutem lubenter cauillantur.

Dub. Dial. — In Dec. Eugen. 4. — Seſſ. 5. c. 5.

Infantes nō ſaluantur ſine Baptiſmo.

CCCXLII.

Coccius. Paruulos etiam ſi ſine Baptiſmo moriuntur ſaluari cauillantur Petrus Pſeudomartyr, Caluinus, Beza, & gregarij. Quorum ſcabiem peſtilentem Concilium. excutiunt Patres Sanctiſſimi, Orthodoxi clariſſimi, & omnis CHRISTI congregatio. Atque poſtremo in Concilio pleniſſimo Tridentino ſcriptum ſane eſt: In renatis nihil odit Deus, qui nihil eſt damnationis iis, qui uere conſepulti ſunt cum CHRISTO per Baptiſma in mortem: qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ueterem hominem exuentes, & nouum, qui ſecundum DEVM eſt creatus, induentes, innocentes, immaculati, puri,

Lib. 5. art. 6 de Bapt. — Seſſion. 5. in Dec. 10. de Bapt.

inno-

Digitized by Google

Lutherus. Schlusselburgius. innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Verũ ante hac Hussus, & Lutherus superiorum hæreticorũ nefas dogma retundit, dicẽs: Quid excusat paruulos non baptizatos, quod damnantur in æternum. Eo modo utitur Conradus: Infantes constituti, inquit, extra Regnum CHRISTI, non sunt sancti priusquam baptizati Communio Sanctorum interuntur: CHRISTVS mandat Ecclesiam suam per Lauacrum aquæ in uerbo, immundi ergo, & contaminati peccato sunt infantes priusquam munden tur Baptismo. Porro quod sanctum est, idem & purum atque mundum est. Pueri ergo nondum abluti, & mundati regenerationis Lauacro, ut mundi non sunt, ita nec sancti. *Conf. fusf. Li. 1. Theol. Calu. c. de Bapt.*

CCCXLIII.

Infantes in periculo mortis, a Laicis etiam mulieribus baptizari licet. Concilium. Baptismum in casu necessitatis a Laicis, & mulieribus administratum ualere asserunt contra Caluinum, Bezam, & asseclas Christiani Orthodoxi, Veritatis Christianæ cultores, & pietatis Catholicæ fautores, ut pote Tertullianus, Ruffinus, imo D. HIERONYMVS, D. AVGVSTINVS, D. GREGORIVS, & ceteri Orthodoxi: Ac demum in Sacrosanctis Conciliis Oecumenicis Lateranense, & Florentino illud statutum est, ut planei nefas sit Christiano contradicere, fas uero sit hæretica scabie laboranti, & alicui Ethnico, vel Turcæ cui fas, & nefas commune sit. Sic etenim habetur in eodẽ: *Art. 7.* *Cap. 1.*

Concilium. Minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare. in causa autem necessitatis, non solum Sacerdos, vel Diaconus; Sed etiam Laicus, uel mulier; imo etiam paganus & hæreticus baptizare potest, dummodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia. *In litunio.*

S. Epiphan. Hæc ibi Patres illi orbe toto spectatissimi, quibus cõsensum olim præstanit Marcion, dum mulieribus baptizari indulsit, sed præ indulgentia libidinis obscœnę & cõsuetudine, quibus abutitur sublatis, cũ Catholicis a mulieribus baptisma administrari posse non dubitauit. *Hære. 42.*

Lutherus. Menander. Conradus. His autem præter complures consensum præstat Lutherus, dicendo: An non hoc ingens donum, & gloria, quod etiam mulier in necessitate potest baptizare. Michael Menander suffragatur eidem dicẽs: Adeo nulla hic personarum respectio, ut in necessitate quælibet muliercula baptizare possit. Et Schlusselburgius dicit: Nemo ambiget plenum, & perfectum esse Baptismum, exhibitũ paruulis domi a muliere, non minus quam si in Ecclesia a Presbyteris Baptismum accepissent. Ac nequaquam rite baptizati a mulieribus, rebaptizari debent sed collatus ab illis Baptismus pro uero, & efficaci approbari debet. *To. 4. in Genes. fol. 203. Theol. Christia. de Baptism. Theol. Caluin lib. 2. c. 28.*

CCCXLIV.

Baptismi forma Ecclesiastica seruanda. Bellarmin. Ioannes Echius. Multi corruptores uerbi Dei, contemptores Ecclesiæ, & superstitionum adinuentores Formam sacri Baptismi a CHRISTO institutam certa uerborum Diuinorum definitione contẽpserunt Gnostici, Cataphrygæ, Paulianistæ, Ariani, Euconomius, qui in mortẽ Domini baptizabat, & Zuingliani quidem, ut EcKius monet; eamque minime necessariam putant Lutherus, Zuinglius, & alii impii. *Lib. 1. c. 3. de Sacr. baptism. Hom. 10. de Bapt.*

Lateranẽse. Quos nimirum quatiunt Orthodoxi uniuersi, ac ipsa demum Ecclesia in Concilio Generali Lateranensi illud solemniter approbauit: Sacramentum Baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis consecratur in aqua, tam paruulis, quam adultis in forma Ecclesiæ a quocumque rite collatum, proficit ad salutem. *Cap. 1.*

Colonienses. Huic ergo stãdum est, non delirio sacrilego impiorum, quos insuper exturbant Vualdenses, Hussitæ, Græci, Isini, Iacobini, Buceriani, Caluinistæ, qui ueram Baptismi formã adhibent & alii qui in hoc Ecclesiam sequi maluerunt, recte existimantes necessario omnem formam Baptismi excludendam, quam quæ a CHRI- *Antedidag. de admin. Bapt.*

STO

STO non sit instituta, uel ab Ecclesia probata. Vnde Lutherani dicunt. Si Baptismus initus esset, nullus daretur Spiritus sanctus, nulli fierent salui, denique nulla esset Ecclesia. Hæc ratio bonas & pias mentes uel sola confirmare potest contra impias & phanaticas opiniones. Deinde pulchrius Caluinitæ: Ego te baptizo, inquiunt baptizando, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et paulo post sic confitentur: Nos talem habemus Baptismi formam, qualem Christus præscripsit Apostolis, Apostoli seruauerunt, Ecclesia vsurpauit.

Lutherani *Hugonota.* *Apol. art 9 con. Aug esta. a 10. Dauent. in 10. art. 8. confu. In Capec. Cal. cap. 2.*

Baptismus in aqua exhibendus.

CCCXLV.

Manichæi, Seleuciani, & Hermiani negant aquam in Baptismate adhibēdam, quibus suffragatus est Lutherus, quando dixit: Quicquid balnei nomine nuncupari potest illud aptum est ad Baptismum. Huic impii Hugonotę cum Caluino verbi DEI abnegatore aquam esse in Baptismate necessariā negant. Sed hoc non admittunt qui uniuersalem Fidem usque in hunc diē ab Apostolorum tempore professi sunt, ac profitentur quia corrumpitur, uel tollitur materia Baptismi necessaria. Quā ob rē ad coercendā importunitatē & reprimendam insolentiam hæreticorum illud SPIRITVS SANCTO Ecclesiæ Catholicæ gubernatore & doctore in Cōcilio Oecumenico rentino statutum est. Demceps eam importunitatem & insolentiam innouantes & uincentos Nouatores ueterum hæresum hæretici in Cōcilio Tridentino Oecumenico his uerbis iuxta DEI verbum repressa & condemnata est. Si quis dixerit aquam ueram, & naturalem nō esse de necessitate Baptismi, atque adeo uerba illa Domini nostri IESV CHRISTI: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit. Inde Marcionistæ probe senserunt aquam uidelicet in eo adhibendam. Græci deinde, Hussitæ, Hugonotæ, & alii plurimi, ne dixerim omnes pari consensu idem probarunt, hactenus uero scriptis probant, atque actu exhibent: inter hos Lutherani sic confitentur: De Baptismo (nostræ Ecclesiæ) docent, quod necessarius sit ad salutem, tamquam cœremonia a CHRISTO instituta, & quod pueri sint baptizandi, & CHRISTVS hoc testatur, loquens de paruulis in Ecclesia, Matth. 18. Non est uoluntas Patris uestri, ut pereat unus ex paruulis istis. Damnat Anabaptistas, qui improbant baptismum infantum, & affirmant infantes sine Baptismo, & extra Ecclesiam Christi, saluos fieri.

D. Aug. Lutzemb Lutherus. Caluin. ep. *D. Theod. Feuardēt. Concilium* *Concilium.* *Lib. de hær. c. 46. cat. hær. In simplos. col. c. 17. In catech. Cal. confu. a Feuard. li 16. Theo. calu. c. 67. li. 4. de hær. fol. Cat. ca lu confu. li. 6. Theor. Cal. c. 2. In Dec. seß. 7 De Sac. Bapt.*

Baptismi cō secratio christianū opus, & sanctum.

CCCXLVI.

Aquæ Baptismatis consecrationem ceu magicum, & Diabolicum commentum negant Vualdenses, Gualterus, Lollardus, Vuicleuistæ, Thaboritæ, Pigardi, Lutherus, Caluinus, Magdeburgenses, & alii Diaboli fautores. Cōtradicunt eisdē ueri Dei adoratores in Spiritu, & Veritate uerbū DEI, & Doctrinā SPIRITVS SANCTI secuti. Vt enī D. CLEMENS Apostolorum sectator refert, aquæ benedictionē his uerbis Sancti approbauerunt Apostoli: Venit ad aquam, & benedicit, ac laudat DEVM omnipotentem, Patrem Vnigeniti DEI. Et rursum: si Episcopus non aderit, benedicat Presbyter præsente Diacono. Dicat autē in hunc modum: Domine Sabbaoth, DEVS virtutum, qui dedisti aquam ad bibendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ: ipse etiam nunc sanctifica per Christū hāc aquā, & Oleū, ex nomine eius, qui obtulit, & tribue ei uim sanādi, & depellendi morbū, fugiēdi dœmones, expellēdi insidias per Christū spē nostrā. Itē D. DIONYSIVS alter Discipulus Apostolorū: Pōtifex trino crucis

Coccius. *D. Clemēs.* *Areopagita* *Libr. 5. de Ba. art. 8.* *Cōst. Apost. Lib. 9. c. 44* *lib. 8. c. 29.* *Eccl. Hier. c. 2.*

sanctę signaculo vnctionē inchoatus; īmergendū iā Sacerdotib. toto corpore hominem tradit: ipse adoptionis matrem proficiscitur eiusque aquas Sancta prece, ac inuocatione sanctificans, terque in eas ad crucis effigiem Sanctissimum fundens unguentum, illasque hoc ritu perficiens iubet adferre hominem, &c. Deinde D. ALEXANDER Primus: Aquam sale cōspersam populis benedicimus, ut ea cuncti capturi Sanctificentur, & purificentur. Inde Concilium Nicœæ Primum: Transacto anno debet Sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut fit in Baptismo, neque sicut benedicitur Chrisma, sed sicut oleū infirmorum. His accedit quod D. BASILIVS ait: In uniuerso orbe Baptismatis administratur mysterium, diuina inuocatione aquarum sanctificante naturam. Idem deinceps seruauit Ecclesia Catholica usque hodie in cunctis seculis pręteritis. Quam sequitur Hussus, qui satis fusè de hoc differit, atque afferit, quod sicut in primitiua Ecclesia habuerunt CHRISTI Discipuli potestatem faciendi miracula, sic habuerunt potestatem corpora tam retionabilia quam irrationabilia consecrandi, istamque Sacerdotibus omnium potestatem esse traditam ex Euangelio confirmat: At per illum sic afferit Ioannes Rochizana: Patet quod in primitiua Ecclesia aqua pro sanctificandis sanctificabatur pro infusione Chrismatis, & signo Crucis idque Apostolicorum Patrum probat auctoritate. Et Pzribrauus dicit: Profiteor religiose, & Catholice, quod aquæ consecratio est licita in religione Christiana. Et Lutherus docet impossibile esse quin aquæ conscratio bona sit, quia negare non possumus, vt ait, creaturam quamlibet per verbum & orationem sanctificari, quod Apostolus Paulus nos docet.

(Margin: Papa. — Synodus. — Ep. ad om. Orthod. — Canon. 66. Arab. — D. Basilius — In Prel. 28. — Hussus. — De blasph. Cap. 7. — Rochizana. — De consacr. fon. c. 5. — Pzibrauus. — Profes. Cap. 36. — Lutherus. — Cap. Bab. c. de Extre. Vnct.)

CCCXLVI.

(Margin: Aquę benedictę usus probatur.)

Iterum aquam benedictam: Aquæque benedictæ usum damnant damnati Flagellantes, Titelmanus Heshussius, & similis farinæ similagines, hos ante paulo in medium retuli. Quos sacræ Liuinorum Apostolorum Constitutiones erroris condemnant, pariter facit sacrum Nicæę Conciliū Agathense, Nannetense, & alia multa quæ tempore multo præcedit Carthaginense, in quo quidem fatur: In quantum aqua Sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata abluit peccata, in tantum hæretico sermone, uelut cancer infecta cumulat peccata. Vnde D. AVGVSTINVS: Quia baptismus, id est salutis aqua non est salutis, nisi nomine CHRISTI ea consecrata, qui pro nobis saguinem fudit, crucis ipsius aqua signatur. Idem ab initio Ecclesiæ CHRISTI Epistola ad Orthodoxos tradidit D. ALEXANDER Primus Pontifex Maximus. Aduersatur pręterea illud illis impijs hæreticis ceteri Orthodoxi, eos que ueneranda Antiquitas Piorum, omnisque condemnat Posteritas, & Hussus probe dixit: Non est fas dicere, quod Aquæ Benedictæ asperfio nihil ualet. Ac eidem opitulatur Lutherus dicendo: Numerabimus extremam vnctionem inter Sacramenta quę nos constituimus ut sunt salis, & aquæ consecratio, & asperfio.

(Margin: Coccius. — De Bapt. lib. 5. ar. 8. — Concilium. — Cap. 18. — D. Augusti. — li. 5. Hom. 27. — D. Alexander. — Ep. ad Orthod. — Hussus. — De blasph. c. 17. — Lutherus — In capt. babzl. cap. de Extre. vnc.)

CCCLXVII.

(Margin: Olei, & Chrismatis benedictio, & vsus comprobatur. — Coccius. — Artic. 9. — Sebastianus Medices. — Sum. omni. haeses. har. de Bapti. — Concilium — Cano. 6. 8. Arab.)

Olei, & Chrismati benedictionem, quæ fit statutis orationibus, & signo Crucis per Episcopum, & eius usum in Baptismo, Confirmatione, Ordinatione Sacerdotum improbant improbi Nouitiani, Donatistæ, Petrobrusiani, Henriciani, Vuicleuus, Lutherus, Caluinus, Bezaque, eos autem improbant Diuini Patres in Concilio Nicæno, cui qui non credit, Catholicus non est, totius Catholicismi sententia, sed hæreticus, Iudæus, Turca, & Ethnicus: Transacto anno debet Sacerdos benedicere aquam. Et oleum, non sicut fit in Baptismo, neque sicut be-

nedi-

Digitized by Google

nedicitur Chrisma, sed sicut oleum infirmorum. Idem roborat Concilium Sardicense Primum, Constantinopolitanum, Romanum, Arelatēse, & alia multa, quæ soli Iudæi, Pagani, Ethnici, Turcæ, Tartari, & hæretici non credunt his, imo etiam diabolis, qui Concilij eisdem credunt, timorem, & honorem habent, deteriores, fidem non habent, eisque uero Christianissimis Concilijs Christiani omnes non aduersantur, sed consentiunt Orthodoxi omnes ex quibus D. PROSPER dicit: CHRISTI nonne a Chrismate est idest ab unctione: quia ideo omnis Christianus (chrismate) sanctificatur, ut intelligat se non solum Sacerdotalis, & Regiæ dignitatis esse consortem, sed etiam contra Diabolum fieri luctatorem. Idem & ceteri Catholici, quos postremo ordine schismatici sectantur Græci, Armenij, & Hussitæ, vnde Hussus interrogat, itemque respondit in hunc modum: Quare non additur hic (in Extremæ Vnctionis Sacramento) oleo balsami, sicut in Baptismo, & Confirmatione? solutio: Baptismus est intrantium, Confirmatio pugnantium a quibus exigitur bona vita pro se, & fama pro aliis: ideo vnguntur Chrismate consecrato, ex balsamo propter odorem bonæ famæ, & oleo propter nitorem conscientiæ: his autem qui consortio hominum subtrahuntur, sufficit bona conscientia. Istud confirmat alibi etiam Innocentij Papæ sanctione allata hoc pacto: Hæc Simoniacæ hæreseos detestata est sancta Synodus, & anathematizauit: ut de cetero nec pro Ordinatione, nec pro Chrismate, Baptismo, vel Balsamo, quicquā exigatur, statuit, sed quia contra iam dicta, & a Spiritu Sancto Ecclesiæ tradita subrepunt Antichristi grossulę, nunc labore, nunc pastu, nunc cōsuetudine palliatæ: ideo illis Innocentius Papa respondit: Si quis, inquit, quodlibet Sacramentū Ecclesiasticum, ut pote Chrisma, uel Oleum Sanctum, &c. per pecuniam acquisiuit, honore male quæsito careat: emptor, & uenditor & interuentor nota infamiæ percellātur. Atqui Ioannes RoKizana pulchre istud constabilit, & hæreticos istos sugillat, hoc pacto, scribendo: Concorditer datur intelligi, quod hæc obseruantia ritus circa Baptismū emanauit ab Apostolis, & quod hæc ubique per Ecclesias Christianorum debent obseruari inconcusse, & firmiter, sine hæsitate, & c. Patet igitur, quam male faciunt, qui ex incurabilitate, cōtemptu, aut sui Spiritus elatione ipsam sacri Olei, & Chrismatis omittunt unctionem. Hactenus ille.

Regiensis. *Hussus.* *Hussita.* *Chrisma Sāctum Diuina est institutionis.*

Lib sen. ex D. Aug. 5. 341. *ad C. S. Iac.* *Ser. hab. in Syno Prag. ad Cler.* *Cap. 9. de Chrisma.*

CCCXLIX.

Assertores impietatis, & hæresis prædicatores, quos malitia excæcauit adeo, ut minime ab illis nigrum discernant, quod enim diuinum est, censent humanum esse, & humanum credunt esse Diuinum. Chrisma enim Sacrosanctum Diuinitus institutum negant, humanitus uero inuentum asserunt. Imo tamquam rem scandali, & quod multo deterius est, instrumentum idololatriæ impiorum præcones Caluinitæ Ethnicissime abiiciunt, & quod Dei est, Diabolo amasio suo tribuūt. Cum his pugnaciter pugnāt Diui Ecclesiæ Christi Patres inter quos D. EVSEBIVS exempli gratia, per verbum Dei improbat: Parasti in conspectu meo mensam contra eos, qui affligunt me: pinguefecisti in oleo caput meum. palam in his significat mysticam unctionem, & odorum afferentiam, mensæ CHRISTI Sacrificia. Hæc ille Pater Græcus, cui assentit Latinus Pater eoque antiquior Tertullianus, dicens: Exinde egressi de Lauacro perungimur benedicta unctione, de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in Sacerdotium solebant. Ex quo Aaron a Moyse unctus est: vnde CHRISTVS dicitur a Chrismate, quod est unctio quæ Domino nomen accōmodauit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est a Deo Patre, sicut in actis: collecti enim sunt uere in ista ciuitate aduersus sanctum Filium tuum, quem unxisti. sic & in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritualiter proficit: quomodo & ipsius Baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur: spiritualis effectus, quod deli-

Hugonotiti. *D. Euseb.* *Tertul.*

Catech. Caluin. c. 2. *De demōst. Euang. lib. 1. c. 10.* *De Baptis. cap. 7.*

Digitized by Google

ctis liberamur. Cum his autem consentiunt Diui CLEMENS, DIONYSIVS, IVSTINVS, IRENAEVS, CYPRIANVS, & reliqui Orthodoxi CHRISTI proceres. Ad hæc. D. CLEMENS istud acceptum tulit a Diuis Apostolis, qui hoc suis Cōstitutionibus SALVATORE iubente, & uolente statuerunt, & seruandum Ecclesiæ demandarunt. Idem cūcta sentit, probat, credit, & tenet Ecclesia. Extant præterea D. IOANNIS immortalis Apostoli, & Euangelistæ Summi oracula: Vnctionem habetis a Spiritu Sancto. Vnctio docet nos. Quare hanc nimirum unctionem a Christo, a Spiritu Sancto originem, institutionem, & commissionem duxisse CHRISTI fideles agnoscunt, quibus sane quidem adstipulantur Græci schismatis abominandæ rei, deinde Hussitæ, & alii hæretici, quos sectantur quatuor ex Cēturiatoribus, quippe unctiones, quarum mentio ab Apostolo, & Euangelista facta fuit, interpretantur de unctionibus, quæ dantur in Baptismi administratione.

D. Clemēs. — *lib. 7. consil. Apost. c. 42. 43. 45.*

Centuriani sig. — *Cent. 1. in lib. 2.*

In administratione Sacramentorū lumina adhibenda.

CCCL.

Coccius. Ecuardent. — *Lib. 5. ar. 5. de Bapt. & 8. art. 3. & 7. de signif. Eccl.*

D. Ambros. D. Isidor. — *Lib. 1. de S. Trin. De myste. pas. c. 5. Lib. 1. Orig. c. 12.*

Sacramentorum in administratione quorundam, ut Baptismi, Eucharistiæ, Matrimonii, cereorum, & luminum usum nequiter improbant luminibus capti Vigilātius, Hussus, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, & Beza: quos schismatici, Græci, Adiaphoritæ, & Anglicani respuunt, uti Catholici Diuino illustrati Spiritus Sancti fulgore faciunt. Quorum ob rē D. AMBROSIVS: Hinc casti patres, pudicæ etiam matres nouellam per fidem stirpem prosequuntur innumeram hinc sub fidei arbore ab utero fontis innocui cereorum splendet ornatus. D. ISIDORVS: Acolythi Græce, Latine ceroferatii dicuntur a deportandis cereis quando Euangelium legendum est, aut Sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab his & deportantur non ad fugandas tenebras, dum Sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostēdatur, de qua ex Euangelio legitur: erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hæc docētur ab omnibus Orthodis Patribus & Theologis, qui quidem apud se habent illustrissimos Apostolorum Canones, sacratissima Concilia Carthaginense Quartum, Bracarense Primum, Secundum, Toletanum Quartum, Aquisgranense, & alia, Patres Apostolicos, Orthodoxos omnes tam ueteres, quam recentes, consensum omnium populorum, & communem, concordem omnium Christianorum probationem, uetustissimam Ecclesiæ consuetudinem, uenerāda Sanctorum Vicariorum CHRISTI Decreta, & clarissima Scripturæ Diuinæ paradignata, atque traditiones.

Baptisteria in Templis ferenda.

CCCLI.

Casimirus. — *In ec. Ref. art. 8.*

Areopagita — *Eccl. Hier. cap. 4.*

D. Athan. — *In V. S. Simbol.*

Ioannes Casimirus sua hæretica Reformatione nulla Baptisteria in Templis ferenda esse delirauit. Nam ineunte purissima Ecclesia CHRISTI id Ecclesiæ traditum & opprobatum fuit. Proinde D. DIONYSIVS Apostolicus Discipulus sic scriptis commendauit: Purganti Baptisterio iactibus in crucem formati infundens Pontifex palam speculatiuis oculis indicat, ad ipsam usque mortem per crucē IESVM pro Diuina generatione nostra sacro ipso, & qui teneri a morte non posset, descendet, inferna penetrantem. Deinceps D. ATHANASIVS ille Mahnus: Proh scelus, horret animus recplicare, quæ gesta sunt. Virginum, matronarumque ereptus pudor, sanguis ouium CHRISTI, in CHRISTI templo effusus, ueneranda respersit Altaria: Baptisterium pro uoluntate Gētilium pollutum est. Rursum alii Doctores ac Patres ab antiquo improbant Christiani Apostolicis Patribus eruditi, Orthodoxorum omnium traditione muniti, sacrorum, Conciliorum

Digitized by Google

Constantinopolitani Quinti, Arausicani, Ilerdensis, Hispalensis, Antisiodorensis, Vernensis, Rhemensis confirmati, Romanorum Pontificum summa auctoritate aucti, & antiquo Ecclesiæ ritu constabiliti. Deinde probant id Schismatici, Hussitæ, & hæretici alii: quare Ioannes Pzribrauus Hussita his fauere uidetur, cum dicit: Sacramentum Baptismatis in Fonte consecrato cum solitis cœremoniis est exercendum. Bucerus quoque in sua Reformatione hæretica nullam exceptionem facit de Baptisteriis admouendis, unde ea permissa, & probata reliquit. Istud idem de morte Catholico quidam hæretici probant, ex quo in Fonte abluunt infantem, ac Baptisteria in templis retinent Anglicani ministri hæresis Geneuanę ministris hoc testantibus.

Pzribrauus. In Profess. c. 9. Colonienses. In Antididagma. Lib. 1. de S. Trin. Feuardent.

CCCLII.

In Baptismo adhibendi sunt Patrini. Coccius. Art. 12.

Anabaptistæ, & Magdeburgenses, ad Baptismum adhibendos esse Patrinos, Compatres, susceptores, Fidei iussores recusant. Quod inde abhinc, & quingentis annis refutant non solum in Ecclesia Dei Ecclesiastici non tantum recentes, sed & ueteres usque ab Apostolico tempore: Diuus enim DIONYSIVS Discipulus Apostolorum ait: Naturales oblati paruuli parentes puerum uni ex fidelibus tradant, præclaro Diuinarum rerum magistro, sub quo iam puer sit, quasi sub patre Diuino, sanctęque salutis alumno. Hunc itaque Præsul spondentem puerum iuxta sanctam educatorum uitā requirit, ut abrenuntiationem profiteatur. Dehinc eidem tempore sanctitate, eruditione, professione, fide, & martyrio proximus D. IVSTINVS: Digni fiunt pueri Baptismi commodis, fide eorum, qui illos ad Baptismum offerunt. D. HYGINVS Ecclesiæ Pōtifex Oecumenicus: In Catechismo, & in Baptismo, ut Confirmatione unus Patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiēt. Et, ut plurimos præteream, plurimos unius Concilij Oecumenici sub nomine allegabo Veritatis fidelissimi testes: Nemo fidelium cum patre aut matre spirituali matrimonium contrahat, id est, cum patrinis aut matrinis, & qui hoc commiserit, habeatur tanquam Ethnicus. Deinceps Schismatici, Hussitæ, uerum etiam Lutherus, cum dicit: Opponetur forsitan eis quæ dicta sunt, Baptismus paruulorum, qui promissionem DEI non capiant, nec fidem Baptismi habere possint: ideoque aut non requiri fidem, aut paruulos frustra baptizari. Hic dico, quod omnes dicunt, fide aliena paruulis succurri illorum, qui offerunt eos. Ac rursum idem inculcat ac roborat, dicens: Non potest fieri, ut Ecclesiæ fides permittat te perire: non magis certè, quam paruulum, qui alienæ fidei merito baptizatur, & saluatur. Idem Bucerus docet, sed longe clarius, atque etiam nominatim, sponsorum, ac Patrinorum meminit. Huic fauet Oecolampadius, qui Patrinos in Baptismo adhiberi solitos tempore D. Augustini agnoscit. Vltimo loco ministri hæresis Anglicanæ fidei iussores, qui & patrini dicuntur in Baptismate paruulorum habent.

D. Dionys. Cap. 7. D. Iustinus Quæst. 56. D. Hygin. Epist. 1. Lateranēs. Capit. de Bapt. Lutherus. In capit. c. de Ba. De prep. cor susc. Sac. de Eucharist. Canonici Coloniens. In Antid. de Baptis. Oecolampadius. Lib. 1. et 25. de V. D. op. Roff. Anglicani. Apud. Feuard. Theom. Calu.

CCCLIII.

In Baptismo Satanæ renunciandum. Coccius. Artic. 13.

Diabolo, & pompis eius in Baptismo renunciandum, ac insufflandum esse negant Vuolffgangus, Musculus, & Casimirus. A quorū parte minime stant Apostoli, quippe sic docuerunt: Discat cathechizatus, quæ sunt de renuntiando Diabolo, & ascribendo se CHRISTO: oportet enim primum quidem abstinere a contrarijs: deinde uero mysteria ingredi: prius, inquā, cor suum repurgare, eiecta omni maleuolentia, macula & ruga. Et postea participem fieri Sacramentorum, &c. Ergo, qui baptizatur, cum renuntiat Diabolo, recitet hæc: Renuntio Satanæ, & operibus eius, & cultui eius, &

D. Clemēs. Lib. 7. Cōst. Apost. cap. 41 4 42.

ange-

Digitized by Google

Areopagita Hierosoly. *Ec. Hie. c. 2. L. 2. fra. ca tech. 1. my.*

angelis eius,& inuentis eius. Hæc illi, quibus postea subscripserunt Diui DIONYSIVS, CLEMENS, CYRILLVS, qui inquit: Ingressi estis in porticum domus Baptisterij,& stantes uersus Occidentem, mandari uobis audistis, ut protensa manus,tamquam præsenti Satanæ renuntiaretis, &c. Veruntamen audis,quod nutu manus tamquam ad præsentem dicitur: Renuntio tibi Satanæ,doceris mox,& alteram renuntiationis partem addere: Et omnibus tuis operibus. Postea dicis; Et omni pompæ tuæ. Dicis pręterea; Et omni tuo cultui. Cum itaque Satanæ renuntiaueris, & omne cũ illo pactum resciderit,aperitur tibi Paradisus DEI. Hæc ille, quæ comprobat D. EPRAEM; Testatur baptizandos suam fidem coram multis testibus professos esse, ac dixisse: Abrenuntio tibi Satan, & omnibus operibus tuis. Hæc confirmat Origenes, Tertullianus D. BASILIVS, D. CYPRIANVS,& ceteri Orthodoxi, quos admittunt hęretici eo quod illud deriuatum fuit ex traditionibus Diuorum Apostolorum,& spectatissimus Orthodoxorum Patrum,& uniuersus Catholicorum calculus, & Lutheranorum sentina,& aliorum hæreticorum synagoga, ut refert doctissimus, & pariter Reuerendissimus,ac Illustrissimus Cardinalis Robertus Bellarminus, & probant abrenuntiationem Satanæ, & pomparum eius. Postremo Angliæ ministri morem Christianissimum abrenuntiandi Satanæ a Maioribus,ut sapientissime traditus, & ubique locorum religiosissime obseruatus, studiose stricte obseruant.

Syrus. *De pæn. c. 5.* — *Bellarmin.* *To. 2. de Sa. Bap. li. 1. ca. 24.* — *Ecuardent.* *Ib. c. 1. de ... Tim.*

Baptizandi sunt exorcizandi.

CCCLXIV.

Coccius. *Colonia Capitulum.* *D. Cyrillus.* *In brevi ...*

Exorcizandos eos,qui baptizantur non permittunt,ac Ecclesiam contemnunt Vlpianus Iurisconsultus Ethnicus, & eius posteri Iulianus Apostata, Musculus,Caluinus,& hæredes Magdeburgenses cum Bucero, Beza,& Hemingio,quorum perfidiæ Ethnicæ,uesaniæ hæreticæ, & Diabolicæ machinæ aduersantur cum Orthodoxis Ecclesiasticis Diui DIONYSIVS, IVSTINVS,EVSEBIVS,CYPRIANVS, & CYRILLVS, qui hoc admodum approbat,& sæpius ad id hortatur Christianos suscipere, dicens: Exorcismos studiose suscipe,etiam si inspiratus iam scis,& exorcizatus: Salutaris enim est tibi res ista. Rursum: Suscipe Cœlestem thesaurum,& in Exorcismis studiose uerseris assistas Catechesibus,& quæ in illis dicuntur memineris. Et in uetustissimo Laodicœæ Concilio asseritur: Non oportet exorcizare eos,qui necdum sunt ab Episcopis ordinati, neque in Ecclesiis, neque extra domos. Inde in Concilio Constantinopolitano Primo hæc habētur: Primo quidem die hæreticos Christianos facimus,secundo Catechumenos,tertia vero die exorcizamus, & tunc in Ecclesia eos permanere facimus,& audire Scripturam,& tum demum baptizamus. Hoc idem corroboratur in Secunda, in Concilio Romano Primo,in aliis Conciliis,& plura Sanctorum Patrum extant testimonia, tam fide digna,quam ueritate plena,quæ in medium adferre nimium foret superuacaneum. Id tantummodo addam,quod idem cum Catholicis hæretici sentiunt, non tantum olim, sed & his temporibus ut ex Luthero patet: Audis his orationibus,ait,quanto eum gemitu,quam serio Ecclesia puerum adducat,quam expresse fatetur,illum a Dœmone obsideri, filium iræ,& peccati esse. Et alibi. Exi immunde Spiritus, &c. Schlusselburgius eidem fauet; Exorcismus circa Baptismum in multis locis recte,& magno cum fructu, iuxta consuetudinem ueteris Ecclesiæ usurpatur.

Synodus. Synodus. *Can. 6. Can. 7.* — *Concilia.* — *Lutherus. Conradus.* *L. de Bapt. Theol. Cat. l. 1. c. 17.*

Confessio fidei exigitur in Baptismo.

CCCLXV.

Coccius. *Art. 15.*

Confessionem Fidei requiri in Baptismo negat Vuolffangus Muscu-

Digitized by Google

Co loniensis | Coccius. | D. Clemens — lus, cuius dementia fanatica, insolens stupiditas, & superba stoliditas non arridet Catholicismo intemerato, ac sapientissimo, ut puta Apostoli Diui, ac Diui eorum Discipuli CLEMENS, DIONYSIVS, quorum prior nomine Apostolorum ita habet: Post renuntiationem, cũ ascribitur CHRISTO, dicat: Ascribor & credo, & baptizor ingenitum solũ vnum DEVM omnipotentem, Patrem CHRISTI, conditorem & opificem omnium, ex quo omnia: & in Dominum IESVM CHRISTVM vnigenitum eius Filium primogenitum omnis creaturæ, & ante secula uolente Patre genitũ, non factum, per quem omnia facta sunt in Cœlis, &c. Post hanc professionem uenit ordine ad vnctionem olei; Inde posterior; Post trinam abrenuntiationis contestationem, cum tertio se ille, qui baptizandus est, abrenũtiare professus fuerit ad Orientẽ illum traducit Antistes, aspicientemque in Cœlum, atque intendentem manus, CHRISTO, sacrisque omnibus Diuinitus traditis consentire iubet. Postquam ille fecerit, rursus ter illum profiteri monet. Trina uero cofessione peracta rursus ille orans benedicit, eique manus imponit. Deinde D. IOANNES Chrysostomus: Quid uerecũdius illa confessione, quæ ante & post Lauacrum fit? Post hæc sexta Synodo Constantinopolitana ita assertum est: Constitutum est a Sanctis Patribus, vt nullus chrismetur, neque baptizetur, neque a lauacro fontis alium suscipiat, nisi symbolum, & orationem Dominicã memoriter tenuerit. His uero maxime adstipulãtur Diui HILARIVS, HIERONYMVS, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, GREGORIVS, Origenes, Tertulianus, Concilia Laodicense, Constantinopolitanũ Sextum, & alia ex consensu omnium Orthodoxorum quocumque seculo præterito, ac præsenti. Idque nec arridet Bucero hæretico, nec hæreticis Anglorum, imo nec aliis, ut notissimũ est. Hugonotæ quoque nescio qua superstitione, seu quo abusu adhibito, Dominicam Orationem, & fidei confessionem in Baptismate recitant, igitur eam in illo requiri censent.

(Right margin: In Anti. de Bapt. | De Bapt. | Const. Apo. l. 7 c. 4. | Ec. Hie. c. 2 | In ca. 1. ad Eph. orat. 1. | Cap 2. | In 1 d. Tho. Cal. c. 16.)
(Left margin: Chrysostom. | Concilium. | Feuardent. | Tresimmersiones in Baptismo.)

CCCLV.

Trina in Baptismo immersio quam apostoli in Canonibus tradiderũt, & Apostolici orthodoxi una cum Ecclesia Græca, ac Latina toto orbe probauerunt olim ab Eunomianis hæreticis improbata est, modo contempta, antehac autem, & nunc usque ea hæresis iure reprobatur à Catholicis, qui hoc sane ab ipsis Diuorum Apostolorum temporibus traditum susceperũt sic statuentium: Si quis Episcopus, aut Presbyter non trinam mersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in Baptismate, quod dari uidetur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus: in morte mea baptizate: sed: euntes docete omnes gentes, baptizantes nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Hæc illi quibus subscribunt, & assentiuntur Diui DIONYSIVS, ATHANASIVS, CYRILLVS, AMBROSIVS, AVGVSTINVS LEO, GREGORIVS, & reliqui Orthodoxi Patres. Proinde recte asseritur in solemni Synodo Constantinopolitana: Eunomianos, qui in vnam mersionem baptizantur, ad Ecclesiam uenientes admittimus, sed postea baptizamus. Plane concordat Toletanum Synodo Quarto, & aliæ, de quibus hactenus. Hoc quoque a Schismaticis, Iconomachis, Græcis, Moscouitis, & ab hæreticis nonnullis Catholice probatur.

(Left margin: Coccius. | Feuardent. | D. Clemens | Synodus. | Synodus. | Sal in ore baptizati ponendum.)
(Right margin: Art 16. | In sua Tho. | Can. 49. | Cano. 7. | Cap. 5.)

CCCLVI.

Sal in ore baptizati ponendum negat Musculus, & Bucerus. Afferũt Catholici a plurimis iam olim seculis instructi Origenes Hom. 6. in Ezech. D.

(Left margin: Coccius. | Colonienses) (Right margin: Art 17. | In Antidi. de Bapt.)

AM-

Digitized by Google

AMBROSIVS ad Cap.22.in Luc.D.AVGVSTINVS lib. 1. confess. cap. 11.D. GREGORIVS lib.Sacramento. & alij Orthodoxi plurimi. Atque insuper Concilium Carthaginense Tertium Cap.5. de hac re fert testimonium. Post eos vero Lutherus, quemadmodum patefeci. Inde asserit DEVS DEDIT Papa,ac prętermisso Diuo AMBROSO,D.AVGVSTINO inter ceteros Orthodoxos,audiamus Patres illustres Concilij Carthaginensis Tertij,in quo hæc statuere: Placuit ut etiam per solemnissimos Paschales dies Sacramentum Cathecumenis non detur,nisi solitum sal. Asserunt præterea Catholici,& Græci schismatici,inter quos recentiores Gręci eiusmodi utuntur prece: DEVS, & Saluator noster,qui præsens fuisti in Hiericho cum Elisæo Propheta,& amaras aquas sale curasti,ipse nunc benedic Salem hunc,&c.

Lutherus. *Concilium.* *Græci.* *De capt. Babyl. de ex. r unct. Cap.5.* *In Euchola. c.63.*

CCCLVIII.

Tanguntur sputo nares & aures in Baptismo. Coccius.

Tangi in Baptismo cum sputo nares,& aures improbant improbi Musculus,Caluinus,& Beza. Quod probant D. AMBROSIVS, D. PETRVS Chrysologus,Diuus GREGORIVS,D.BEDA,D.HAYMO,D.RABANVS: Tanguntur ei nares,& aures cum saliua,& dicitur illud uerbũ, quod CHRISTVS dixit ad surdum,& mutum: Epheta,quod est adaperire: hoc enim Sacramentum hinc agitur, ut per saliuam typicam Sacerdotis, & tactum, sapientia & uirtus Diuina salutem eiusdem Catechumeni operetur, ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ DEI: ut aperiantur illi & aures ad audiendum mandata Dei: sensuque intimo cordis reponendum. Idem etiam astruunt & ceteri Orthodoxi, Ecclesię Patres, Doctores, & Theologi omnibus seculis spectatissimi,& grauissimi Pzribrauus Hussita,& alij Hussitæ,alijque hæretici,& Schismatici,qui hucusque Baptisma rite Romano usu exercent.

Arti.18. *D. Rabanus* *De Inst. cl. l.1.c.27.* *Hussita.* *In Profess.*

CCCLIX.

Alba uestis usus in Baptismo astruitur. Coccius.

Mundæ,& candidæ uestis usum in Baptismo, uel ipsa tempestate Diui SYLVESTRI Pontificis Ecclesiæ sanctissimi sacrosancta Ecclesia Romana, quæ CHRISTI Ecclesiæ cacumen olim retinuit ac adhuc DEI fauore retinet. Vnde D.CONSTANTINVS Imperator fatetur: Syluester lauato me de uenerabili fonte, inductusque uestibus candidis septiformis gratiæ Sancti Spiritus consignationem adhibuit beati Chrismatis unctione. Hæc quidem propemodum ante mille & trecentos annos contingere, qui nimo talem pietatis mysticæ usum cum antea, tum post probauerunt Orthodoxi iuxta quod fusius Iodocus auctoritate,ac sententia Diuorum DIONYSII,CYRILLVS,AMPHILOCHII,IOANNIS,ZENONIS, AMBROSII, PAVLINI, GELASII Papæ,PELAGII,GREGORII Magni, & plurium aliorum palam demonstrat,utique antiquissimũ, & receptissimum in Ecclesia DEI,quem proterue improbari,ac reiici in contemptum odiumque Ecclesiæ sine hæresis specie nõ potest,hæretice exprobrat Theodorus Beza,recte autem,atque quodammodo Catholice probant simul cũ aliis hæreticis Adiaphoritæ.

Art.19. & l.8.ar.3. & 4.de Si. Ec. *Cæsar.* *In pri. R.E.* *Feuardent.* *In The.Ca.*

CCCLX.

Luminaque in Baptismate adhibentur, probantur. Colonienses. Caluinita.

Lumina,quæ in Baptismate adhibentur cœcus improbat Bucerus,& Hugonotæ cœci cœcorumque ducata. Probant vero Catholici, qui nulla hæresis nota,ac næuo percelluntur,per plurima Concilia,per plurimos Patres, per plurimos Doctores,& per ipsos Diuorum Apostolorum Canones tradita,ac iussa; Canone enim Apostolico ita sancitur: Ne liceat aliquid aliud

In Anti. de admini. Ba. *In Cat. Ca.*

ad

ad Altare afferre, quam oleum ad Luminare, & incensum tempore sanctę oblationis. Rursum: Si quis Clericus, vel Laicus a Sancta Ecclesia ceram auferat, segregetur. Præterea Diuus EVSEBIVS narrat miraculum, quod ad hanc rem satis refert: In Magna, & solemnis Paschatis Vigilia oleum Diaconis, & ministris Ecclesiæ defuisse perhibent. Vnde cum uniuersam multitudinem grauis quædam ægritudo, & demissio animi occuparet, Narcissum ferunt his, qui luminaria approbant, præcepisse, ut aquam ex puteo quodam, qui erat in proximo haurirent, & ad ipsum adferrent. Quo absque mora peracto eum super aquam orauisse, mandauisseque, ut cum uera, & constanti in Dominum fide eam in Luminariorum uasa infunderent. Quod ubi fecerant, contra omnem rationem, incredibili quadam, & diuina uirtute, naturam aquæ in olei naturam commutatam; & pro certo illius miraculi iudicio fratres complures, qui illic erant eo tempore permultum ex illo oleo reseruarunt, ex quo etiam aliquantulum ad nostram vsque ætatem custoditum est. Hæc ille, quæ non crediderunt, nec ueriti fuerunt infideles Ariani, qui hoc miraculum more Ethnico Diabolo Deo suo ascripserunt, quippe qui DEVM verum de DEO uero, lumen de lumine, lumen ter lucidum abnegarunt. Quorum iugulator Diuus ATHANASIVS Magnus inquit: Ista Arianis licentia data, multo tetriora, quam in bello committebant, cum omnia diriperent, cereos Ecclesiæ adolarent. In summa, magna ubique Ecclesiæ depopulatio. Hæc ille, qui & alibi, ut refert Damascenus, dicit: Etiam in aere collocatus sit ille, qui cum pietate diem extremum egit, tamen implorata CHRISTI DEI ope, oleum, ac ceram ad ipsius sepulchrum attendere ne recuses. Grata enim, & accepta hæc DEO sunt, ingensque ab eo præmium referuut. Nazianzenus præterea: Constantius defunctus publicis præconijs, faustisque omnibus, ac celebri pompa deducitur, religiosisque etiam his nostris officijs, hoc est nocturnis orationibus, ac cereorum ignibus, quibus nos Christiani pium e uita discessum ornandum existimauimus. Diuus Insuper AVGVSTINVS Christianissime, ac pijssime ait: Qui possunt aut cereolos, aut oleum, quod in cicindelis mittitur, exhibeant. Possum ad hæc plures ex Sanctis Patribus assertiones, & plures ex sacris Concilijs Sanctiones citare, sed quibus quæ in medium attuli non satisfaciunt, nec si CHRISTVS ueniret, & doceret mundum quemadmodum per hæc sua selecta organa docuit, nequaquam credent. In quorum numero, qui cum Ecclesia sentiunt, recensendi non sunt Schismatici, Girouagi, Iconomachi, ac etiam Adiaphoristæ, & uerisimillimum est quoque hoc idem comprobatum, & more Ecclesiastico factitatum ab aliis hæreticis, quorum nulla apud hos extat de eiusmodi rebus (quantum uidi) mentio. Quemadmodum Anglicani, qui Christianissimam, & religiosissimam immaculatæ Ecclesiæ DEI Romanæ consuetudinem frequenter retinere perhibentur, ac leguntur.

D. Euseb. u — *L. 6. c. 8. Hist. Eccl.*; *Can. 71.*; *D. Athan.* — *Epi. ad om. Ortho. pers. Arian.*; *D. Ioannes.* — *In orat. de defun.*; *D. Grego.* — *Ora. 4. in Iulian.*; *D. August.* — *Ser. 215. de Tempo.*; *Contius.* — *L. 8. ar. 1. de Sig. Ecc.*

CCCLXI.

Circumcisio neutiquam adhibenda est.

Non modo Iudæi, sed etiam Christiani Aethiopes, & Iacobitæ, & quidam recentiores hæretici spreto Concilio Apostolorum, fide, doctrina, & usu pueros circuncidunt ac inter Lutheritas Melanthon impie docet, quod non peccant, qui circumcidunt. Quod semper abhorruere Catholici, ut exempli gratia Diuus EPIPHANIVS: Circumcisio fuit carnalis, quæ deseruiit tempori, usque ad magnam illam circumcisionem, hoc est Baptis-

Pientinus. — *L. dem. sec. Mah. c. 5.*; *Philippus.* — *Loc. com. p. 259.*; *D. Epipha.* — *Hær. 8.*

D. Cyprian. mum, qui circumcidit nos a peccatis. D. CYPRIANVS: Quod circumcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritualis repromissa sit apud Hieremiam hæc dicit Dominus: Renouate inter uos nouitatem, & ne seminaueritis in Spiritu: circumcidite uos DEO uestro, & circumcidite præputium cordis uestri, &c. Hæc non solum Catholici omnes probant, sed & hæretici, ac Schismatici omnes, vt ex hactenus in medium allatis uidere licet. Nihilominus Lutherus, Bucerus, Caluinitæ, & Bezani, & alii tricones, qui contendunt Baptismnm non esse necessarium, infantibus negandum, his nihil prodesse si offeratur, nullum abolere peccatum, Gratiam non conferre, Iudæis ipsis, Turcis, atque hæreticis istis, uel aliis, qui mortuos baptizabant, postponendos reor. De Lap. tit. iod. in T. C. — Lutzēburg. Lindanus. — Cata. her. Lib. 2. Dia.

Baptismus semel tantū datur.

CCCLXII.

Lindanus. Anabaptistæ Donatistarum pronepotes uerbi DEI violatores, Ecclesiæ CHRISTI contemptores, fidei abnegatores, damnatæ hæresis nouatores, impietatis Satanæ fautores, æternæ mortis doctores, animarum perpetui perditores, ac Satanæ cyclopes nocentissimi, bis non semel solummodo Baptismum conferunt suis perditis hominibus, & miseris alumnis. Quos damnat Lutheranorum, Caluinianorum, Trinitariorum, & aliorum pluriū caterua, quod plane quidem a Catholica, quam iniuria, & perniciose persequuntur, Ecclesia actitatum & decretum a D. LEONE Papa, & ab alijs a Concilio Cabilonensi, & ab aliis acceperunt, omnibus seculis in usu habitū toto orbe Christiano approbatum, & Christianissime traditum nouerunt. Quamobrem rectissimo iure uenerabiles Tridentini Cōcilij Patres in tam detestabiles, & exhibilandos hæreticos tale iaculati sunt anathema: Si quis dixerit uerum, & rite collatum Baptismum iterandum esse illi qui apud infideles fidem negauerit, cum ad Pœnitentiam conuertitur, anathema sit. In Tab. genealog. Luth. — D. Leo. Serm. 7. — Synodus. De Bapt. Ca. 11.

Concupiscētia post Baptismū non est peccatū.

CCCLXIII.

Sebast. Me. Post Baptismū delectumque penitus peccatum in paruulis originale remanet fomes, & concupiscentia, quam esse letale peccatum, non autem procliuitatem ad peccatum impudentissime mentitur Lutherus tam execrandæ impietatis auctor, primusque omnium doctor, confictatus quidem semper antehac ab omnibus Orthodoxis Ecclesiæ Proceribus: ex quibus D. PROSPER Orthodoxe asserit: Concupiscentia quamdiu mortaliter viuimur, habeamus, non tamen studio nostræ uoluntatis adiuuemus, & vincimus: quoniam non eam in nobis sentiendo, sed ei consentiendo peccamus: nec ipsa statim, ut nos pulsauerit, uincit: sed si mentem nostrā, (quod absit) de sublimitate propositi sui in consensum peccati deiecerit. Hæc ille ante mille quoque ducentos annos contra Lutherum, cuius quidem sua tempestate ab inuictissimo Roffensi iugulatus est plurimis Scripturæ locis, Diuorum CYPRIANI, HIERONYMI, AMBROSII, AVGVSTINI, Origenis, ac potissime Diuorum Apostolorum PAVLI, & IACOBI auctoritate, & Ecclesiæ Catholicæ doctrina munitissimus, ita ut in ea verba proruperit contra Lutheri insolentiam, & nequitiam; Pudet me profecto toties hæc inculcasse, nisi quod cerno tantam hominis huius esse pertinaciam, vt nisi res cunctis dilucidissima fiat, iste nunquam agnoscet. Et olim his, ut fauere Pelagiani, & postmodum idem ab Cum omni bres de Bapt. c. 16. in 11 har. — D. Prosper. L. 3. de uit. cont. c. 3. — Roffensis. In Ass. Lut. conf. art. 2.

ipso

Lutherus. ipso Husso Lutheri amasio idem reiectus fuit his verbis : Baptismus remouet culpam, confert Gratiam : non tamen remouet fomitem qui est pronitas ad peccandum. Hæc Hussus, quem Lutherus ipse sectatur & seipsum insectatur, suis se confodiens causis docendo fomitem seu concupiscentiam non esse peccatum ad hunc modum : Tanto quis castior non quo quietior, sed quo dolentior se castum esse non posse ut uult. Ideo qui sentiunt se uexari talibus stimulis, non stulta opinione statim datis manibus se se tradant desperationi, quasi non sit castus, qui æstuat medullis, & cogitationibus. Non est perdita castitas cogitationibus talibus : imo nunquam castior fuisti, si tamen sentio te illas inuitum habere. Spiritualis ille homo, idest affectus castitatis, manet & seruat castitatem : licet exterior in membris, & in corde miras excitet procellas. Et infra · Interna concupiscentia nemo caret, & tamen hoc ipso saluamur, quod ei non consentimus. Hactenus Lutherus bene docet, quod ex Ecclesiasticis cellarijs mutuatus est. Ap. Io a Daneut Confs. Aug. eff. 4. confu.

Confirmatio est Sacramentum nouæ legis a Christo institutū

CCCLXIV.

Iodoc. Coce. Confirmationem Secundum esse Sacramentum nouæ Legis acceptum non ferunt hæretici, ueluti sunt Nouatus, Ariani, Donatistæ, Armenij, Flagellantes, Piccardi, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, & Magdeburgenses. Ijsdem contraueniunt Catholici fixi, ac firmi in anchora Ecclesiæ quippe cum sit Apostolo teste columna, & Fundamētum Veritatis, a recto Veritatis calle deuiare nullatenus potest. Vnde tempore Apostolico scribit D. CLEMENS sectator Apostolorum hoc pacto : Omnibus festinādum est, sine mora renasci DEO, & demum consignari ab Episcopo, id est, septiformem Spiritus Sancti Gratiam percipere : quia incertus est uniuscuiusque uitę exitus. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi Spiritus Gratia ab Episcopo confirmatus, quia aliter esse perfectus Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si nō necessitate, sed iniuria, aut voluntate remanserit (ut a B. Petro accepimus, & ceteri Sancti Apostoli præcipiente Domino docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eius, qui eum genuit, Patris. Hactenus ille, qui & alibi adfert in medium Constutiones Apostolicas in quibus eadem his verbis corroborantur. Datur Baptismus in mortem Filii Dei : aqua adhibetur pro sepultura, oleum pro Spiritu Sancto. Vnguentum est Confirmatio professionis. Eadem alias quoque ab ijsdem Apostolis cōfirmantur. Itidem a Diuis DIONYSIO, CLEMENTE, EVSEBIO, AMPHILOCHIO, GREGORIO, EPIPHANIO, CYRILLO, & ceteris Græcis Sanctis, ac doctis Patribus, & à Concilijs Nicæno Primo Laodicēsi, ac Trullensi. Ex Latinis præterea Diuus HYGINVS Papa, ac martyr proximus Apostolicis temporibus floruit anno à CHRISTO centesimo quadragesimo. In Catechismo, & in Baptismo, & in Confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Idem roborant Diui Martyres, & Pontifices VRBANVS anno 220. CORNELIVS 250. FABIANVS 257. & alij multi. Et inter Patres Diuus CYPRIANVS : Parum est eis manum imponere ad accipiendum Spiritum Sāctum, nisi accipiant & Ecclesiæ Baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari, & filii DEI esse possunt, si Sacramento utroque nascantur. Nota, Vtroque Sacramento, id est Baptismo, & Confirmatione. Huic suffragatur admodum Diuus EVSEBIVS Pon. Max. Manus impositionis, magna ueneratione tenendū est: Deinde D. MELCHIADES : Quæsiuistis, vtrum maius esset Sacramentū manus impositio Episcoporum, aut Baptismus, &c. His vero Diui concor-

Margin notes (left): D. Clemens; D. Ignat.; D. Cyprian; D. Melchiades.

Margin notes (right): L. 5. ar. 20. de cōf. & 8. ar. 34. de Si. Eccl.; Epist. 4.; Ap. Iuo. l. 1. & Gratia. de conf. c. 4; Ep. 72. l. 2. ep. 1.; Ep. ad Episc. Hisp.

Digitized by Google

dant AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, & reliqui Orthodoxi, ut demonstrat Coccius, inde Concilia Ecclesiæ Elibertinum, Arelatense Primum, & Secundum, & alia. Huic post illos conueniunt Schismatici, inde hæretici: Hussus ait: Solus Baptismus est intrantium, Confirmatio pugnantium. Vuicleuus: Quæ Sacramenta Dominus per Apostolos promulgauit, vt Confirmationem, & Extremam Vnctionem. De Confirmatione patet in Actibus Apostolorum. Rochizana: Patet quod hoc Sacramentum Confirmationis a CHRISTO processit. Vualdenses: Fide ex Scripturis suscepta profitemur, temporibus Apostolorum illud obseruatū fuisse, quicumque in sub adolescētiæ annis promissa donorū Spiritus Sancti non acceperunt, huiusmodi per orationem, manusque impositionem in Fidei confirmatione suscipiebant. Lutherus: Omnium Ecclesiarum idem Baptismus, eadem Ecclesia eadem Confirmatio. Et alio loco; Vt cetera Sacramenta, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Vnctio.

Hussus. Vuicleuus. Rochizana. Vualdenses. Luther.

Ad c. 5. Ioh. Post 1. Cor. 1. De Sac. c. 1. In conf. fid. Ser. de pote. Papę.

CCCLXV.

Cōfirmationis Sacramentum cōfert Gratiā.

Confirmationis Sacramentum conferre Gratiam iuxta Fidem Ecclesiæ Catholicæ, & Sacrosancti Oecumenici Concilij Tridentini, & aliorum sanctionem negat Lutherus, & Caluinus, asserunt Christianissimi, ac illuminatissimi Patres Orthodoxi, ut pote D. PACIANVS: Lauacro peccata purgātur, Chrismate Spiritus Sanctus superinfunditur. D. AMBROSIVS: Repete quia accepisti signaculum spiritale, Spiritum sapientiæ, & intellectus, Spiritum cognitionis, atque pietatis, Spiritum Consilii, atque uirtutis, Spiritum Sancti timoris: & serua quod accepisti. Signauit te DEVS Pater, confirmauit CHRISTVS Dominus, & dedit pignus SPIRITVS in cordibus tuis sicut Apostolica lectione didicisti. D. THEODORETVS: Sacri Baptismatis mysterium recordare, in quo qui mitiantur, post Satanæ abnegationem, & DEI confessionem, ueluti signo, ac nota quadam regia Spiritalis vnguenti Chrismate inuncti, sub ea uisibili unguenti, speciem inuisibilem Sāctissimi Spiritus Gratiam suscipiunt. Idem præterea ceteri docuere Orthodoxi exordiendo a Discipulorum Apostolicis traditionibus, ab agiographis ueterum Orthodoxorum, & recentium Sanctorum Patrum, ac Theologorum, & a Conciliorum Nicęni Primi, Laodicensis, Trullani, & aliorum sacris Canonibus, & Sanctorum Pontificum Diuorum HYGINI, VRBANI Primi, CORNELII, FABIANI, & aliorum Sanctis Decretis, & doctrinis instructi, illustrati, aucti, roborati, & ornati. His subscribunt non solū Catholici Patres, ac Theologi, sed etiam hæresiarchæ, & hæretici, Vuicleuus, Hussus, & sectator eorum Ioannes Rochizana qui: Secundo, inquit, recipit homo perfectam uirtutem, quasi quoddam augmentum spirituale, et hoc fit per Sacramentum Confirmationis.

Lutherus. Caluinus. D. Pacian. D. Ambros. D. Theodor. Rochizan.

Asser. 1. & in c. Bab. Inst. 4. c. 19. Ser. de Bap. Li. de myst. init. c. 7. Ad c. 1. Cā. De Sac. c. 1

CCCLXVI.

Cōfirmationis Sacramentū a solis Episcopis exercendum. Guilhelmus Lindanus. Pelusiota.

Opus esse, quod ad Apostolorum, Episcopos illorum successores tantūmodo pertineat non esse sacræ Confirmationis Sacramentum asserit Bucerus, ob idque deludere Catholicos non metuunt hæretici: quos uel ipsi hæretici nedum duntaxat Catholici longe proijciunt, & illudunt. Sed primum audiamus Catholicos: D. ISIDORVS: Philippus eos, qui Christiana doctrina in Samaria imbuti fuerunt, Baptismi aqua tinxerat: Petrus autem, & Ioannes Apostoli, ab Hierosolymis ad eos descendentes, Spiritus Sancti Gratiam ipsis porrexerunt. Quod si is, a quo Baptismum acceperant ex Apostolorum classe, & numero fuisset, Spiritus donandi potestatem profecto

L. 1. ep. 450.

ha-

habuisset. At uero baptizabat duntaxat, vt Discipulus: Apostoli autem Gratiam explebant, & perficiebant, utqui huiusmodi muneris tribuendi potestatem, atque auctoritatem Diuino beneficio accepissent. D. DAMASVS: Non licet Chorepiscopis Sacerdotes consecrare, nec Chrisma cõficere, nec Chrismate baptizatorum frontes signare, &c. Quod autem solis Apostolis eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum Sanctum liber Actuum Apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta Discipulis quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum Sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Hinc est quod non modo hi Pontifices & Doctores Ecclesiæ sic senserunt, sed etiam illi, qui longe magis proximi fuere Apostolicis temporibus. Quinimo eisdem Sanctissimis Apostolis ministrarunt, eorumque & sectatores, & Discipuli quoque fuerunt illustres. Quapropter ultro omissis sacris Conciliis Elibertino, Parisiensi, Ferrariensi, Arausicano, & aliis, item Diuo INNOCENTIO Primo, & compluribus pariter Patribus, atque Theologis, duos Discipulos Diuorum Apostolorum celeberrimos protinus in medium adferam. Horũ alter est D. CLEMENS Papa sectator Apostolorum, qui ita ait: Omnibus festinandum est, sine mora renasci DEO, & demum consignari ab Episcopo, id est, Septiformem Spiritus Sancti Gratiam percipere. Alter uero est D. DIONYSIVS ac ipse Apostolorum sectator: Indutum baptizatum ad Pontificem ducunt: Ille diuino, ac deifico prorsus unguento circumsignans, Sacratissimæ communionis participem facit. Illis consentiunt Patres Apostolici, ac Doctores Orthodoxi, Romani Pontifices, Apostolici actus, Concilia plurima, & uniuersa CHRISTI Ecclesia, cui qui non consentit hæreticus esse conuincitur, non minus, quam qui Chrismate caret non est Christianus dicendus, dicente Aurelianensi Synodo sacra: Numquam erit Christianus, nisi Confirmatione Episcopali fuerit Chrismatus. Atque in Concilio Tridentino sancitur: Nil Christianismi tenere Nouatores, quos CHRISTI Ecclesia recidit, ac rescindit excommunicationis sententia: Si quis dixerit Sanctæ confirmationis ordinarium ministrum nõ esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, anathema sit. Hæc Patres Oecumenici Concilii Christianissimi a quorum præterea, ut secundo hæreticos audiamus, sanctione, eruditione, & pronũciato nullatenus abscedit Hussita alioqui hæreticus, in hoc uero Catholice loquens: Nullus potest ambigere, quin Apostoli illud Sacramentum ex Magistri sui institutione didicerunt, ex quo post illius Ascensionem illud exercuerunt. Inde Ioannes Przibrauus: Profiteor credendum, quod Baptizati a proprio Episcopo iuxta formam, & statuta Ecclesiæ, cum Chrismate ab Episcopo consecrato sunt confirmandi. Postremo istud idem omnino probant heresi Angliana detenti qui more de Christiano nullum nisi Episcopo per manuum impositionem confirmatum, & cruce consignatum ad sacram permittunt accedere communionem.

Papa. *Papa.* *Areopagita.* *Concilium.* *Concilium.* *Rochizan.* *Przibrauus* *Feuardent.*

ep. 4. de Ch. ep. *Epist. 4.* *Ex Hier. c. 2. par. 2.* *Ap. Gra. de cons. Chris.* *Sess. 7. de cõf. Can. 3.* *De Sac. c. 11* *Prof. fi. c. 10. ex lod. l. 8. ar. 4. de Sig. Eccl.* *L. 1. de S. T.*

CCCLXVII.

In Eucharistia Caro, & Sanguis Christi exhibetur. *Iodoc. Coco.* *L. 6 art. 1. de Euchar.*

IESV CHRISTI carnem, ac uerum eius sanguinem sub speciebus panis & uini in Eucharistia exhiberi, Caparnaitæ, Simon Magus, Menander, Samosatenus, Nestoriani, Manichæi, Messaliani, Sabatiani, Armenii, Iconomachi, Pauliciani, Berengarius, noui Manichæi, Petrobrusiani, Henriciani, Abailardus, Arnoldus, Brixiensis, Albigenses, Lollardi, Flagellantes, Vuicleuus, Thaboritæ, Piggardi, Lutherus, Carlstadius, Zuinglius, Oecolãpadius, Musculus, Caluinus, Viretus, Campanus, SuenKfeldius, Ioannes a Lasco, Pseudomartyr, Gualterus, Leonardus, Beza, Curio, Ochinus, Aretius Kleinuuitzius, Lauaterus, Hemminguis, Liberinus, Danæus, Hossiander, Simonius, Candidus, Curæus, Alymantius, Thelmanus, Hebanus, Vuolfius, &

Digitized by Google

cetera diabolorum hominum sentina negant. Aduersus hos omnis triumphi, & militiæ Ecclesia, Scriptura, Euangelium Epistolæ, Concilia, Decreta, Canones, Traditiones, Liturgiæ, Patres Græci, Latini, Diui omnes, atq; Doctores omnes Theologi, omnes Orthodoxi, omnesque Christiani quotquot vmquam fuerunt, ac sunt omnes, quos ideo omitam, quod alias profusissime circa quadringenta Doctorum Orthodoxorum Sententias in medium productas discussis, palam demonstraui: Id quod ante me multi perpetrauerunt. At quoniam liber hic nondum editus est in lucem, ideo hic aliquot allegabo Sanctorum sententias, ut Veritas magis roboretur, & falsitas vehementius eneruetur. D. PETRVS in Liturgia sua inquit: Domine Deus noster, qui te obtulisti pro huius mundi uita, respice in nos, & super panem istum, & calicem hunc, & fac eum immaculatum tuum corpus, & pretiosum Sanguinem in perceptionem animarum, & corporũ. D. IACOBVS: Rogamus, ut SPIRITTS SANCTVS adueniens sancta, bona, & gloriosa sua præsentia sanctificet, & efficiat hunc panem Corpus Sanctum CHRISTI tui: & calicem hunc pretiosum Sanguinem CHRISTI tui, ut sit omnibus ex his sumentibus in remissionem peccatorum. Diuus MATTHAEVS: Benedic, sanctifica, munda, & transfer panem in Carnē tuam immaculatam, & uinum hoc in Sanguinem tuum pretiosum. D. MARCVS: Dedisti nobis, Domine, Sanctificationem, in participatione sanctissimi Corporis, & pretiosi Sanguinis unigeniti Filii tui. D BASILIVS: Esfice panem istum Corpus gloriosũ, D.N.I.C. in expiationē culparum, & remissionem peccatorum, uitamque æternam ijs qui sumunt ipsum. D. IOANNES Chrysostomus: Fac panem quidem hunc pretiosum Corpus CHRISTI tui; & quod est in calice isto pretiosum Sãguinem CHRISTI Filii tui, transmutans Spiritu Sancto tuo. D. IGNATIVS: Eucharistiam, & oblationes non admittunt, quod non confiteatur Eucharistiam esse carnē Saluatoris nostri IESV CHRISTI, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitauit. D. IVSTINVS: Non ut communem panem, neque communē potum ista sumimus, sed quemadmodum per verbum DEI Caro factus est CHRISTVS seruator noster, & carnem, & sanguinem salutis nostræ causa habuit. D. IRENAEVS: Quomodo constabit eis, eum panem, in quo gratiæ actæ sint, Corpus esse Domini sui, & calicem Sanguinis eius, si non ipsum Fabricatorem mundi Filium dicant, idest Verbum eius. D. ALEXANDER Pontifex Maximus: In Sacramentorum oblationibus, quę inter Missarum solemnia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut dũ eius Corpus, & Sãguis cõficitur, passio celebretur. D. PONTIANVS Pontifex Maximus: Sacerdotes proprio ore Corpus Domini conficiunt, & populo tradunt. D. CYPRIANVS: Panis iste, quem Dominus Discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotētia Verbi factus est Caro. His uero Ecclesiæ primitiuæ Doctoribus, Orthodoxi omnes, Concilia omnia, & omnis Catholicismus assentiũtur, quibus qui nõ credit, nec uerbo DEI, nec Scripturis, nec Ecclesiæ, nec aliis Doctorib. credit, atque Iudæis, Paganis, Turcis, Tartaris, ac dæmonibus ipsis deterior est, omni infideli, ac ipsis hæreticis peior est: quando quidem Catholicis sententiis subscribũt Pelagiani, Nestoriani, Soldini, seu Soldani, Georgiani, Græci, Ruteni, Vualdenses, Hussitæ, inter quos Pelagius Hæresiarcha: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur; Qui manducat corpus meum, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vnde agnoscere se debet quisque, qui CHRISTI Corpus aut edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus est Nestorius Hæresiarcha: Qui manducat carnem meam inquit. Memores sitis, quod de carne est, quod dicitur, & quod a me non est adiecta carnis dictio, ne uidear illius sinistræ interpretari. Qui manducat carnem meam, inquit, & bibit sanguinem meum. Deinde hæresiarcha Berengarius, qui bis suam abiurauit hæresim, & hoc pacto inquit.

Left margin: Auctor. — D. Petrus. — D. Iacobus. — D. Matth. — D. Marcus. — D. Basilius. — D. Ioannes — D. Ignatius — D. Iustinus — D. Irenaeus. — D. Alex. — D. Pontian. — D Cypria. — Lutzembu. Berengar. B Ioannes. Roffensis. Pelag us. Nestorius.

Right margin: Lib. 4. Def. Eccl. Cat. — In liturg. Rom. — Liturg. S. Hieron. — In Liturg. Æthiop. — Litur. Alex. — Anaph. seu liturg. Eccl. syr. — In liturg. — Epistol. ad Smyr. ap. D. Theod. dia. 3. — Ad Anto. P. Apol. 2 — lib. 4. c. 34 ad hær. — Ep. 1. c. 2. — Epist 1. — De C. D. — Catal her. procem 3 li. 5. con. ut ca lamp. De C. D. c. 1. In o. primo. ad cor. 1. D. Aug. li. de peccat. mer. & al. Quaternio. 4 Cit. alt, Garet.

quit. Ego Berengarius corde credo, & ore profiteor panem, & uinum post consecrationem esse uerum CHRISTI Corpus, quod natum est de Virgine, & uerum Sanguinem CHRISTI, qui de latere eius effusus est. Ioannes Hussus hoc carmen post multa laudat: Nō est panis, sed est DEVS, Homo liberator meus. Qui in Cruce pependisti, & in carne defecisti. Nō augetur, consecratus, Nec consumptus fit mutatus, Nec diuisus in fractura, Plenus DEVS in statura. Caro panis, Sanguis vinum, & mysterium Diuinū, Huic laus, & gloria, in seculorum secula. Pzribrauus: Profiteor credendum, & tenendum ab omnibus firmiter, quod CHRISTVS verus DEVS, & verus homo est, & viuit in Sacramento CHRISTI visibili secundum suam propriam naturam, & substantiam corpoream, & secundum quam resedit in Cœlo, in Dextera Patris. Lutherus insuper sic docet: Docendi sunt CHRISTI fideles, ut credant in pane verum Corpus CHRISTI, & in vino verū Sanguinem CHRISTI. Idem prope passim firmat. Quare Lantgrauius ait: Nemo est qui nō fateatur ibi Corpus & Sanguinē CHRISTI uere percipi. Gastius: Verum in hoc Sacramento esse corpus, vera fides non hæsitat. Oriander: ex Luca manifestissimum est, cum CHRISTVS Discipulis suis Corpus & Sāguinem suū distribueret, Iudam adhuc ad fuisse. Pomeranus: Conuenimus, accipimus (panem) & edimus corpus CHRISTI. Brentius: Leuciēdum est, quod panis & uinum Cœnæ Dominicæ, non sint tantum nuda absensis corporis & sanguinis signa, sed quod sint vere præsentis corporis & sanguinis Sacramenta, per quæ corpus es sanguis CHRISTI uere ac præsentes nobis offeruntur ac distribuuntur: Vuitenbergenses: De substantia Eucharistiæ sētimus & docemus, quod uerum Corpus CHRISTI, & uerus Sanguis eius in Eucharistia distribuatur. Istud vero omnino confitentur Lutherani omnes, & qui Sacramentariis aduersantur hæretici. Quin imo Sacramentariorum dux Oecolampadius his cōsentit: Simpliciter, inquit, & absque hæsitatione credamus adesse, & contineri sub hoc pane uerum Corpus, sub uino autem Sāguinem, &c. carnem itaque & sanguinem CHRISTI adesse, & cōtineri Simpliciter fatemur. Hæc ille qui & si aliter inde scripserit, repressus tamen a Roffensi, scripsit ad ducem Lātgrauium se maluisse, ut manus eius abscissa fuisset, quam in ueritatem Eucharistiæ vmquam scripsisse. Hunc autem est imitatus Melanthon Lutheranus, qui mutata sententia ad Sacramentarios defecit, quod tamen metu exilii nō ausus est confiteri, sed quæ inter multa prius potius confessus est, audiantur: Claris uerbis confessi sumus, nos retinere, & defendere communem doctrinā Ecclesiæ, quod in cœna Domini, consecrato pane, & uino, uere substantialiter, & realiter adsint, & sumantur Corpus & Sanguis CHRISTI. Confitemur præterea nos improbare eos qui negant uerum Corpus & Sanguinem CHRISTI ibi adesse, & sumi, & summopere abhorremus a tali opinione, quæ ex sola humana ratione uenit, sine uerbo DEI. Hæc ille, quæ nō placent Caluino. Deinde de Lutheranis Smidelinus Goppingensis qui de Sacramento Sanctissimo, ac Diuinissimo satis amice sensit, uociferando testatur, illos nunquā dissimulasse schisma de negotio cœnæ, & doluisse illis semper fuisse quosdam qui plus rationi humanę, ac suis cogitationibus, quā simplici, ac aperto DEI verbo tribuerint. Qui sicut diserte affirmat, Carnē suam uere esse cibum, Sanguinem uero uere esse potum, ita uirtute uerbi sui uere etiam, ac præsenter (cum pane, & vino Lutheranissime adeoque hæreticissime dicit) ea distribuit. Demum Henricus Archopæus magistro Melanthone præ indulgentia concordiæ quæ semper discrepat, vult sacramentariam persuasionem posse defendi, eamque refutari, & ad libitum veritatem Eucharisticam credere, ac non credere, & idem quidem citra fidei periculum de ea in utramuis partem cum pace inquiri, & disceptari. Scribit itaque sententiam Catholicam, uerissimam, & Christianissimā in hūc modum: De Eucharistiæ Sacramento hoc inconcusse teneamus, offerri, &

exhi-

Hussus. Hussita. Lutherus. Philippus. Iobus. Lucas. Ioannes. Martinesta. Brentius. Oecolamp. Feuardent. Melanthon. Caluinus. Smidelinus. Tiletanus. Archoppus.

Confes. fid. sua c. 13. Visita. Sacro. In col. Spir. Prap. in lib. Pasca. In An. d. 7 in c. 8. 9. & 10. In cōf. sua. In confes. Ho. 50. to. 2. in Lu. Euang. Concio. de Lucha. In Annot. de Iren. Ep. ad Cal. In conf. sacra. de sacram. cor. et sang. Dom. In conf. Sacra. de Sacram. cor. et sang. Dom. Ep. 32. In ref. Hos. propt. proleg. Bren. Orat. con. Car. Molin. pro Concil. Trident. Def. catechis. Ioan. Mohem.

exhiberi in sacra cœna, uerum Corpus, & Sanguinem uescentibus.

Corpus Christi uerum, et in cœna Domini adhuc nobis exhiberi. Bellarmin.

CCCLXVIII.

Lib. 1. c. 1. de Sacr. Euchar.

Eucharistiam tantum in Cœna Domini confectam esse, uerumque Corpus CHRISTI, & uerum eius Sãguinem semel tunc fuisse datum sub specie panis, ac uini asserit Henricus, ac Petrus Bruis, & asseclæ. Quod quidẽ intactæ Fidei CHRISTI lumine uegetati negant omnino Catholici qui sane quidem maluere credere DEO, DEI verbo, Diuinis oraculis, illustrissimis sacrarum Scripturarum testimoniis, sacrosancto Euangelio, CHRISTO, Epistolis Apostolicis, liturgiis Ecclesiasticis, Apostolorum, ac Apostolicorum Traditionibus, Sanctorum Patrum assertionibus, Orthodoxorum sententiis, Christianorum omnium fidei, omnium populorum, & nationum consensui, unanimi omnium seculorum concordiæ, sacrorum Cõciliorum generalium, & singularium, ac omnium Synodorum Sanctionibus, atque Canonibus, Vicariorum DEI cunctorum sacrosanctis Decretis, SPIRITVS SANCTI doctrinæ, & Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ Apostolicæ, & Romanæ eruditioni, quam hæreticarum delirationum colluuionibus, Caparnaitarum perfidiarum cæcitati, Iudaicarum cæcitatum pertinaciæ, strropharum perniciosarum elenchis, sophisticarum argumẽtationum machinis, sibi inuicem repugnantium hæreticorum fallaciæ, DEO nõ credentium cateruę, uerbum DEI abnegantium conuenticulo, fidei Christianæ abrenunciantium conciliabulo, sacra profanantium sectæ, Ecclesiam CHRISTI persequentium factioni, iuratorum CHRISTI hostium Synagogæ, bestiarum prodigiosarum cohorti, diabolicorum ministrorum pestiferæ cathedræ, histrionum luciferi cauponæ, hæreticarum falsitatũ theatro, reprobatorum dogmatum gymnasio, mendaciorum impudentissimorum scholæ, impiarum blasphemiarum inferno, dæmoniorum disciplinis, spiritus Satanæ doctrinæ, & futuri Antichristi eruditioni. Sed præstat pro solatio fidelium CHRISTI, & dolore fidelium Antichristi priscos Ecclesiæ CHRISTI Proceres audire. D. enim CLEMENS: Qui pretiosu Corpus, & pretiosum Sanguinem IESV CHRISTI participauimus, agemus gratias (inquiunt Apostoli) quia dignatus est nos communione Sanctorum suorum mysteriorum. D. GROGORIVS: Sine pudore ac dubitatione Corpus ede, & Sãguinem bibe, & si modo uitæ desiderio teneris, nec sermonibus a carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de passione habentur impingens. D. AVGVSTINVS: Aliud est a Pascha quod adhuc illi Iudęi de oue celebratur, aliud autem, quod nos in Corpore, & Sãguine Domini accipimus. D. PETRVS Chrysologus: Christus Corpus suum Ecclesiæ transmittit ad mensam, ut esset cœlestis caro manducaturis gentibus ad salutem: Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quemadmodum autem manducatur caro CHRISTI, quomodo & bibitur eius sanguis, norunt illi, qui sunt Sacramentis cœlestibus instituti. Rursum: Miseri, qui quotidie Corpus CHRISTI tractamus, & sumimus, & a nostris vulneribus non curamur. Ex his satis pridem ab omnibus Ecclesiæ Orthodoxis sentiri perspicuum fit. Hæc Orthodoxi aduersus infideles, siue Ethnicos, siue hæreticos a quorum pernicie æterna plurimi emissarii Antichristi, & profligatorum nebulæ ut antea constitit ab illis declinarunt, inter quos nunc pro exemplo sunt Hussitæ, Græci, Lutherani omnes, & aliqui usque hodie Corpus CHRISTI verum ut tunc in cœna DOMINI nunc nobis uere non sensu Caluinistico quem auertat a nobis DEVS, sed sententia demum Catholica exhiberi constanter docent, firmiter credunt, fideliter profitentur, & catholice confitentur. Ex quibus unum ex utraque impietatis dœmoniacæ factione sacramentaria scilicet &

D. Clemens. — Cõst. Apost. li. 8. c. 4.

D. Gregor. — Orat. in S. Pas. 2.

D. Augustin. — Con. lit. lib. 2. c.

D. Petrus. — Pet. lib. 2. c. 37. ser. 95.

Ser. 31.

Luthe-

Digitized by Google

Coccius. Martinus.

Lutherana testimonium in medium producam. Horum alterum est dum sanus esset Oecolāpadius ,hæc scripta reliquit simpliciter & absque hæsitatione, credamus adesse & contineri sub hoc pane,uerum corpus, sub uino aūt sanguinē. Non dico figurā & typū tantū,ut sacrificiū Abel &c. Absit id blasphemiæ,ut tm̄ tribuamus umbræ,quantū huic & ueritati. Alterū uero est q ita testatur Bucerus: Vere & substātialiter adest,exhibetur, & sumitur Corpus Christi,& (porrecto pane)uere adest,& uere exhibetᵉ Corpus Christi. Concio. de ue cor. Christi ex art. c.L.V. ci.in d. lat.

CCCLXIX.

Christi in Eucharistia non multiplicatur. Ioannes. Ioannes. Ioannes.

Oecolāpadius perfidiosissimus,ac impijssimus Sacramētariorū coryphæus asseuerat,absurdū essedogma,ex quo sequatur multos esse Christus si dicamus Christi Corpus adesse vere ī cœna. Quod nō ꝓbāt Catholici: q negare ex hoc dogmate sequi,vt multi sint Christi:idē sētit Hussus dicēs:Nō augetur cōsecratus,& Caluinus hæreticā Oecolāpij opinionē refutās ex professo ait: Audio,qđ verba sonāt:neq; enim mortis tantū,ac resurrectionis suæ beneficiū nobis offert Christus,sed Corpus ipsum,in quo passus est,ac resurrexit. Concludo realiter,vt vulgo loquuntur,hoc est vere nobis in Cœna dari Corpus Christi, ut sit animis nostris in cibū salutarē. loquor vulgari more, sed intelligo substātia corporis pasci aīas nostras,ut uere unū efficiamus cū eo. Hactenus ille. Ceterū Oecolāpadianū absurdū ñ absurde reiiciūt oēs Lutherani,quēadmodū qui ante hac floruere Diui GVITMVNDVS, LANFRANCVS,ALGERVS,& alii,ac postea nr̄o seculo tres Romanæ Ecclesiæ Cardinales Roffensis iugulator Oecolāpadii,Hossius,Bellarminus,& alij plurimi Orthodoxi Patres,doctoresq; clarissimi satis superq; perfecerūt. Ex quorū quosdā ex perātiquis audire libet,nā de recētib. nemo addubitat, quin eadē,quā nūc oēs docēt Catholici orthodoxiam,docuerint. D.BASILIVS ī oīb. Magnus: Qui rursū sedet ad Patris dexterā, Sacrificii tñ tēpore hominū manibus cōtinetᵉ. D LEO ter Magnus in oīb. Cnociliis acclamatus: Qui licet in Patris sit dextera cōstitutus in eadē tñ carne,quam sumpsit ex Virgine,Sacramēta propitiationis exequitur. Sanctus ꝑterea GERMANVS præclarissimus Cōstātinopolitanus Archiepiscopus ait: Post eleuationē statī partitio Diuini corporis fit:verū.n. vero tametsi in partes diuiditur, indiuiduū in singulis partib. sectorū agnoscitᵉ,& inuenitᵉ. D. GVITMVNDVS: Idē quoq; dicimus ēt si mille Missæ eodē tp̄e celebrētur. Nā ita ī singulis totū credimus esse Christū,ut nec plures Christos,nec diuisū Christū faciat,aut Sacerdotū diuersitas,aut locorū. Ex his credimus Christi corpus non multiplicari,sed unum solumque esse quibuscumque locis pluribus sit ac per hoc nullum absurdum inde procedere,quicquid nugatur impudentissimus,mendacissimus,ac impiissimus ab ordine S. BRIGITAE Apostata ,& ab Ecclesia Christi eiectus excommunicatus hæreticus inferno dignus, eoque detentus luce clarissima perspicitur.

Li. de V. D. · De c. D. c. 3 Inr. 1. Cor. · Magnus. Magnus. In Dia. Ep. ad Anatbol. · Archiepisc. Litur. exposit. · D. Guitmūdus. Lib. 1. de uer. Euch. Con. Berēg.

CCCLXX.

Caput sextum S. Ioannis ad Eucharistiam pertinet. Ioannes Hoffmeisterus. Origenes. Tertullian.

Lutherus,Oecolāpadius,Zuīglius,& gregales scribūt totū sextū caput D. IOANNIS nō esse ītelligēdū de Cœna DOMINI,secus habēt Catholici, ut puta D.CYRILVS,HILARIVS,AVGVSTINVS,PETRVS Chrysologus,IOANNES Chrysostomus,THEOPHILVS,& alii Orthodoxi quibus antiquiores ita scriptū reliquere Origenes & Tertullianus: Antea ī ænigmate fuit Baptismus ī nube,& mari,nūc in specie regeneratio est ī aqua, & Spiritu Sācto: tūc in ænigmate erat māna cibus,nūc aūt in specie Caro Verbi Dei est verus cibus: sicut ipse dicit Ioā.6.quia Caro mea uere est cibus,& Sāguis meus uere est potus. Hactenus prior,cui posterior assētitᵉ,dicēs Panē nostrū quotidianū da nobis hodie, spiritualiter potius intelligamus: Christus.n.panis noster est,quia uita Christus,& uita panis. Ego inquit, Io.6.c. panis vitæ. Et paulo supra: Panis est sermo Dei viui,qui descēdit de cœlis. Tū quod & corpus eius ī pane cēsetur: Hoc est corpus meū. Itaq; petendo panē quotidianū,ꝑpetuitatē postulamus ī Christo,& īdiuiduitatē a corpore eius.

Dialo. 2. · In Nu. Ho. lib 7. · Li de Orat. cap. 6.

Digitized by Google

Hactenus antiquissimus Pater, cui succedit D. EVSEBIVS Cæsariēsis: Patris ab illo exhibitus immortalitatē partit, & vitā æternam. Inquit. n. Io. c. 6. Ego sū panis vitæ, qui de Cœlo descendi, & uitā mūdo offero. Et rursus: si qs māducauerit ex hoc pone, uiuet in æternū, &c. Hæc ille sapientissimus Orthodoxus, cui succedit D. BASILIVS Maximus Pater, ac Doctor primitiuę Ecclesiæ præclarissimus qui asserit: Communicare per singulos dies, & participare de sacro Corpore, & Sanguine Christi & pulchrum est, & ualde utile, ipso manifeste dicente Io. 6. Qui edit carnē meā, & bibit meū Sāguinē, habet uitam ęternam. Quis. n. ambigit, quin frequens uitæ participatio nihil aliud sit, quam plurimis modis uiuere? Nos idcirco quater in singulis hebdomadis cōicamus, die Dominico, in quarto die hebdomadæ, in Parasceue, & in Sabbato, ac aliis diebus, si qua memoria fuerit Sancti alicuius. Hæc Orthodoxus Ecclesiæ Pater, cui fauent reliqui Orthodoxiæ studiosi Catholicæ, quos ēt sectatores alioqui impietatis sectantur olim Pelagius, Nestorius, ac recenter Pseudomartyr, Beza, & ipsi aduersarii occultatiores facti Oecolampadius, & Zuinglius nusquā non obiiciunt Catholicis illud, quod eodem capite legitur: Caro non prodest quicquā. Et Lutherus de Eucharistia tractās illud caput in medium producit: ergo procul dubio de Eucharistia scribi attendit. Ac Bucerus a nobis quoque stat, qui multis argumentis caput illud ad Eucharistiam pertinere probat. Accedat quod ipse Oecolampadius sui oblitus non sibi constat, & secum meo quidem iudicio pugnat, cū heretissime scribit: Neque Christus dicit, ut credamus in pane latere corpus, sed memoriā faciamus mortis eius, qa nobis uita cōciliata est. Et Ioānis Sexto. Panisquē ego dabo, caro mea est, quæ pro mundi uita datur. Hæc ille, qui & alibi tria testimonia depromit ex capite sexto D. IOANNIS dicēs: Dū absten ti, & non cōicantes, a cœlesti pane prohibemur, & a Christi corpore separamur, ipso dicente & monente: Ego sum panis uitæ, qui de Cœlo descēdi. Si quis edit ex hoc pane, viuet in æternum. Quando ergo dixit in æternū viuere, si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos uiuere, qui Corpus eius attingunt, & Eucharistiā iure communicationis accipiunt: ita contra timendum est, & orandum, ne dū quis abstentus separatur a Christi corpore, procul remaneat a salute, comminante ipso, & dicente: Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem eius non habebitis uitam in uobis. Hæc ille, quamtumuis alias obgāniat, hoc capite sexto Ioānis, nihil de Sacramentaria manducatione loqui, & impudentissime, ac contra Patres Orthodoxos, D. AVGVSTINVM, CYRILLVM, CYPRIANVM, HIERONYMVM, IOANNEM Chrysostomū, & ceteros recalcitret. Quorū quidē doctrina Catholica, & Orthodoxa probatur Caluinitis hæreticis in hunc modum: Christus nos pascit, & nutrit Carne, & Sanguine suo Io. 6. Hæc illi Sacramentarii aduersus parentes suos scilicet Sacramentarios.

D. Basilius — *Ep. ad Cæsar. Patr.* — *Ioannes.* — *Iudæus loc cius.* — *Gadin.* — *Lib. 8. ar. 7 de sig. Ecc.* — *Oecolamp. secum pugnat.* — *Lib. 3. c. 9. de V. D. in c. ex Roff.* — *Lib. 4. c. 2.* — *Lib. 4. c. 30 apud Roff. aut. Oecol.*

CCCXXI.

Eucharistiā rite sumenti conferre Gratiā negāt Archōtici, Antiasistæ, Mesalliani, Armenii, noui Manichæi, Albigenses, Tandemus Lutherus, Melanthon, Oecolampadius, Zuinglius, Carlstadius, Bucerus, Gualterus, Beza, Musculus, Bauarus, & Tossanus: Aduersum hoc impiæ falsitatis dogma Ecclesię Doctores pugnāt, vt pote Christus, Apostoli oēs, Euāgelistæ quatuor Apostolici Patres Diui CLEMENS, MARTIALIS, IGNATIVS, DIONYSIVS, Orthodoxi, Doctores Diui IRENAEVS, ATHANASIVS, BASILIVS, CYRILLVS, CYPRIANVS, HILARIVS, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, HIERONYMVS, GREGORIVS, &c. quorū aliquot clarissima, ac pariter fidelissima testimonia præstet audire: Clemens Alexādrinus: Eucharistiæ qui per fidē sunt participes, sanctificētur & corpore, & anima. Tertullianus: Caro corpore, & sanguine Christi uescitur, ut anima Deo saginetur. D. IOANNES Chrysostomus: Hic sāguis facit ut imago in nobis regia floreat: hic sanguis pulchritudinē, atq; nobilitatē animæ, quā

Euchar. rite sumenti dat Gratiā Coccius. Luizemb. — *Libr. 3. de Eucharist. cap. 2. Cat. hær.* — *Grȩcus* — *Li. 2. Pedagog.* — *Latinus.* — *De Resur. car. c. 8.* — *Græcus.* — *Hom. 45. in Io.*

sem-

ſemper irrigat,& nutrit, langueſcere non ſinit. Hic myſticus Sanguis dæmones procul abiicit: dæmones enim,cum in nobis Dominicum ſanguinem uident,in fugam uertuntur: Angeli autem concurrunt.Hic ſanguis eſ fuſus,uniuerſum abluit orbem terrarum:hic noſtrarum animarum ſalus eſt: hoc lauatur anima,hoc ornatur,hoc intenditur: hic igne clariorem noſtram mentem reddit, & auro ſplendidiorem. D. LAVRENTIVS Iuſtinianus Venetiarum proto Patriarcha omnium illuſtriſsimus in omnibus: Ex ipſo Sacramento Euchariſtiæ digne ſumentes maximum conſequuntur ſpiritualem profectum. Nam uiuificantur interius, Corpori CHRISTI incorporantur, ſpiritualiter reficiuntur, deuotione augmentantur,dulcedine nutriuntur,caritatis ſcilicet ad Deum,& dilectionis ad proximum,& ſuauitatis in ſeipſos. Fit quoq; ex ipſa ſumptione in illis fomitis mitigatio, Gratiæ collatio,uirtutum roboratio, peccatorum remiſſio, contra Diabolum armatio,ſpei eleuatio,amoris excitatio,fidei commēdatio,Angelica coniuratio,regni cœleſtis largitio, intellectus illuminatio,& omnium bonorum participatio. Hæc Orthodoxus ille, in cuius ſententiā deſcendunt Eccleſiæ Chriſti Orthodoxi omnes,quos inſuper imitantur Schiſmatici, inter quos Lutherus ſic aſſerit: Duos fructus percipimus ex hoc ſanctiſſimo Sacramēto,primum nos efficit fratres,& cohæredes Chriſti,& c. tradit ſalutem, & uitam æternam. Et hūc ſectatus Conradus,dicit: Verbum Dei docet, quod Chriſtus ſeipsū,& omnia ſua beneficia largiatur iis, qui uera pœnitētia, & fide Corpus, & Sanguinē Domini in cœnæ Dominicæ uſu accipiunt. Patres etiam teſtantur,quod participatione Corporis,& Sanguinis Chriſti,remiſſionem peccatorum,ſalutem,& uitam recte utentibus conferat. Demū Oecolampadius ait: Quæ(mihi crede) non maiorem ſolum,ſed etiam morbos omnes depellit: ſedat enim cum in nobis maneat Chriſtus, ſeuientem membrorum noſtrorum legem,pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus ſumus peccatis conſiderat, ſed ægrotos curat, colliſos redintegrat. Et ſicut Paſtor bonus animam ſuam pro ouibus ponit, & ab omni nos erigit caſu.

(Left margin: *Latinus.* — *Lutherus.* — *Schluſſelb.* — *Oecolamp.* *Roffenſis.*)
(Right margin: *De chiſ. & cōfec mon. eſt conu c. 19.* — *De indiu. ſumptio. Sacra. Theol. cal. lib.1.c. 24.* — *De ver. do. l. 4. c 17. et 5. 3 col. Oecol.*)

CCCLXXII.

Mos eſt uietus,irrationalis,inſulſus,inſanus,delirus,lymphaticus,ſycophāticus,ac hereticus apud Græcos ſchiſmaticos et infantibus cœnam Dominicā dandi,quem multis rationibus in caſſum probare nititur hereticorum gregalis, Schiſmaticorum tabula Vuolffangus Muſculus. Ab his uero Orthodoxia Chriſtianæ Eccleſiæ abſcedit & Satanicæ ſynagogæ hereſis in eo quod Orthodoxiæ fauent,morique adſtipulatur catholico,quem tot antea ſeculis Catholiciſmus uniuerſus approbauit,ſcripſit admonuit, ſanctionib. decreuit,rationibus conſtabiliuit,communi doctrina Doctorum omnium, cōi pietate omniū Chriſtianorū, cōi conſuetudine omnium Eccleſiarum CHRISTI religioſe conſtituit,atq; pie auxit. Quare nuper in Cōcilio Trid. ſic decretum eſt. Si quis dixerit paruulis antequā ad annos diſcretionis peruenerint,neceſſariam eſſe Euchariſtiæ Communionem,anathema ſit. ex Sacramentaria caterua Caluinus, Beza, Bullingerus, & alii abacta Hæreſi Orthodoxiam amplectuntur,idq; Catholice tenent,docent, atque defendūt. Et ex Lutherana factione Lutherus ſane dicit: Non recte docent quando pueris communionem neceſſariam eſſe dicunt.

(Left margin: *Infantes non ſunt cōmunicādi.* *Gabriel Prateolus.* — *Muſculus.* — *Coccius.* — *Concilium* — *Lutherus.*)
(Right margin: *Li. 7. nu 15* — *Loc. com de C. D.* — *Seſ. 20. al. 5 de com. can. 4.* — *In fol. 6 c. de Sal. Al.*)

CCCLXXIII.

Laicorū ſub una panis ſpecie communionē approbandā ueluti contra illuſtre D. LVCAE Euāgeliſtæ teſtimoniū, Diuinorū Patrū Traditionē, ſacrorū Cōciliorū Niceni Oecumenici,CarthaginēſisQuarti, Turonēſis, Matiſconēſis Secūdi, Lateranēſis generalis, Cōſtātienſis, Baſilieſis,ac Tridentini ſtatuta, & qđ ſacroſācta Eccleſia Chriſti Catholica Rom. approbatū eſt,

(Left margin: *Cōmunio ſub altera tantum ſpecie approbatur.* *Coccius.*)
(Right margin: *Lib. 6. ar. 3 de Eccl.*)

Eutziburg. nō aprobāt Petrus Dradēsis, Iacobellus Misneusis, Pzribrauus, Nestoriani, Cat. har. Orphani, Iacobitæ, Indiani, Hussitæ, Græci, Zischa, Roclsesanus, Lutherus Melanthon, Caluinus, & Hāmelmānus. Approbant, omnes Orthodoxi, lorica Christianæ fidei armati, & thorace uerbi DEI, & scriptis Actorum Apostolicorū, Ecclesiæque auctoritate, & consuetudine. Vnde D. IOANNES Ho. 16. Op. imp. in Ma. D. Chrysost. Chrysostomus: Dominus in uia non solum benedicit panem; sed de manu sua dedit cleophæ, & socio eius. Et Paulus nauigans non solum benedixit panē sed & de manu sua porrexit Lucæ, & ceteris Discipulis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum est, nec infidelibus porrigendum: quia non solum sanctificatum est, sed sanctificatio, & sanctificat D. Theoph. Ad c. 24. L. accipientem. Hæc ille, cui suffragator est D. THEOPHYLACTVS: Insinuatur, inquit, & aliud quiddam: nempe quod oculi eorum, qui benedictum panem assumunt, aperiunt, ut cognoscant illum. Magnam enim, & indicibilem uim habet caro Domini. Hoc idem D. AVGVSTINVS De conf. Euangel. lib. 3. cap. 27. D. BEDA ad cap. 24. D. Lucæ & ad cap. 20. Act. Apostolorum Isychius Hierosolimitanus lib. 2. in leuit. cap. 9. Ionas Arelatensis lib. 3. de Imag. quibus Caluinus licet aduersarius consensit, docens in Caluinus. Ad c. 20. Act. Apost. Act. 20. Quamuis interdum Hebræis panis fractio cōuiuium domesticum significet, hoc tamen loco de sacra cœna duabus rationibus inductus interpretor. Nam iam ex sequentibus colligere promptum sit, non paucam hominum multitudinem illic fuisse collectam, cœnam priuata in domo posse instrui consentaneum est. Deinde narrabit postea Lucas Paulum non cœnæ tempore, sed mediam demum noctem panem sumpsisse. Huc accedit, quod non uescendi causa cibum dicit cepisse, sed tantum, ut gustaret. Ceterum ut prætereā Sanctissimos, & sapientissimæ primitiuæ Ecclesię Apostolicos Patres D. IGNATIVM, IRENAEVM, CYPRIANVM, DIONYSIVM, & alios Orthodoxos, qui unam speciem probant Catholice, uel susceptam a fidelibus CHRISTI, uel exhibitam a sacris Ministris Ecclesiarum, ad grauissimum sacrosancti Concilij Constantiensis statutum ue Concilium. Sess. 13. nio, quod & in medium libenter adfero: Hoc præsens sacrum generale Cōcilium, in Spiritu Sancto legitime congregatum, declarat, decernit, & definit, quod licet CHRISTVS post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit, sub utraque specie panis, & uini hoc venerabile Sacramentum: tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum auctoritas, ac laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesiæ seruauit, & seruat, quod huiusmodi Sacramentum non debet confici post Cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiuniis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis a iure, uel Ecclesia concesso, uel admisso. Et sicut hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, quod licet in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramētum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, postea a conficientibus sub utraque, & a Laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur: cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum CHRISTI Corpus, & Sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie uini ueraciter contineri. Vnde cum huiusmodi consuetudo ab Ecclesia, & Sanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutissime obseruata sit habenda est pro lege, quā non licet reprobare, aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare, &c. Hactenus Christianissimi Concilij spectatissimi, omnium seculorum Orthodoxi, quibus suffragatores sunt una cum Catholica Ecclesia, uenerabiles toto orbe Concilij Florentini, ac Tridentini Theologi; sic & ipsi religiosissime statuere. Huc autem accedat, quod iam olim ipsi hæretici Manichæi sub specię panis communicabant, ut documento Christiano, rationali pietate, Patrum eruditione scilicet magister impietatis Lutherus perfecit, illud idem totius tamque serio approbauit, similiter Lutherani, & Zuingliani, qui hactenus non plus præstant laicis, quam Ecclesiæ ritus est, cuius præterea extant illustrissima sacrosancti Concilii Oecumeni-

Digitized by Google

ci,cum Basileæ,tumque Constantiæ Diuino nutu celebrati statuta. Quorũ prius ita sanxit Christianissime; Laudabilis consuetudo communicandi Laicum populum sub una specie a Sanctis Patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutissime obseruata, & a Doctoribus Diuinæ legis sacrorum Canonum, atque Sanctarum Scripturarum multam peritiam habentibus, iam a longæuo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiæ ipsam immutare. Hactenus ex ipso Concilio Basiliensi. Huic Decreto subscribit contra impium Lutherum sapientia, pietate, fide, dignitate, & Martyrio illustrissimus Cardinalis Roffensis B. IOANNES Ficherius, dicendo: Necesse est obtemperentur, a quocumque Christiano, quicquid in alijs litteris, aut annalibus contineatur. Sed & posterius Constantiense Concilium Sacerdotibus cunctis inhibuit, atque id sub excommunicationis pœna ne quisquam eorum populum communicaret, sub utraque specie. Insuper hæreticos puniendos decreuit, quicunque suæ sanctioni de communicatione sub una specie contradixerunt. Sed et olim Manichæi in communione alteram dumtaxat speciem, nempe panis, adhibebant, teste D. LEONE Bohemi, deinceps sub una tantum specie Hussi hæresi abiecta communicantur. In Bohemia, inquit Dauid, quam bis in hoc itinere peragraui, Ecclesiæ duabus hoc tempore appellationibus præcipuis notari solent. Aliæ enim, Pontificia omnia sine ulla exceptione retinentes, sub una; Aliæ &c. Sub utraque nominãtur. Hic oculatus testis licet hæreticus palam a Bohemicis ecclesiis quibusdam communionem sub una specie solummodo probari docet. Bestia quoque Brentius duabus de causis approbat alterius tantum speciei dispensationẽ: Nempe si quis per naturam abstemius abhorreat a potu uini: vel præ morbi magnitudine non posset uesci pane. His uero alias etiam causas adiiciunt hæretici alii, ut uidere licet in libro Georgij Cassandri. His præterea Lutherus secum ipse pugnando, pluribus locis suffragatur, etiam allegatis testimoniis Diuinorum Oraculorum D. IOANNIS Sexto, quorum locorũ vnum citabo: Quamuis populo nunc(ait) non datur utraque species, sicut olim, neque necesse est, tamen Sacerdotes utramque sumunt quotidie coram populo, & satis est populum quotidie desiderare, & suo tempore alteram speciem, quantum ordinat, & dat Ecclesia Catholica sumere. Hactenus ille, cui concordat Melanthonis uerbis usus: De Eucharistia iudico, non peccare, qui scientes huius libertatis, & credentes, alterutra signi parte utuntur.

Concilium. Sess. 30. Roffensis. In lit. Luth. Concilium. Assert. conf. art. 16. Sess. 13. D. Leo. ser. 4. de Quadr. Chytraus. Ora. de sta. ec. Brentius. Apol. conf. uni. prat. 2. Cassand er. D. Leo Pri. L. 2. de vest. Ser 4 de Quadrag. Ser. de Eu. epi. ad Boh. ad Ch. nob. in decl. Eu. & de utra. spe co 7 fo. 36. Lutherus. Philippus. L di. 2. con. c. de abr. le.

CCCLXXIV.

Neutrales Sacramentarij, nequam nebulones asseuerant, quod si Conlium statueret sub utraque specie communicandum esse, tum contra, aut sub una specie debeant Laici communicare, aut etiam vtramque reiicere. Hancque hæreticam opinionem Ecclesia in sacrosanctis Constantiæ, Basileæque Conciliis reiicit. Quamobrem Ecclesiæ Bohemicæ alteræ unam admittunt speciem, & alteræ duas, ut in Conciliis permittitur sub una, posteriores uero, ut Chytræus refert, Ioannis Hussi doctrinam secutæ & Basiliensis Synodi tempore Pontifici rursum coniunctæ, & permissu Pontificis in cœna sacra populo quoque calicem distribuentes, verum in doctrina, & ritibus ceteris fere omnibus Pontificiis conformes sub utraque nominãtur. Hæc ille, sed notat, quod non solum Pontifex, sed & Concilium Basiliense communionem sub utraque specie Bohemis permisit, atque indulsit. Vnde Bohemis isti non tantum Hussi doctrinam, sed & Concilii Generalis, & Papæ indultum probauerunt. Quod quidem approbat hæresis Lutheranæ architectus, a quo illi opiniosissimi tricones dimanarunt, quando dicit: Consultum uidetur, quod Ecclesia in communi Concilio statueret,

Standũ esse Decreto Ecclesiæ de cõmunione sub utraque specie. Lindanus. In Tab. gaue. a Luth. Dauid. Ora. de sta. Eccl. Lutherus. Defor. Miss. in Ass ar. 16

Digitized by Google

ret, Laicos sub utraque specie communicandos esse. Quibus uerbis facile docet certę definitionis Concilij plenarij standum, atque parendum esse, ta quo nemo Catholicorum abhorret. Quod quidem expressius astruit: Nō dixit, neque conclusi, neque est intentio mea, ut unus, aut aliquot Episcopi, propria auctoritate incipiant alicui utramqne speciem porrigere, nisi ita constitueretur, ac mandaretur in Concilio generali.

Nullum extat mandatum Christi de utriusq; speciei necessitate.

CCCLXXV.

Ministri f. Auerni. Lutherus. Brentius.

In Conf. Antemar. In Aß. 16. ar. Apol. con. Vnitem. parte 2.

Organa Satanæ impietatis Antuerpiensis ministri communionis dispensationem sub utraque specierum fidelibus omnibus exhibēdam ex CHRISTI institutione, adeoque mandato Luthero, & Brentio uituperosissimis mortalium auctoribus, calumniosissime, ac mendacissime contendunt. Quod plane antehac in Ecclesia tam inauditum, quam incognitum fuit. Namque in sacrosanctis Conciliis Cæsaraugustano Canone 3. Constantinopolitano Sexto Can. 52. Carthaginensi Quarto Cano 26. Basiliensi, Constantiensi, Florentino, ac Tridentino citra ullam hesitationem ita actum, atque statutum est, ac si nulla iussio CHRISTI, nec cōcilium excogitari vmquam posset, quemadmodum de Chimæra inanissima, quam isti impii his temporibus finxerunt. Proinde Patres summopere Venerabiles in eisdem Synodis iuxta CHRISTI institutionem, & uoluntatem Laicis alteram speciem licitissime subruhere duxerunt, sanxerunt, & demandarunt Ecclesiis, quemadmodum ex ijs, quæ in Concilio sacrosancto Basileæ statuta sunt, quæque in medium mox adferam, & manifeste dilucidabo: Decernit, ac declarat Sancta Synodus, quod fideles Laici, siue clerici communicantes, & non conficientes, non astringuntur ex præcepto Domini ad suscipiēdum sub utraque specie, panis scilicet, & vini, sacrum Sacramentum Eucharistię. Sed Ecclesia, quæ regitur Spiritu Veritatis, secum manente in æternum, & cum qua CHRISTVS manet usque ad consummationem seculi ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius Sacramenti, & salute fidelium viderit expedire. Siue autem sub una specie, siue sub duplici quis communicet, secundum ordinationem, siue obseruantiam Ecclesiæ, proficit digne communicantibus ad salutem. Nec ullatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie uini sangis tantum: Sed sub qualibet specie est integre totus CHRISTVS. Hæc in eo sacro Concilio cum quo consentit Concilium Tridentinum. Sancta Synodus declarat, nullo Diuino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes obligari ad Eucharistię Sacramentum sub utraque specie sumendum, neque ullo pacto salua fide dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutē sufficiat. Hæc Orthodoxi Theologi apud Catholicos. Sunt insuper apud hæreticos, ut quidem ferunt, qui prius senserunt, mandatum esse CHRISTI, ut integrum Sacramentum sub duobus Symbolis omnibus dispensaretur, postea mutarunt sententiam, & scripto etiam palam testati sunt, de utriusque speciei necessitate nullum extare CHRISTI mandatum. Quorum auctor designari potest Lutherus, qui secum ipse pugnans ad hunc modum scribit: Non peccant in CHRISTVM, qui una specie utuntur, cum CHRISTVS non præceperit illa uti, sed arbitrio cuiuslibet reliquierit, dicens. Quotiescumque feceritis hæc, in mei memoriam facietis. Hæc ille, qui & alius id idem roborat, dicendo: Quamuis quidem pulchrum esset, utraque specie in Eucharistia uti, & CHRISTVS hac in re nihil tamquam necessarium præcepit, præstaret panem, & unitatem, quam Christus utique prę cepit, sectari, quam de speciebus contendere. Atque iterum inculcat, cum scribit: Non sum auctor, vt Bohemi ad alteram Sacramenti speciem cogantur, sed ut eo, quo uelint modo, relinquātur.

Concilium. *Seß. 30.*

Concilium. *Seß. al. c. 1.*

Tiletanus. *Conf. mini. Ant. confu. c. 14.*

Cassander. *De inst. in. com. lib.*

Lutherus. *Capt. Bab. c. de Euch.*

Digitized by Google

Ad communicationem mensa sedere non licet.

tur. Hęc ille profecto non scriberet, si CHRISTI institutionem, uel mandatum omnes fideles cogere agnouisset.

CCCLXXVI.

Coccius. *Lib. 8. ar. 2. de Sig. Ecc.*

Maior Sacramentariorum pars accubitum mensæ de essentia Sacramenti esse autumant, vnde mensæ assidere solent. Quod iuxta Ecclesiæ probatissimum ritum rationabilem consuetudinem, Christianam pietatē, morem Propheticum, Apostolicum, Euāgelisticum, quam ueri adoratores a CHRISTO prædestinati, ac prædicti CHRISTO DEO vero, & solo exhibent, quando in Eucharistia præsentem adesse Dominum DEVM, & Saluatorem nostrum IESVM Christum Christianissime credunt, religiosissime docent, rectissime confitentur, explodunt sacri Doctores. D. CYRILLVS in exemplo est: Post communionem Corporis accedo ad calicem sāguinis illius, non extendens manus, sed pronus ad orationis in modum, & uenerationis, dicens: Amen. D. IOANNES Chrysostomus: Adora & cōmunica. D. AVGVSTINVS: Diuites & ipsi quidem ducti sunt ad mensam de Corpore & Sanguine eius: sed adorant tantum, non etiam saturantur; quoniam non imitantur. Ecce nefas est sedere in mensa, sed fas tantum est adorare procidere ante Dominicam mensam. His autem tanis Orthodoxi fauent, & insani multarum hæresum magistri, in hac sane hæreticos suos erudientes Hussitas Hussitæ, Lutherani Lutheranos, & aliis similes non absimiles, quorū unus est Musculus qui optime affirmat eos pueriliter desipere, qui ad communicationem cœnę exemplo CHRISTI mensæ accumbunt.

D. Cyrillus. *Myst. cat. 5* — *D. Ioannes.* *Ho. 61. & 3. ad Ephe.* — *D. August.* *Ep. 120. c. 27.* — *Musculus.* *Loc. com. c. Coe. D.*

Corpus Christi Cœnę Dominica adest.

CCCLXXVII.

Danęus. *Con. Selnec. pag 9.*

Lambertus Danæus Leuiathan frater ait Corpus CHRISTI tam esse remotum a nobis, quātum cœlum ipsum sit a terra. Quod Catholici Christi fideles non affirmant, qui fideliter præsentē credunt esse CHRISTVM iu Cœna Dominica, quemadmodum ex eorum Doctoribus dignoscere licet: Origenes dicit: Volo uos admonere religionis vestræ exemplis: Nostis qui Diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cum suscipitis Corpus Domini, cum omni cautela, & ueneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. D. PROCLVS Patriarcha Constantinopolitanus: Per has preces Spiritus Sancti aduētum expectabant, ut eius Diuina præsentia propositum in Sacrificium panem, & uinum aquæ permixtum ipsum Corpus, & Sanguinem Saluatoris nostri IESV Christi efficiat. D. PETRVS Chrysologus: Miseri qui quotidie Corpus Domini tractamus, & sumimus, & a nostris uulneribus non curamur. Gregorii item Papa Nonus: Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus homo Saluatur. In qua idem ipse Sacerdos est & crificium IESVS CHRISTVS: cuius Corpus & Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & uini ueraciter continetur. Concilium Lateranense Generale: Christi Corpus, & Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & uini veraciter continetur. Ex quibus Corpus Christi vere simpliciter, & in uera naturalique substantia, & essentia vere in Eucharistia adesse præsentem, fideliterque exhiberi plane discitur, id quod hi Patres Orthodoxi, sicut, & ceteri fidelissime tradunt, a quorum verissima Christianorum omnium sententia non abscedunt Græci, nec Hussitæ, neque Lutherani, nec Beza quidem (ut uidetur) ipse, qui dicit: Meræ sunt calumniæ, cum nobis Brentius impingit, quod sentiamus Christi corpus a Cœna abesse, & quidem quantum abest Cœlum a terra. Sic insuper apud Electorem Palati

Origenes. *Ora. 13. in Exo.* — *D. Proclus.* *De trad. diuin. litur.* — *D. Petrus.* *Ser. 31.* — *D. Gregor.* *L. 1. Dec. c. 1.* — *Concilium.* *Cap. 1.* — *Beza.* *Con. Brem. p. 620.* — *Copus.* *Dial. 6.*

num,

num professus est, non solum Geneuensium, sed etiam Tigurinorum nomine, uerum, reale, & substantiale CHRISTI Corpus in Eucharistia, uere, realiter, & substantialiter adesse.

Corpus Christi potest simul plurib. locis cōsistere.

CCCLXXVIII.

Feuardent. Gregales perfidiosissime impietatis, & Ethnicissimæ, & Turcissimæ perfidiæ asseueratores Oecolampadius, Zuinglius, Caluinus, Spina, Rosierius, siue Suræus, & alij passim flagitiosissimi mortalium Sacramentarii, qui nec Omnipotentiam DEI credunt, neque Scripturis Diuinis, neque Euangelistis, neque Apostolis, neque Angelis, neque Ecclesiæ, neque CHRISTO, neque ipsi DEO per hos ac per se cum CHRISTO loquenti fidem ullam habent, quando DEVM nō posse ullo modo facere, ut Corpus CHRISTI duobus locis constat, affirmant. Negant autem id Orthodoxi omnes, qui Corpus CHRISTI pariter esse Cœlo, & in pluribus sacrorum Altarium locis eodem tempore procul omni controuersia rectissime crediderunt, cū idem esse in Sacramento Eucharistiæ CHRISTO teste, ac uere in eo adesse præsentem religiosissime tradiderunt. Istud indicat D. AMBROSIVS quando asserit: Singuli accipiunt CHRISTVM Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Ac D. AVGVSTINVS: In Sacramento sic fit, unusquisque accipit partem suam, & per partes manducatur, ne hoc quidem impedit eius integritatem. D. ALGERVS: (Lindanus in Panoplia Euangelica, & alii Diuum asserit, alii nulla causa a Diuis excipiunt, dum Algerum duntaxat uocari uolunt.) Cum Angeli modo habeant, ut quantacumque interualla locorum, nullo fere temporis interuallo, nimia sua celeritate pertranseant: non tamen hoc habent, ut unde recedunt, ibi remaneant. Quo priuilegio sola caro CHRISTI, quæ super omnem creaturam a Deo exaltata est, super omnem & præter omnem naturam insignita est: ut per omnipotentiam, quæ ei data est in Cœlo, & in Terra, vbicunque, quomodocumque sibi placuerit, non de loco ad locum transeundo, sed ibi ubi est, remanendo, & alibi ubicunque uoluerit existendo, tota, & integra, & substantialiter sit & in Cœlo, & in Terra. Hactenus de Catholicis, quibus plane assentiunt Vuiclevitæ, Vualdenses, Hussitæ, Græci, atque ultra ceteros Lutherani ipsi agnoscunt Omnipotentiæ Diuinæ miraculo fieri, ut idem Corpus CHRISTI adsistat, simulque recipiatur in multis locis. Ceterum Sacramentarius alioqui spurcissimus, mortaliumque impudentissimus Beza perspicuis dilucidisque uerbis docet se cum sua succuba teterrima Candida multis simul & semel locis posse consistere: Humanum potius debes deponere nomen vna simul gemino quæ potes esse loco. Hæc ille, qui aliubi serio adhuc contra Sacramentarios suos, uersus hos poetatur: Heu uos aduoco, uos acres sophistas, Fallaces querulosque homunciones, Qui posse hoc fieri simul negatis, ut quis victitet in locis duobus. Tandem uero loqui o tenebriones, Discite, & fieri uidete posse, Posse quod simul negatis.

L. 1. de Trin. Thc. & l. 2. c. 1. de S. T. perfec.

D. Ambros. *Pra. Mi. D. om. S. P. Ep.*

D. August. *Ap. Alg. l. 1 c. 15. de Sa.*

D. Algerus. *De Sacr. li. 1. c. 15.*

Beza. *Poem. in Eleg 6.*

Epig. de amicitia cū Trucbon.

Christus in eucharistia adorandus est.

CCCLXXIX.

Coccius. CHRISTVM in Eucharistia præsentem adorandum esse negant inique Donatistæ, Suriani, Coterelli, Albigenses, Beguardi, Beguinæ, Vuicleuus, Piggardi, Caluinus, Stembergius, Beza, Boquinus, Heerbrandus. Contra quos pugnant agmina Christiana omnia quorum prǽclarissimi duces Sancti Patres egregia sapientia, & excellenti sanctitate præstantissimi CHRISTVM in Eucharistia præsentem adorandum esse pijssime tradunt inter

Art. 7. l. 6. de Euch.

hos

Digitized by Google

D. Cyrillus. hos nõ infimum tenet locum D. CYRILLVS Hierosolymitanus Patriarcha: Post cõmunionem Corporis Christi accedo ad calicem Sanguinis illius, non extẽdens manus, sed pronus adorationis in modũ, & uenerationis dicens; Amen. D. IOANNES Chrysostomus Patriarcha Constantinopolitanus: Adora, & communica. D. HIERONYMVS: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Multæ de scabello opiniones sunt, sed his Propheta Corpus Dominicum dixit: in quo Maiestas Diuinitatis tanquam super scabellum stari, Sanctum enim eum dici docuimus. Quod autem adorari debeat, eo ascendente Apostoli docuerunt, cum adorantes egressi sunt in Hierusalem. Idem ibidem interpretatur D. AVGVSTINVS & adijcit a nemine carnem CHRISTI, quam ex Virgine suscepit, & nobis manducandum (ut ipse loquitur) dedit, nisi præuia eiusdem adoratione: Nemo (asserit) CHRISTI carnem manducat nisi prius adorauerit. His equidem concordant Diui DIONYSIVS Ecc. Hier. c. 3. AMBROSIVS Libr. 3. de SS. c. 12. & alii, quo qua uetustissimi, sapientissimi, sanctissimi Patres, Doctoresque Orthodoxi, antiquissimus Catholicorum omnium cultus, & vniuersa Christi Ecclesia, ac insuper Orthodoxi Primates Ecclesiæ CHRISTI in vniuersali Concilio Tridenti, in quo sic sancitur: Si quis dixerit in S. Eucharistiæ Sacramento CHRISTVM vnigenitum DEI Filium non esse cultu Latriæ etiam externo adorandum: atque nec aliqua peculiari celebritate uenerandum: neque in Processionibus secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem solemniter circumgestandum, uel publice, ut adoretur populo proponendum, & eius adoratores esse idololatras, anathema sit. Hæc illud, cui constantissime consentiunt præclarissima Catholicorum agmina, stantque Schismatici omnes, Hussitæque cuncti, quorum antesignanus dicit: Nos adoramus Corpus CHRISTI, & Sanguinem in Dextera DEI Patris existentem, & in Venerabili Sacramento, quod Sacerdotes conficiunt absconsum, & sic scimus quod adoramus. Et alibi: Eucharistia magis a Fidelibus ueneranda, quam aliorum Sanctorum reliquiæ. Ac Ioannes RoKizana hæreticus Hussi sectator Catholice inquit: Quicumque non afficiuntur ad bene iucundum, secundum obseruantiam mandatorum DEI, & non afficiuntur ad colendum, venerãdum, adorandum Corpus CHRISTI in Sacramento, & scripto gaudendum, magno gaudio, cum magno timore, & amore, tales non sunt de vera & uiua fide: Et vel ueram fidem non habent de hoc Diuinissimo Sacramento, uel si habent, habent mortuam sine operibus, & sine spiritu uiuificãte. Et Lutherus Hussi gregalis dicit: Omni studio, ac uigilantia magnifacienda sunt, & honoranda Sacramenta, maxime Sacramentũ Altaris. Et alibi: Et si in cœna Dominica nihil aliud porrigeretur præter panem & uinum, sicut Sacramentarii blasphemant: tamen est ibi promissio, & vox Diuina, & Spiritus Sanctus per verbum in Cœna? idepque decebat nos cum reuerentia accedere. Quanto uero magis id fieri pars est, quando credimus adesse verum Corpus, & uerum Sanguinem cum uerbo. Ac iterum: Cum hoc uerbum recte consideratur, ac traditur, tum adoratio ipsius Sacramenti meridiana luce clarius elucescet: nam qui credit CHRISTI Corpus, & Sanguinem ibi esse, quemadmodum, & clare demonstratum, & ut credamus omnino necessarium est, hic profecto non poterit Corpori, & Sãguini CHRISTI debitam reuerentiam denegare absque grauissimo peccato. Nam omnino fateri cogor ipsum CHRISTVM esse præsentem, quando ipsius Corpus, & sanguis adsunt: illius uerba nequaquam mentiuntur, nec ipse a suo sanguine recessit, adeo ut etiam cum in sepulchro iaceret, CHRISTVS tamen omni honore dignus esset. Et rursum: Procul dubio inulta non manebit inhonoratio, quæ corpori, & Sanguini Domini fit. Idem crebrius ille astruit. Item Georgius Anhaldinus princeps confirmat istud, scribit enim se de hoc Fidei articulo, anno 1541. cum Luthero contulisse,

Marginalia (left): D. Ioannes. D. Hieron. D. August. Concilium. Hussus. RocKizana. Lutherus. Anhaldinus.

Marginalia (right): Mystagog. Catech. — Ho. 61. ad Antioch. — Ad Ps. 98. — In Ps. 98. — Sess. 13. — Tra. de om. san. Ch. glorifica & cõ. Bul. Papa. — Tra. de sep. Sac. ca. 12. Ser. — De Prep. ad mor. Cõ. 4. de ver. S. — Ad c. 47. G. — Ep. ad vna. — Ser. de trip. iust.

Digitized by Google

varijsque argumentis demonstrasse CHRISTVM non minus in Eucharistia adorandum esse, quam Spiritum Sanctum, si uideret ipsum se specie columbæ de Cœlo descendentem. Quod si uideret, ait, in genua prouolutus, manibusque in Cœlum leuatis, dicerem: Sancte Spiritus miserere mei. Nonne idem mihi igitur faciendum est coram uenerabili Sacramento, ubi CHRISTVS præsens adest? Deinde Timotheus Rirchenerus dicit: Cum in ea credamus adesse uerum Corpus & Sanguinem cum Verbo: sic enim Patres adorauerunt DEVM, aut promissiones DEI, earumque signa, sic bonum est, quod Sacramentum Altaris colitur inflexis genibus, quia ibi est uerum Corpus Domini, Brentius denique fidem profert Lutheranam, dicendo: Confitemur CHRISTVM Filium DEI semper & ubique, siue in Cœlo, siue in Terra, siue in Eucharistia, siue extra Eucharistiā adorandum esse. Nouissime Ministri Anglicanæ impietatis, & adorandum censent, ac flexis genibus deuexi, ac deuoluti excipiunt, excipere scilicet credunt.

Rirchener. — *In Thes. fol. 586.* — *Brentius.* — *In Apo. cōf. Vuit per. 7.* — *Angli.* — *Feuar. l. de S. Trin.*

CCCLXXIX.

[S]ūptus qui fiunt ad honorē sacrosā[c]ta Euchari[s]tia probantur. — *Coccius.* — *L. 6. de En.*

Diuini honoris hostes perpetui improbissimi Satanæ gregales Ariani, Iulianus Apostata, Donatistæ, Manichæi, Messaliani, Petrobrusiani, Albigēses, Taboritæ, Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus, Pseudomartyr, Beza, Casimirus, & alij sacrilegi Deitatis osores, ac Diaboli amasii. Quos quidem Diuini honoris protectores, atque uere Deitatis in Spiritu, & Veritate cultores uerbo DEI instructi, maximæ impietatis, Ethnicæ, & Diabolicæ prauitatis condemnant. Proinde Spiritu Sancto auctore Ecclesiæque CHRISTI perenni Doctore Episcopi rectores Ecclesiarū, summi Pōtifices quos SPIRITVS SANCTVS ad regendam, & ornandā Ecclesiā posuit, per Decreta Conciliorum, & per Canones multa diuerso tempore instituerunt, utputa uasa argentea, aurea, thymiamata, & cetera eiusmodi, atque etiam solemne Festum ad honorem corporis Dominici, quod habet Eucharistia Sanctissima, quot annis celebrandum, statuerunt. Ad hæc Fideles CHRISTI pio laudabiliq; animi affectu æquo iure multos sumptus sacrosanctæ Eucharistiæ impenderunt, impendunt, multaque conferunt, atque liberaliter ad tanti Sacramenti magnificentiam, & honorificentiam condonant, atque minime Hussus reprobat, neque Hussitæ, a quibus non omnino discrepant Adiophoritæ stolidi Lutherani, qui herbam una manuum Luthero hæresiarchæ, altera Patriachæ Ecclesiæ DEI Pontifici Maximo porrigunt. Postremo Oecolampadius summe pertinax, & perfidiosus honores erga tam magnificum CHRISTI Sacramentum probat, & videlicet suppositione, si caro CHRISTI in pane iuxta hæresim Lutheranam &c. in panis speciebus secundum Orthodoxiam Christianam extat. Sic enim scribit perfidiæ filius: Quod si omnino adorabilis in pane caro est, non fuerunt imprudentes, qui profusioribus sumptibus Eucharistiam ornant quique (criminatur Iscariotice, & calumniatur hæretice) neglectis pauperibus, & uiuis DEI templis, quicquid odoramentorum, florum, auri, thymiamatum, & gemmarum in illam contulerunt.

Oecolāpad. — *L. 3. c. 5. de u lo. in cen. ap. Roff.*

CCCLXXX.

In pane azimo vere Christi Corpus conficitur. — *Sebast. Mt. Nicolaus Laghus.* — *Lu. om. her. En. 68.* — *Mira. Sacr. lib. in prim.*

Græcorum, Armeniorum, Nestorianorum, Rutenorum, & Indianorum Schisma improbe sentit Sacramentum Eucharisticum in azimo pane confici non posse, & Pepusitæ, seu Pepusiani, non nisi

in sanguine infantis farinæ mixto consecrari posse Eucharistiam autumabant,& Tarboritæ in pane simul,& caseo: reijciunt id quicumque laudabiliter, & simul cum omnibus Orthodoxis Ecclesiæ CHRISTI Patribus senserunt,tandemque istud idem Christianissime in Oecumenica Sancta Synodo Florentina statuerunt Orthodoxi Catholici. Quos Patriarcha Constantinopolitanus Gennadius sapientissime, & doctissime defendit, idque auctoritate Diuorum Euangelistarum MARCI 3. LVCAE 2. IOANNIS, MATTHAEI,& Sanctorum Patrum Chrysostomi, Damasceni, & aliorum efficit,multisque itidem rationibus robuste roborat. Hoc omnes probant Catholici,qui certissime credunt in azimo veram confici Eucharistiam rectissime licere,& non modo peccare,qui ita perficiunt iuxta cõsuetudinem totius Ecclesiæ CHRISTI,sed & eos potius, qui aliter conficiũt, uel hunc damnant ritum conficiendi in azimo procul controuersia mortifere peccare. Hæretici porro Græci quidam,Hussitæ,Lutherani, & alii omnes scriptis suis illud reprobatum reliquerunt. Istud idem quoque exempla eorum,mores,& consuetudines testantur.

Gennadius. Def. Syn. Flor. lect. 1. 2. &c. Carthusia. Ioannes. In Su. F. O. lib. 4. Ap. Crad. de Eccl.

CCCLXXXI.

Christiana uerborũ pronunciatione eucharistia requiritur. Medices. Alberus. Su. om. har. Euc. har. 3. cont. Carlſ.

Peccant omissa institutione, seu forma uerborum Christiana Vualdenses septies Dominicam recitando Orationem consecrare Eucharistiam credentes,& postremo seculo Ioannes Boraldius Leidensis CHRISTI uerba: Hoc est corpus meum adeo ferre non potuit ut iis,cum suo ritu Cœnam celebraudo,plane non uteretur: quos quidem hæretici recentiores,qui uerba quæ ad consecranda Sacramenta necessaria non putant,imitantur. Sed Catholici omnes ab Apostolis eruditi,ab Apostolicis Patribus admoniti,a Sanctorum Doctorum Traditionibus roborati, ab Ecclesiæ auctoritate aucti, & a CHRISTI uerbis,& iussis constabiliti eisdem Christianissime aduersantur,quorum loco locus,ac testimonium D. AMBROSII Luculentissimum sufficiens esse cuiquam Orthodoxo esse potest,ac debet,dicentis: Tu forte dicis: Meus panis est usitatus, sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum,ubi accesserit consecratio,de pane fit caro CHRISTI. Hoc igitur astruamus quomodo potest, qui panis est,Corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur, quibus uerbis est, & cuius sermonibus? Domini IESV. Nam reliqua omnia, quæ dicuntur, laus DEO defertur: oratione petitur, pro populo, pro Regibus, pro ceteris: vbi uenitur, ut conficiatur uenerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos,sed utitur sermonibus CHRITI. Ergo sermo CHRISTI hoc conficit Sacramentum. Quis sermo CHRISTI? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est Cœlum. Iussit Dominus, & facta est Terra. Iussit Dominus,& facta sunt maria. Iussit Dominus,& omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo CHRISTI? Si ergo tanta uis est in sermone Domini IESV,ut inciperent esse, quæ non erant: quanto magis operatorius, ut sit quæ erant, & in aliud conuertentur? Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat, sed audi dicentem: Ipse dixit,& facta sunt ipse mandauit,& creata sunt. Ergo tibi ut respondeã non erat Corpus Christi ante consecrationem. Sed post consecrationem dico tibi,quod iam Corpus est Christi,&c. Hactenus Pater Orthodoxus ceterorum sententia, ac nomine in medium productus contra impios perfidiæ Ethnicæ,ac Iudaicæ filios,quos etiam ipse quidẽ Berengarius,ipsi Græci,ipsi Husitæ,& alij plerique reos erroris conuincunt hæretici, inter quos digne a Gennadio Patriarcha doctissimo uituperatus hæreticus, ac schismaticus satis impius Marcus Ephesius de verbis consecrationis, quæ in Liturgia sacra apud omnes Christianos, & schismaticos hæreticosque

D. Ambros. L. 4. de Sac. c. 4. Gennadius. Ephesius. De sess. ult. Flor. De Euch.

Digitized by Google

suos recitantur consensu, inquit, & nos ad memoriam rei tum gestę reuocarêtium, potentiamque quasi eiaculari in proposita dona ad transmutationem: quæ autem consequitur postea, orationem, & benedictionem Sacerdotis reipsâ transmutare iam dona in ipsum prototypon illud corpus, & sanguinem Dominicum. Hæc ille, idem Schismatici alii, & hęretici complures. Proinde ex Hussitarum secta illustrem protulit Hussus confessionem: Quicquid, inquit, CHRISTVS IESVS per se Apostolis, & per ipsos, & per alios sanctos Doctores tradidit, & quicquid tenet Sancta sua Romana Ecclesia de hoc Sacramento uenerabili, hoc firmiter est credendum. Ac Lutherus cum suis symmistis Hussitæ iuxta mandatum CHRISTI, verba cõsecrationis: Hoc est Corpus meum, Hic est sanguis meus, non aperte, ut Vuitembergæ, sed tacite pronuntiant.

Hussus. *Li. de C. D. c. 2.* *Lutherus.* *In coll. Ger. c. de S. Alt.*

CCCLXXXII.

In Eucharistia panis in carnem, & uinũ in sanguinẽ Christi conuertitur.

Post consecrationem panem, & uinum adhuc remanere asserit Berengarius, asseruerunt Vualdenses, eisdem assentit Vuicleuus, idem asserit Vuicleui alumnus Lutherus, & Lutherani sui gregales, qui non recipiuntur ab Ecclesia quam quidem attendo, quemadmodum Hæresi huius libri ex ordine Prima attendi, ac euucleaui. Quamquam in hæreticorum perfidiosissimorum, & contentiosissimorum confusionem, & ignominiam duo tantũmodo illustrissima, & grauissima Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ, Apostolicę, Orthodoxæ, ac Romanæ testimonia in medium afferam, quorum alterum ex generali Lateranensi Concilio sit promam: CHRISTI Corpus, & Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur, transubstantiatis pane in Corpus, & uino in Sanguinem potestate Diuina, ut ad percipiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Hæc ex illo, cui alterum subscribit Tridentinum. Quoniam CHRISTVS Redemptor noster, corpus suum id, quod sub specie panis offerebat uere esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia DEI fuit, idque num denuo Sancta hæc Synodus declarat, per Consecrationem panis, & uini conuersionem fieri totius substantiæ in substantiam Corporis Domini nostri IESV CHRISTI, & totius substantiæ uini, in substantiam Sanguinis eius: quæ conuersio conuenienter, & proprie a Sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata. Hæc in eo summo, & Sanctissimo Christianæ veritatis Concilio Patres Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ, quorum impii aduersarij, nec a Schismaticorum synagoga, nec etiam ab hæreticorum communione admittuntur, imo reiiciuntur. Berengarius in primis istorum obuiam uenit perfidiæ impiæ, ac in eos sic loquitur: Ego Berẽgarius corde credo, & ore confiteor panem, & uinum, quæ ponuntur in Altari per mysterium sacræ orationis, & uerba nostri Redemptoris substantialiter conuerti in ueram, propriam, ac uiuificatricem carnem, & Sanguinem IESV CHRISTI. Hussus deinde occurrit eorum falsitati hæreticę, & Catholice dicit: Dico Sacerdos facit ministerialiter, quia tamquam Minister CHRISTI, qui potestate, & uerbis CHRISTI facit, quod facit CHRISTVS potestate propria, & uerbis proprijs, transubstantians panem in Corpus CHRISTI, & vinum in Sanguinem suum. Vnde canit Ecclesia: dogmadatur Christianis, quod in carnem transit panis, & uinum in sanguinem. Idem rursus Diuorum AMBROSII, EVSEBII, & Ecclesię Doctrina ipse roborat. Præterea: Profiteor verraciter, dicit Ioannes Hussita, quia ante annos uiginti M. Ioannes Hus, cum magistris, & Doctoribus nationis Bohemicæ ex pleno Concilio suo, & consensu vnanimi, nullo, ut dicebant, contra dicente, reprobauerunt, & confutauerunt & prohibuerunt publice, istos articulos Vuicleui, quod scilicet panis materialis remanet in Hostia post consecrationem. Post hos Hieronymus Pragensis cum rogaretur (refert hoc

Lutzẽburg. *De Hær.* *Concilium.* *Cap. 1.* *Concilium.* *Seß. 13 c. 4.* *Berengar.* *Roff. proe. 3. lib. con. Oecolampad.* *Hussus.* *L. de C. D. c. 2. & 3.* *Przibramus* *In conf. f. c. 21. & 20.*

Lutherus. *Melanthon.* *Guilhelmus.*

Poggius Florentinus)quid sentiret de Sacramento? inquit: Ante Consecrationem panem in consecratione,& postea uerum Christi Corpus. Tum quidam: Aiunt te dixisse post consecrationem remanere panem. Tum ille: Apud pistorem,inquit panis remanet. Postremo propemodum loco ubi primum,inde aliis uel asseclis suis aduersatur Lutherus Vuicleui gregalis, qui omissis alijs locis multis, sic sermonem texit; In Sacramento Altaris non est panis,& uinum,sed species panis,& uini: nempe panis in uerum, & naturale Corpus CHRISTI,& uinum in uerum naturalemque Sanguinem CHRISTI transmutatur. Denique Melanthon ait: Pane,& uino in Corpus,& & Sanguinem CHRISTI transubstantiatis,destribuitur. Hæc ille,quæ Lutheranis non placent omnibus,sed quibusdam tãtum. Namque sic scribit Postellus: Non potuit maius de se specimen edere,quam sub specie panis,& uini realiter & uere membris sibi incorporandis inserere.

Sen. de Euc. & in confe. de Sacr. f. 3 *In conf. sua. de corde, & Sang. Chri. Sac. ad an. 1541. f. 3. Ex act. C. L. c. 15.*

CCCLXXXIII.

Transubstãtiatio panis in corpus Christi, & uini in sanguinem approbantur.

Orthodoxo Ecclesiæ CHRISTI Dogmati de Transubstantiatione, seu conuersione panis in Corpus CHRISTI,& uinum in Sanguinem eius,impiissimus hæresiarcha Lutherus impii Lutherani, inconfessi Confessionistæ,& similes bardi manibus,& pedibus reluctantur. Contra quos tota Cœlitum gloriosa acies,& Catholicorum omnium solidissima agmina, quorũ signiferos ualde paucos exempli causa in medium adferam. D. CYPRIANVS gloriosus CHRISTI Martyr, & Ecclesiæ Doctor eximiæ Orthodoxus disserit: Panis iste, quem Dominus Discipulis porrigebat, non effigie, sed natura,mutatus,omnipotentia Varbi factus est Caro. Diuus AMBROSIVS: Antequam consecretur panis est: ubi autem uerba CHRISTI accesserint,Corpus est CHRISTI. Denique audi dicentem: Accipite,& edite ex eo omnes: Hoc ex corpus meum. Et ante uerba CHRISTI, calix est uini,& aquę plenus;ubi uerba CHRISTI operata fuerint,ibi Sanguis efficitur,qui plebem redemit. Ergo uidete quantis generibus potens est sermo CHRISTI uniuersa conuertere. Deinde ipse Dominus IESVS testificatur nobis,quod Corpus suum accipiamus,& Sanguinem. Numquid debemus de eius fide,& testificatione dubitare? Gregorius Pont. Max. Nonns: Vna est fidelium uniuersalis Ecclesia,extra quam nullus homo saluatur, in qua quidem ipse Sacerdos est & Sacrificium IESVS Christus: cuius Corpus,& Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis,& vini veraciter continetur,transubstantiatis pane in Corpus,& vino in Sãguinem,potestate diuina,ut ad perficiendum mysterium unitatis,accipiamus ipsi de suo,quod accepit ipse de nostro. Hactenus his auditis omnes Catholicos,& Orthodoxos cum recentes,tum ueteres audiuimus,quorum quidem (licet neutiquã opus his sit cum ipsi satis superque per se sufficiant) suffragatores sunt hæretici multi,quippe Hussitæ,Græci,atque insuper Sacramentariorum principes,qui Lutheranorum,qui improbant Transubstãtiationem,crassissimam delirationem,stolidissimam phrænesim,& insulsissimam persuasionẽ,multis modis sane negat, atque robuste impugnat ipse Sacramentariorum recentiorum coryphæus Oecolampadius,inquiens: Profecto & uos (o aduersarii) uestros similes loquendi modos, imo nullus quantum ego scio auditus est umquam eius generis. Neque enim eiusdem coniugationis esse potest cum illis: Ego sum resurrectio & uita. Ego sum panis, qui de Cœlo descendi. Percurre per omnia prædicabilium genera, & vide quid dixeris, si adhæres Litteræ, est, substantialiter uis exponi. Nunquid Corpus CHRISTI est genus, uel species, uel differentia, aut substantialis, aut propria, aut aduentitia, quando prædicatur de pane? Nihil horum congruere poterit, dum dicis: Hoc est corpus, cor-

D Cyprian. *De Cœn. D.* *D. Ambrosi.* *L. 4. de Sac. c. 5.* *Gregorius.* *Li. 1. Decr. c. 1.* *Oecolãpad.* *L. 2. c. 10. de V. D.*

pus

Digitized by Google

Fischerius. pus non est genus, neque species panis. Nullus enim phreneticus hoc somniaret: neque prædicatur idem de seipso: quis enim ita deliraret? neque facta est una natura ex duabus non alteratis, neque numerabis duo indiuidua in uno indiuiduo. Hæc hæreticus ad quem sic catholicus respondet Roffensis: Aduersus Lutherum, & Lutheranos istam tragædiam agis, non contra nos. Nam illi sic interpretantur, hoc, idest, hic panis est corpus meum, quorum expositionem, sancta mater Ecclesia iuxta, atque tuam abhorret. Vt.n. tu recte colligis, fieri neutiquam potest, ut hic panis sit hoc corpus, aut hoc Corpus Christi sit hic panis. Quare manifestum cuiuis esse potest, Lutherũ cum suis hic a scopo Veritatis longissime aberrare. Hæc Catholicus, cui iisu per idem hæreticus fauet, ubi Concilii Nicæni meminit, ac in stolidos Lutheranos sic inuehitur. Impanati Corporis Christi non meminit sanctus ille conuentus. Ad hæc accedũt quæ rursum asserit: Sane uni quidem Filio, Pater omnem communicauit honorem, quem & caro eius, ut purpura regia suscepit, quamuis neque illa similitudo quadret. Regia enim purpura a rege solet deponi. Christi autem caro, simul ac esse cœpit, nunquam fuit, neque erit a Diuinitate separata, Non enim templum est profanabile, neque θεοφόρος ut Prophetarum animæ, sed cum anima, Deitate in unam Personam unita. Vbique ergo caro adorabilis: panis autem mysticus non item, nisi unitum Christum probemus. Hactenus hæresiarcha ille, cui Orthodoxus Pater iterum ita respondit: Nihil hoc aduersum nos, qui panis substantiam una cum Christo negamus adesse. Lutherus hic tibi respondeat, qui contendit manere panem in substantia sua. Vos hoc bellum inter uos dimicate. Nos interim erimus spectatores.

Marginal notes: *Con. Oecol. lib. 2. c. 10.* — *Oecolamp.* — *Lib. 4. c. 24 de V. D.* — *Oecolamp.* — *Li. 3. c. 5. de V. D.* — *Cap. 5.* — *Roffensis.* — *Cont. Oecolamp. lib. 5. cap. 5.*

CCCLXXXVI.

Transubstãtiationẽ credit, & docuit Ecclesia ante D. Thomam Aquinatẽ. *Lutherus.* *In c. Babil.*

Caput Lutheranorum impudentissimum mẽdaciis mirum in modum assuetus hæresim suam multis mendaciis infarcit, modoq; magnum mendacium dicit, Trãsubstantiationem esse inuentum Diui THOMAE Aquinatis, & inuentionem Thomistarũ: Hunc uero Caluinus secutus D. BERNARDI ætate Transubstantionem nondum agnitam esse impudentissime mentitur. Hos uero secutus Martinus Chemnicius: Tempore Petri Lombardi de Transubstantiatione nihil certi fuit in Ecclesia mendaciter asserit. Quorum impudentissima mendacia atque hæresis monstra ante tẽpora D. BERNARDI, qui præcessit Aquinatem, & Lombardum ab Ecclesia Dei reprobata fuerunt, & condemnata, non solum publicis scriptis uoluminibus Diui LANFRANCI, GVITMVNDI, ALGERI, & aliorũ item Concilia eodem tempore celebrata, atque etiam a ceteris Diuis Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ Patribus uetustissimis Diuis CYRILO, AMBROSIO, & compluribus, quos supra citaui. Sed etiam Berẽgario impurissimo Sacramentariorum sectario qui ante tempestatẽ D. BERNARDI uixit, deinde ab Husso, & ab aliis, quemadmodum paulo ante constitit reprobatam esse illam hæresim, labentem machinam, confutatamque persuasionẽ plane hæreticam, & Fidei Catholicæ, & Orthodoxæ Christianorum omnium per diametrum aduersam, compertissimum est.

Marginal notes: *Caluinus.* — *Inst. 4. c. 17* — *Chemnic.* — *For. 2. Exa. l. I. Sess. 13 c. 4.*

CCCLXXXV.

Accidentia facta consecratione existunt sine subiecto. *D. Bernard* *Ep. 118.*

Priora accidentia, quæ post consecrationem remanent in aere pendere dicebant Petrus Abailardus, & Arnoldus Brixiensis, in quorũ errorem deceptus est Vuicleuus. Cõtra quos communis Sacrorum Doctorum rectissima doctrina robustissime pugnat, in qua cõsentiunt omnes Catholici, quorum ex recentibus Petrus Lombardus signifer habetur accidentia in Eucharistia ex re miraculi sine ulla substantia, atque subiecto post consecratio-

Magister. *Li. 4. d. 12.*

nem

Digitized by Google

nem remanere pulchre asserit, & cum eo consentiunt Diui THOMAS, BONAVENTVRA, ALBERTVS, ALEXANDER, AEGIDIVS, PETRVS, IOANNES Scotus, inde Henricus, Durandus, Ricardus, Thomas Argētinēsis, & D. DIONYSIVS Carthusianus, atq; ceteri Orthodoxi, qui in Scholis spectatissimi habētur. Sed contra Vuicleuū & sui similes hæreticos hæresiarchā Hussus eius discipulus, & omnes Bohemi, ut testantur Pzribrauus, illud reprobant, & refutant, ideo idem: Item, inquit, coniiciens in alios errores Vuicleui reiectos hunc errorem, quod accidentia non stant sine subiecto. Hæc ille qui bene hæresim abiicit, atque catholicam Orthodoxiā profitetur inquam magis uel ipse quidem propendit, quam in Lutheranā, qua panis uinique accidentia non sine proprio suomet subiecto existere cōtendunt. Quorum delirium hereticæ infidelitatis iure merito deludit, & notat Oecolampadius, qui ceteris doctior Sacramentariis a cordatis catholicæ Sodalitatis fautoribus habetur, qui libentius stoliditati, qui accidentia in aera mittit, & Lutheri crassæ perfidiæ, qui panis essentiam ponit, Catholicis qui accidētia panis, & uini manere in Eucharistia rationabilius, & pulchrius docent, dignissime fauet.

Hussita. — *In conf. 5. c. 21. Li. de ver. c.* — *Oecolamp.* — *Vide Ref. con. Oecol.*

CCCLXXXVI.

Eucharistia ex miraculo fit. Oecolamp. — *Coccius.* — *De ver. Ce. li. par. 7. de fig. Eccl. lib. 4. Inst.*

Miraculi esse in hac (ut trito more uocant) Transubstantiatione panis in Carnem, & vini in Sanguinem remanentibus prioribus accidentibus intra subiectum existentibus princeps negat Sacramentariorum recentiorum Ioannes Oecolampadius, item Zuinglius, Caluinus, Lutherus, Aretius, Germanus Bauarus, Beza, & Sacramentarii ceteri, qui nullum miraculum in Cœna Dominica patratum, & in consecratione quotidiana actitari agnoscunt. Quod refellerūt quotquot fuerunt Catholici, qui ipsam panis in Corpus Christi, & uini in Sanguinem conuersionem Christianissime tradiderunt. Quorum fidem imo totius Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ sic palam pronunciauit olim D. LANFRANCVS Archiepiscopus Cantuariensis omnium sapientissimus: Credimus terrenas substantias, quæ in mensa Dominica per sacerdotale ministerium Diuinitus sanctificantur, ineffabiliter, incōprehensibiliter, mirabiliter operante superna potētia conuerti in essentiam Dominici corporis, reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda, & cruenta horrerent: & ut credentes fidei præmia ampliora perciperent, ipso tamen Dominico corpore existente in Cœlestibus ad dexteram Patris immortali, inuiolato, integro, incontaminato, illæso, ut uere dici possit, & ipsum Corpus quod de Virgine sumptū est, nos sumere, & tamen non ipsum: ipsum quidem, quantum ad essentiā ueræque naturæ proprietatem, atque uirtutem: non ipsum autem, si species panis uinique speciem, ceteraque superius comprehensa. Hāc fidem tenuit, a priscis temporibus, & nunc tenet Ecclesia, quæ per totum diffusa Orbem Catholica nominatur. Hucusque ille, cui suffragatur. B. ALBERTVS Patauinus: Catholica sententia est, asserit, quod substantia panis, & uini non manet in hoc Sacramento, sed transit in substantiam Corporis, & Sanguinis: manent tamen priora accidentia panis, & uini, scilicet quantitas, figura, color, pondus, durities, mollities, etiam odor, sapor, atque cetera accidentia. Vide Augustinus in Epistola ad Irenæū: Sub speciebus, inquit, panis, & vini Christi Corpus & Sanguinem sumimus. Transit ergo substantia in substantiam, prioribus manentibus accidentibus. Hæc quidem & alia miracula in Eucharistiæ Diuina patratione fiunt, quæ uidere quisque poterit apud eruditissimum Roffensem, & alios qui Sacramentarios iugularunt ad quos remitto lectorem. Tantum hoc his adiiciam, quod D. DIONYSIVS Carthusiensis instituit hoc sanctissimo, ac Diuinissimo Sacramento miraculū miraculorum cunctorum a Deo ipso patrari. Scribit itaque Orthodoxe in

D. Lanfrāc. — *De Luth. Sacram. lib.* — *D. Albert.* — *Ser. 46.* — *D. August.* — *Carthusiā.* — *Sum. fid Orthod. lib. 4. ar. 103. 4. 3*

hunc

hunc modum: Est ista conuersio (panis scilicet in Corpus Christi) omni alia mutatione miraculosior. Nam sicut creatio excedit quamlibet aliam mutationem, siue sit substantialis, siue accidentalis, in hoc quod attingit ipsam materiam, quam aliæ mutationes præsupponunt; ita est ista conuersio usque ad ipsam essentiam materiæ pertingens habet hoc quidem commune cum creatione, quod excellat reliquas omnes mutationes: sed ex parte termini ad quem est mutatio, quæ est humanæ naturæ ad Diuinam, ipsam quoque creationem superat in difficultate, unde est ex ipsa miraculorum omnium miraculum. Hactenus Pater Theologusque summus, summusq; Orthodoxus. Ceterum Caluinus præterea ipse sibi aliisque superioribus hereticis resistit, partem uero tutatur Catholicam, cum in sacra cœna miraculum agnoscens dicit. In sacra Cœna miraculum agnoscimus, quod & naturæ fines & sensus nostri modum exuperat, dum Christi uita nobis fit communis, & caro eius nobis in alimentum datur. Hæc ille, cui consentiunt Melanthon, & Lutherani omnes, Græci, Hussitæ, Vuicleuistæ, qui rite, recteque uerum Christum in sacra Cœna præsentem per Eucharistiam rem miraculi agnoscunt. Quod probant Caluinitæ: Eo quod, inquiunt, hoc mysteriũ altitudine sua superat mensuram sensus, & omnem ordinem naturæ, & cœleste sit, non potest apprehendi, quam sola fide. Hæc illi. quibus Beza consensum præbet: Modus essentiæ Corporis Christi in Cœna est spiritualis, cœlestis, Diuinus, prorsus incomprehensibilis, adeo ut illum explicare nequeat. Vltimo loco auctor Diallacti apud eumdem asserit, Aliquot Patres Sacramentum Altaris ingens miraculum nominare.

Caluinus. *Feuardent.* *Caluiniani* *Beza.* *Anonymus.*

Lib. de vt. conc. ratio. fol. 97. lib. 1. de S. Trin. Conf. fid. Calu. conf. art. 36. Creophag. fol 66. 67. & 82. Ap. Bez.

CCCLXXXVII.

Miracula, quæ pro Veritate Corporis CHRISTI, in Eucharistia umquã Diuinitus perpetrata fuerunt, ac fiunt, quæ quidem multa sunt, ut Iodocus ab anno Christi 33. vsque ad annum 1541. ac Laghus plurima libro integro patefecerunt, esse præstigias Satanæ dicit ac defendit Oecolampadius cum perfidiosissimis Sacramẽtariis suis gregalibus. Ea uero a DEO qui nimirũ hoc docet Ecclesiam, nec finit decipi illam, stat suis promissis, & iuxta suam pietatem, ac æquitatem tam mirabilia operatur, id testantibus omnibus sanctis Patribus, & sacris Doctoribus, propter eam procul omni controuersia confirmandam uerissimam Catholicæ doctrinæ fideique Christianæ ueritatem, fieri credunt, & confitentur Sancti Patres, & Sancti Doctores omnes Christi fideles, insuper Græci schismatici, hæretici Hussitæ, Vualdenses, Lutherani, ac Sacramentarii & Diaboli ipsi, quibus soli Iudæi, Pagani, Ethnici, Turcæ, Tartari, & alii infideles non credunt, nec assentiuntur, sed potius traducunt, subsannant, negant, atque impugnant.

Miracula propter ueritatem Eucharistiæ firmãdam facta a Deo promanarũt. Oecolamp. Coccius. Laghus. Roffensis. Feuardent.

De uer. Do. lib. 1. c. 15. in Thes. lat. lib. de u. tr. Sacr. Att. 18. 17. art. c. con. Oec. Lib. 1. de S. Trin.

CCCLXXXVIII.

Insuper extremo arripiuntur delirio, Lutherus, Brentius, Menander, & stolidissimi omnium Vbiquitistæ qui CHRISTI Carnẽ, & Sanguinem in Eucharistia, in Cœlo, & in omni loco esse ut Deus est, asseuerant: & ob id merito sugillantur a Catholicis Doctoribus, a Conciliis, & ab vniuersa Catholica & Orthodoxa Ecclesia, cuius quatuor Pontifices, sapiẽtia atque sanctitate solidissimos & grauissimos in medium produco, hoc pacto: Diuus EVTYCHIANVS: Plane uitam suam nescit, qui Christum Iesum, ut verum Deum, ita & uerum ignorat hominem: & eiusdem periculi res est, Iesum Christum, uel Spiritum Sanctum, Deum non credere, uel carnem nostri corporis in Christo denegare. Omnis ergo, ait, qui cõfitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in Cœlis, &c. Hæc Verbum caro factum loquebatur & homo Iesus Christus, Domi-

Vbiquitas Corporis Christi negatur. Lutherus. D. Euthych.

In Conf. C. D. & ser. de Sacra. Ep. ad Io. et Epist. Ber.

Digitized by Google

nus Maiestatis docebant, Mediator ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus,& ipso illo inter decem,& homines Mediatoris Sacramento utrimque unus existens dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est, ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte D E V S esse homo nascendo desineret, & homo rursus DEVS manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides uera est, DEVM,& hominem prædicare, Verbum,& Carnem confiteri;neque DEVM nescire, quod homo sit: neque carnem ignorare,quod Verbum sit. D. GAIVS: Licet in uno Domino nostro Iesu CHRISTO,uno DEI,atque hominis Filio, Verbi,& carnis vna Persona sit,quæ inseparabiliter, atque indiuise communes habeat actiones,intelligendę tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis: quid sit, quod caro sine Verbo non agit: & quid sit, quod Verbum sine carne non efficit: Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo,nec pareret: & sine veritate Carnis, obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia, non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum: sine veritate carnis,non iuberetur transferri in Aegiptum pater, & ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia, non diceret uox Patris missa de Cœlo: Hic est filius meus dilectus, & c. Postremo, sine Verbi potentia, non se Dominus Patri profiteretur æqualem: & sine ueritate carnis non idem diceret, Patrem se esse maiorem, cum Catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat,quę secundum confessionem Beati Petri Apostoli unum CHRISTVM Dei Filium, & hominem credit, & Verbum. Quamuis itaque ab illo initio, quo in utero Virginis Verbum Caro factum est,nihil umquam inter vtrãque formam diuisionis extiterit; & per omnia incrementa corporea, unius Personæ fuerint totius temporis actiones,ea ipsa tamen (ut ita dicam) quæ insuperabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quod cuiusque formæ sit, ex operum qualitate sentimus. D. L E O: Hoc Catholica Fides tradit, ut in Redemptorem nostrum duas nouerimus conuenisse naturas, & manentibus proprietatibus: tantam factam unitatem utriusque substantiæ, ut ab illo tempore, quo sicut humani generis causa poscebat, in beatæ Virginis vtero Verbum Caro factum est, nec DEVM illum sine hoc quod homo est,nec hominē sine hoc licet cogitare, quod DEVs est. Exprimit quidem sub distinctis actionibus ueritatem suam utraque natura, sed neutra se ab alterius connectione disiungit. Nihil ibi ab inuicem uacat, tota est in maiestate humilitas, tota in humilitate maiestas. Nec infert unitas confusionem,nec dirimit proprietas unitatem. D. IOANNES: CHRISTVM Dominum nostrum unum esse Sanctæ Trinitatis ex duabus naturis cognoșcendum, hoc est in Deitate, & Humanitate perfectum, non autem existente carne, & postea unita Verbo, sed in ipso DEO Verbo unitum, ut esset accipiens, inde enim uero ex materno corpore caro sumpsit initium, salua proprietate, uel ueritate utriusque naturæ, hoc est Diuinitatis, atque Humanitatis, D E I Filium Dominum nostrum, & IESVM CHRISTVM Catholici confitemur, omni post hac commutationis confusione submota. Neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes, & confitentes Diuinitatis, atque Humanitatis. Sed nec duas personas in C H R I S T O intelligimus, per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis diuisionem facere uideamur: & sit qđ absit,quaternitas,non Trinitas, sicut Nestorius sensit insanus: Nec confundimus easdem unitas naturas,cum unam Personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credit. Hæc Orthodoxi Ecclesiæ Christianæ Præsules,a quorum Orthodoxia neutiquam dissentiunt Sacramentarij,Græci, Hussitę,qui Fidem Catholicæ Ecclesię Christi Romanæ de hac materia in omnibus siue coacte, siue sponte profitentur credere. Proinde Ioannes

Papa. — *Epistol. ad Fel Episc.*

Papa. — *Serm. 3. de Pass. dom. cap. 1.*

Papa. — *Epist. 3. ad Auct. Libe. & c.*

LL Hus-

Digitized by Google

Hussus. *Hussita.* Hussus manifeste loquitur: Corpus Christi in omnibus partibus suis solū in Cœlo est localiter,& dimensiue,licet in Sacramento Altaris sit dimensiue & uere. Hæc ille, cui suffragatur Pzribrauus, explicite dicendo: Profiteor tenendum,& credendum ab omnibus, quod Christus uiuit in Sacramento uisibili secundum substantiam corpoream, secundum quam residit in Cœlo: Item credo,quod non minus,nec secūdum minus, aut maius Corpus Christi, & totus Christus est in Sacramento sensibili quam est in Cœlo. Et rursum solūmodo in Cœlo,& in Sacramento intercludit CHRISTVM & confirmat uere,ac proprie eum certis quibusdam locis comperiri damnans errorem Vuicleui, Quod Christus non est in eodem Sacramento identice, ac realiter: Vnde nec Vuicleuus Luthero consensisse deprehenditur. *Zuinglius.* Et dedita opera Zuinglius in illos imperitissimos, & prodigiosissimos mortalium scribit: Nunquam illud dicere poterimus ubi Deus est, ibi etiam homo est. Item. Corpus Christi non ubique est,ubi Diuinitas est. Itidem: Christi Humanitas nequaquam omni loco est ubicunque Dextera Dei fuerit: Iterum: Tam impossibile esse fatemur,ut humana Natura Christi,vbique locorum sit substantialiter,quā impossibile est esse plures Deos. *Pseudomartyr.* Hæc ille, a quo non discrepat Vermilius: Nulla ui fieri potest, ut re creata sit ubique. *Caluinus.* Hactenus is, cum quo simul Caluinus sic illud astruit ac instruit: Non loquor de Papistis, quorum tolerabilior, uel certe magis uerecunda est doctrina: sed quosdam (intelligit Lutheranos) ita abripit consensio,ut dicant; propter unitas in CHRISTO naturas ubicunque est Diuinitas Christi, illic quoque esse carnem, quæ ab eo separari nequeat, quasi uero unio illa conflauerit ex duabus naturis medium nescio quid, quod neque Deus esset, neque homo. Sic quidem Eutyches, & post eum, Seruetus. *Melanthon.* Hæc ille, cui astipulatur Melanthon: Neque, inquit, mihi quisquam persuaserit Augustinum sic alligare Corpus CHRISTI ad unum locum, vt nusquam alibi esse posse confirmet, &c. Ego sequor ueteris Ecclesiæ sententiam. Et tertio loco idem repetit. Qui cum Luthero probat panis in carnem conuersionem, ideo carnem CHRISTI ibi adesse, ubi prius non aderat, & adeo nec ubique locorum esse sensisse compertum uidetur. Patet quod credidit Luthero inuito CHRISTVM determinatis locis in Cœlo,& in Eucharistia tantum præsentem adesse. Ergo ab ubiquitate Corporis CHRISTI liberet nos DOMINVS. Quod quidem exoptant etiam *Thomas.* hæretici: etenim Naogeorgus: Vitemus noua dogmata improborum. Qui se discipulos ferunt Lutheri, CHRISTI Corpus, ac ubiquitatem, Aduersus sacra prædicare scripta, Aduersusque fidem nihil uerentur. Hæc ille, *Theodorus.* cui omnino assentitur Beza hoc modo scribens: Germanicas Ecclesias pergunt Vbiquitarii, & Flacciani perturbare: quibus sane nihil impudentius, nihil furiosius, nihil immanius denique fingi potest.

Tract. de sang. Chr. Iesu Iusfi. c. 13. 14. 15 — *Con. conf. Luth integ. & resp. de Sacram.* — *Li. cōt. Luth confes.* — *Dial. con. Brent.* — *Lib. 4. Inst. in c. 17.* — *Ep. ad Fide V. c. 3. 4.* — *In Satyr. fol 169.* — *Ep. 60.*

Eucharist. extra usum est Sacramentum.

CCCLXXXIX.

Nicolaus Iagbus. Extra vsum Eucharistiam esse Sacramentum lymphate negant Bucerus, Lutherus, Melanthon, Capito, Musculus, Bugenhagius, Pomeranus, Illyricus, Chemnitius, Sternbergius, & Berengarius olim, item Nestoriani, postea Postillarii, & ceteræ id genus bestiarum cohortes. *Hussus.* Proinde vere Hussus iisdem ignominiam inusit his uerbis: Falso dicunt, quod quando hostia eleuatur, tunc est Corpus CHRISTI, & quando ponitur, tunc non est. Et alibi: Post uerba consecrationis in ipso Sacramento tamdiu est Corpus CHRISTI, quamdiu manet species panis,& vini. Stultissima, & turpissima uesania foret dicere, quod solum, quando Sacerdos eleuat Sacramentum uenerabile, tunc est Corpus CHRISTI,

De mirac. sacram. de fal. opin. hæred. inst. — *In protesta. tio. to. 1. fol. 95. De C. D. cap. 3.*

& quan-

Lutzeburg. & quando deponit non est. Hæc ille, cui concordant Græci, Parmeniam, omniumque primi sunt Catholici, qui semper in offenso pede incedunt, quibus nulla umquam subest erroris suspicio, quique in Ecclesia Dei consistentes, naufragari non poterunt. Quapropter a uetustissimis, primitiuæ Ecclesię Patribus sacrosanctam Eucharistiam sub una specie cõsecrari solitam in loco sacro, & honesto docemur, quique propterea Apostolica doctrina & Spiritus Sancti lumine illustrati nullatenus fecissent, nisi extra usum hunc esse Sacramentum firmiter credidissent. idque plus roborat, quod pro iter pedibus, uel aquis, uel nauibus cõficientibus atque pro infimis potissime communicandis seruabatur, atque etiam ad eosdem deferebatur, ut hucusque toto orbe Christiano religiose seruatur. Diuus itaque CLEMENS Apostolorum sectator scriptum ita retulit ex Apostolicis Cõstitutionibus: Postquam omnes communicauerint, inferant Diaconi reliquias, quæ super sunt in pastophorion. Deinceps Tertullianus apertissime sic scripsit: Accepto Corpore Domini, & reseruato, utrumque saluum est, & participatio Sacrificii, & executio officii: Hæc Tertullianus quem de hac materie nullo unquam Catholico reprehensum esse Oecolampadius ipse fatetur. Diuus præterea CYPRIANVS ait: Demissus, & ad gerens secum, ut assolet, Eucharistiam. Inde D. EVSEBIVS lib. 6. cap. 36. D. HIERONYMVS De exup. AMBROSIVS de Saty. & alii plures Orthodoxi Patres hactenus dicta confirmans. Quinimo in ipsa sacrosancta Oecumenica Synodo Nicęna Prima hoc idem pulchre astruitur, ac rite commendatur his uerbis: Oeconomus Ecclesiæ habeat curam loci, in quo sancta Eucharista seruatur. Hæc illi profecto Sancti, Apostolici, & Orthodoxi Patres.

Hæret. Catal. — *D. Clemēs.* *Lib. 8. cōst. Apost.* — *Tertullian.* *Lib. de orat. ad fin.* — *Oecolamp.* *D. Cypria.* *Lib. de V. D Ser. de Lapsis.* — *Concilium.* *Cano. 63. Arab.*

CCCXC.

Infirmos priuatim communicandos esse nou minus contentiose, quam impie inficiantur Caluinus, Beza cum gregalibus: quos retundunt Græci, qui uel sub una quidem duntaxat specie infirmos communicant, item Ioachimus Vuestphalus, & alii Lutherani passim seruant, quemadmodum antiquitus inuiolata, & inuiolabili Spõsa CHRISTI tenet, & seruat Ecclesia, quæ edocta fuit atque adhuc edocetur sponsore Christo a Spiritu Sancto, cuius organa, Discipulique præcipui Sancti Patres, sacrique Doctores Orthodoxi Catholici in Conciliis hoc idem eodem auctore eius nutu, fauore, & auctoritate statuerunt, & statutum decreuerunt, & plane impium infirmis, & morituris tantum Christi munus tamque sanctum Eucharistiæ beneficium denegare rectissime existimarunt. Quamobrem iure pio piissimi Ecclesiæ Christi Pontifices Oecumenici istud indutum, decretum, inuiolatum, & seruatum ab omnibus, quibus cura animarum demandata est, uoluere. Quod non solum, ut paulo ante dixi, tota usque in hunc diem tenet, custodit, ac seruat Ecclesia, sed etiam Schismaticorũ caterua, & hæreticorum synagoga, quin imo ex fœtidissima Sacramentariorum cloaca scatet Caluinus quippe sui immemor ait: Cur cœnam ægrotis negandam esse non arbitror, multæ & graues causæ me impellunt. Et rursum: ex natura quidem fine, & usu mysteriis, probe mihi colligere uidetur, non esse tanto bono priuandos, qui uel diuturno morbo laborant, uel de uita periclitantur. Itidem: cooperator Caluini in pessima re Sacramentaria Oecolampadius eius firmat sententiam: Hoc pane, & potu uegetamur in itinere deficere non possumus. In morte denique securi fide horum mysteriorum tutari nos poterimus. Ad hanc sententiã accedit Hemmingius probans recte uocari uiaticum, propterea quod ante mortem illud sumentibus CHRISTVS sit uia ad perennem Patriam. Addit inculcandum morituris potissimum esse quod uirtute Corporis CHRISTI resurgent una cum suis corporibus ad uitam æternam. Ad hoc tramite Cu-

Infirmi priuatim communicandi sunt. *Caccius.* *Vuestphal.* — *Lib. 8. ar. 7. de sig. Eccl. Con. Bezan* — *Caluinus.* *Ep. 361. Ep. ad Gaspa. Olenia.* — *Oecolamp.* *In 1. Epist. Io fol. 86.* — *Hemingius* *In Epito. Apost. f. 119*

Digitized by Google

Hussus. ræus, Vermilius, & alij nō abhorrent. Ceterum olim ante hos hæreticos, & hæresiarchas proauus eorum hęresiarcha Hussus: Si seruant Presbyteri in Ecclesijs Sacramentum, tunc semper finaliter fit propter manducare, ut infirmi in casu non ualentes ad Altare accedere manducent salubriter consecratum. *Tract. de Sacr. Dom.* *Lutherus.* Hanc ob rem Lutheranæ abominationis idolum Lutherus hæc probata reliquit, dicens suis gregalibus contra se ipsum: Concedo, ut Sacramentum Eucharistiæ in Monstrantijs seruetur. *Tom. 7. fol. 361. Germ. deu. spe. Sa.*

Eucharistia non maiorē efficaciā habet unodie, quā alio confecta.

CCCXCI.

Conficiunt, seu conficere inepte credunt Eucharistiam ob infirmos pro integro anno die Iouis sancti audaces, arrogantes, superbi, stolidi, insani, deliri, nugaces, sanniones, fascinati, phręnetici Græci, ac Moscouiſſæ crasse, ac insulse existimantes maiorem uirtutem & efficaciam in eo sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento eo die quam si alijs diebus conficiatur, exhiberi: idque meritissime confutant hæresiarchæ, & hæretici antiqui, & moderni sunt Hussitæ, Lutherani, Caluinitæ, & ceteri hæretici qui eam superstitionem schismaticam, & hæreticam impudentiam repudiant: id quod addidi cerūt ab Orthodoxis Christianis, atque Catholicis omnibus qui potissime, & perpetuo Veritatem in veritate docent, a spiritu erroris absunt, a falsitatis mendacio abhorrent, ab hæresis suspicione abscedunt, a phrænetícis persuasionibus declinant, & hæretica commenta, atque deliramenta execrantur, ac detestantur.

Laghus. Medices. *De Mir. Sa.* *Su. om. har.*

Fides ad præparationem sacramenti non sufficit.

CCCXCII.

Lutherus. In absolutam tanti Sacramenti præparationem sufficere fidem cuicumque sceleratissimo credit, & hęc erudit Lutherus. & sui gregales. Id neutiquam Orthodoxi fatentur. *In Aſſ. art. 15. apud Roffen.* *Episcopus.* Diuus namque GAVDENTIVS Orthodoxe iuxta DEI verbum asserit: Oportet uos ex præcepto DEI mortificare prius concupiscentias carnis, & sic accipere Corpus CHRISTI, qui pro nobis ser uiētibus in Aegypto est immolatus. *Tract. 7. ad Neophy.* *Episcopus.* D. PACIANVS: Quicunque (inquit Paulus) manducauerit, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini, &c. Intremuistis an non? Reus corporis uiolator euadit? Qui manducat (inquit) & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Euigila peccator; time in uisceribus tuis præsens iudicium, si quid tale fecisti. Propterea (inquit) inter uos multi infirmi, & ęgri, & dormiunt multi. Iam si quis futura non metuit, uel pręsentem ægritudinem, præsentemque obitum reformidet. Cum iudicamur (inquit) a Domino cor ripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Lętare peccator si in hoc seculo aut morte interciperis, aut languore consumeris, ne puniaris post mor tem. Intellige quantum sceleris admittat, qui ad Altare venit indignus, cui pro rimedio computatur, cum aut morbis laborat, aut morte dissoluitur. Et inferius: Rogo uos fratres, etiam pro periculo meo, per illum Dominum, quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam. Prudentes ægri medicos non uerentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secaturos, etiam perusturos. *Paren. ad Pœn.* *Episcopus.* Diuus PRIMASIVS. Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne. Omnis mundus manducabit carnes & anima quæ manducauerit immunda, exterminabitur. Si ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū. Hieremias, Numquid vota, & carnes auferent à te malitiam tuam. Prius perscrutanda est omnis conscientia, si in nullo res reprehendit, & sic aut offerendum, aut communicandum. Reus erit Corporis, & Sanguinis Domi- *Ad ep. prio.*

ni.

Digitized by Google

ni. Quia ipse illum occiderit, quia contemnit illum, & pro nihilo ducit corpus eius, sicut & Iudæi fecerunt. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Si in linteo, aut in vase polluto non potest mitti, & hoc vnusquisque non audet, quanto magis non debet accipi corde polluto? quam immunditiam Deus super omnia execratur, & quæ sola iniuria corpori eius efficitur. Nā & Ioseph ille iustus Syndone munda inuolutum, & in sepulchro nouo Corpus Domini sepeliuit. D. FVLBERTVS: Promittit digna sumentibus, beatæ spem immortalitatis, iudicium vero minatur indignis, vt est illud Apostoli: Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Quò multi scelerum suorum conscientiam perhorrentes attentius, se longe faciunt a Sacramento uitæ, non attendentes quam terribiliter Dominus comminatur, dicens: Nisi manducaueritis Carnem Filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod alternantium causarum iudicium intuentibus, summa vigilantia est adhibenda, vt emendatis actibus, nec indigne sumant, nec perniciosè refugiant. Hæc Episcopi Brixiensis, Bareinonensis, Vticensis, & Carnutensis, quibus Catholici in vnum vniuersi subscribunt à sana vtique Orthodoxia merito stant: Quinimo ante mille & ducentos pene annos ab ipsis Catholicis stat pseudopatriarcha Pelagius superbus Hæseriarcha, vbi scriptum sic reliquit: Quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne. Sicut scriptum est: Omnis mundus manducabit. Vnde oportet otiosum cessare a vitijs, vt sanctū Domini Corpus sancte percipiat. Probet autem seipsum homo &c. Si in linteum, vel vas sordidum nemo illud mitteret quanto magis in corde polluto: quum immunditiam Deus super omnia execratur: & quæ iniuria est eius corpori. Nam & Iosepho, ille iustus propterea sindone mundo inuolutum in sepulchro nouo Corpus Domini sepeliuit: præfigurans Corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quam nouam. Nec Græci quidem ipsi discrepant, nec Sacramentarij quippe dicunt, seu præcipiunt: Vt quisque præparet se, ac disponat ad digna recipiendum, & cum qua decet reuerentia. Hactenus illi, quorum dux Oecolampadius, arcendos esse docet homines proxime communicandos, vt à sceleribus abstineant: idemque perspicuis uerbis asserit hominem unquam satis dignum esse, qui tantum Sacramentum edat. Sufficere tamen cuique si peccata se uitaturum, si pias cogitationes animo uersaturum, si denique uitam studiose sancteque peracturum constituat. Sic enim accedens ad mysticam benedictionem, uiuicæ sanctificationis euadet particeps. Hęc ille, cui sententiæ fauet Lutheranus Regius, quippe dicit: Confiteri Christianus debet, & Deo semper, & sæpe ministro uerbi ad minimum quum ad Mensam Domini accessurus est, ut audiat uerbum Christi ex ore ministri, qui per os ministri nos absoluit a peccatis nostris. His uero superbis Lutheranis qui vi ueritatis coacti Christianam pietatem colentes in primordijs Ecclesię hoc quod placuit Spiritui sancto à sanctis Patribus acceptum ferentes, assentiuntur Maiorani, & quicumque bona opera ad iustificationem & salutem comparandam necessaria existimant, ac docent.

Episcopus — *Ep. 1. fol. 7.* — *Pelagius* — *In c. 11. p. ad Cor.* — *Caluiniani* — *Catech. con fu. ad Fauerd. 70 & lib. 16. Theom.* — *Oecolampadius* — *De verbis Do. apud Roff.* — *Vrbanus* — *Hoffmeiste. lib. 2. Dial.*

CCCXCIII.

Pius & impius verum CHRISTI corpus accipit.

Non solum pios, sed etiam impios CHRISTI Corpus accipere Orthodoxi omnes à Christo atque ab Apostolo ad hunc usque diem credunt, & confitentur, quorum pręcipuus Diuus AVGVSTINVS, D. LEONE Papa id comprobante citante eum D. ALGERO, asserit: Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed bonum male accipiendo, locum in se Diabolo dedit: sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, vt quia ipse malus est malum sit, aut quia

Coccius — *D. Augustinus* — *Lib. 5. de Soe.* — *D. Leo* — *Ser. 7. de pass. Domi.* — *D. Algera* — *Lib. 1. de sacra. cap. 1.*

non

non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & Sanguis Domini nihilominus aut etiam illis, de quibus dicebat Apostolus. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Ad quæ Apostoli uerba ait D. PRIMASIVS: Dupliciter reus est, qui indignus accedit, & pro peccato, & pro usurpatione. Non diiudicans Corpus Domini. Sic accipiens quasi communem cibum. Ergo sensit uel indigne communicantem Corpus Domini uere ac digne communionem accipere. Id quod tota Ecclesia Catholica una cum Diuo THOMA Aquinate dicit: Sumit unus, sumunt mille: Tantum ipsi quantum ille, nec sumptus consumitur, Sumũt boni, sumunt mali: Sorte tamen inæquali, uitæ, uel interitus. Mors est malis, uita bonis: Inde panis sumptionis, quam sit dispar exitus. Hæc Ecclesia canit in qua quidem idiota, & rusticus esse expedite præstat, quã extra hanc sapiens, & nobilis, &, ut est D. LANFRANCI dictum, facetus hæreticus. Ceterum contra CHRISTI Ecclesiam pugnant. Scariotiste, Carlstadius, Oecolampadius, & Caluinus, Boquinus, Pincerius, & Clebitius, quem neque Schismatici, neque Hussitæ, neque Lutherani assequuntur. Porro Lutherus dicit: De Sacramento Altaris censemus, quod panis, & uinum in Cœna Domini sit uerum Corpus, & Sanguis CHRISTI, accipiturque nõ solum a bonis, sed etiam a malis Christianis. Hoc ille alibi repetit accipi tam a ignis, quam ab indignis, dicens: In Eucharistiæ Sacramento uenerabili, & adorabili, & exhibetur, & sumitur uere, & re ipsa Corpus, & Sanguis CHRISTI tam a dignis, quam ab indignis. Ac rursum in Apologia docet (vt & hoc obiter admoneam) abunde contra Sacramentariorum errorem, non minus ab impio manducari uerum Corpus CHAISTI, sub speciebus panis, & vini, quam a pio, licet non pari fine. Et denique hoc anathema contra illos biennio ante ad infernum quam abriperetur, tonauit: Quicunque credere nolunt panem Domini in Cœna illius esse verum, ac naturale corpus, quod Iudas, & impius non minus percipiat ore, quam Diuus percipiat Petrus, & sancti omnes, hoc inquam quisquis credere nõ uult, is a me abstineat, epistolis, scriptis, uel sermone, neque ullam meam expectet communionem, oleum enim, operamque perdiderit. Insuper Michael Menander firmat istud, scribens ita: Sacramentarij dignos tantum, hoc est credentes: nos autem cum Paulo dignos, & indignos, id est credentes, & incredulos Corpus, & Sanguinem CHRISTI verum sumere profitemur, hos corporaliter ad iudicium, illos corporaliter & spiritualiter ad salutem.

[Margin left: P. imasius. / D. Thom. / Lindanus. / Heshussius. / Lutherus. / Menander.]
[Margin right: Ad c. 11. 1. Cor. / In seq. conf. cor. Christ. / In Tab. Defen. cõt. Cal. / In Ar. Sm. Con. Art. Loua. Theologastos. / De Miss pr. / Theo. Chri. c. de C. D.]

CCCXCIV.

[Margin left: Nemo nisi Sacerdos põt eucharistiã conficere.]

Deinde mirum est, quod Luthero Diaboli amasio uenerit in mentem, quemlibet imo etiam Diabolum posse conficere Sacramentum Eucharistiæ, contra id quod CHRISTVS docuit, & Ecclesia CHRISTI. Hinc est, quod antiquissimus Arnobius scripsit hoc pacto: Hic qui per mysteriũ panis, & uini Sacerdos factus est in ęternum secundum ordinem Melchisedech, qui panem, & uinum solus obtulit in Sacerdotibus dum Abraham uictor reuerteretur de prælio. Inde Diuus PONTIANVS Papa sacratissimus, & uetustissimus: Sacerdotes proprio ore Corpus Domini conficiunt & populo tradunt. D. GREGORIVS Nazianzenus: O sacrificia mittentes incruenta Sacerdotes, O animarum custodes gloriosi, o magni Figmentum DEI, manibus in uestris ferentes. O DEVM hominibus ualde excellentem in unum ducentes. O mundi fundamenta, uitæ lux, columen uerbis, Sacerdotes uitæ insissibilis splendidæ, Christiferi sedibus insidentes optimis. Excelsi theatris gaudentes decentibus. D. GERMANVS Constantinopolitanæ Ciuitatis Patriarcha: Agnoscite omnes Sacerdotes, qui sacro altari assidetis, & incruentam Victimam sacrificiatis, quod uiuas passiones

[Margin left: Lutherus. / Arnobius. / D. Pontian. / D. Gregor. / D. Germa.]
[Margin right: De Miss. Angula. / Com. in Ps. / Ep. 1. / Car. ad Ep. / Rey. Eccle. theor.]

CHRI-

Digitized by Google

D. Hieron. CHRISTI annuncietis. D. HIERONYMVS: Absit, an de his quisquam sinistram loquar, qui Apostolico gradui succedentes CHRISTI corpus sacro ore conficiunt, per quos, & nos Christiani sumus. Ac rursum: Qui patiatur mensarum, & uiduarum minister Diaconus ut supra Presbyteros tumidus se offerat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Sed ad quid tanta cum omnium Orthodoxorum hæc sola semper fuit, & est doctrina? Quia imo a Sanctis Ecclesiæ CHRISTI Pontificibus, & a sacrosancto Concilio Florentino Oecumenico statutum, ac definitum est tanti Sacramenti ministrum esse Sacerdotem, ut plane nefas sit id in dubiũ reuocare, & perfidiosum negare, & impium impugnare. Huc accedat præterea quod quidam hæretici, & hæresiarchæ subscribunt Catholicis, & hæreticorum uictum, impudens, & impium dogma confutant. Namque Hussus Catholicis munitus auctoritatibus, sic hæreticos prosternit scribendo: Dicit D. Bernardus in sermone de Corpore CHRISTI: Audite modo, & obstupescentes admiramini: nulli Angelorum, nulli Archangelorum, nullis supremis Spiritibus, sed hominibus, non omnibus, sed tantum Ordini nostro commissam esse celebrationem tanti Sacramenti, ut consecratus in Sacerdotem, id ipsum conficiat in Altari, quod CHRISTVS conficit in Cœna Paschali. Et iterum: Ex potestate, & institutione CHRISTI, ueri DEI, & ueri hominis, ministerium Sacerdotum est in Sacramento uenerabili uerum Corpus, & uerus Sagnuis CHRISTI, sed quorum tanta? Lutherum audiamus se sic protheum patefacientem: Vt nullus Sanctorum in terra, imo nullus Angelorum in Cœlis ex pane, & uino Corpus CHRISTI efficere potest: Sic etiam nemo mutabit, aut transmutabit, etiam si abusus accedat. Non enim propter personam aut incredulitatem falsificatur uerbum cuius uirtute Sacramentum efficitur.

Ep. 1. ad Hesio. c. 7. — *Ep. 8. ad Euag.* — *Hussus.* *Ad c. 2. 1. D. Pet.* — *Lutherus.* *In catec. de Sac. Alt. fo. 87.* — *Iodocus.* *L. 8. de Sig. Eccl. ar. 7.*

Sacerdos tã bonus, quã malus conficit Eucharistiam.

CCCXCV.

Lutzẽburg. Laghus. *Cata. her. De mir. Sa. Alt de fal. opin. her.*

Petilianus fuit in ea opinione, quam non Orthodoxi Patres, non Doctores ueritatis Christianæ Catholici, sed Albanenses, & Vuicleuus sunt amplexati, qua quidem Sacerdos malus non conficere Sacramentum Eucharistiæ asseritur. Digne autem hoc dogma ab omnibus Orthodoxis per cuncta secula fuit reiectum semper, tamquam Scripturis sacris aduersum, & uerbo DEI, & doctrinæ Spiritus Sancti, quam semper retinet Ecclesia, contrarium. Vt enim Orthodoxe docet. D. AVGVSTINVS: Sacrificia impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impie. Nam unum idemque Sacrificium propter nomen Domini quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale utique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Et iterum: DEVS adest Sacramentis, & uerbis suis, per quoslibet administrentur: & Sacramẽta DEI ubique facta sunt, & mali homines, quibus nihil prosunt, ubique peruersi sunt, id est intus, & foris. Ac rursum: Si quis uerus Sacerdos, id est dignus vult esse, induatur iustitia oportet, Qui autem solo Sacramento Sacerdos est, id est, ordinatus, sicut fuit Caiphas Pontifex, quamuis non sit Sacerdos uerus, id est bonus, seu dignus, uerum est tamen quod dat. Alter uero os aureum D. IOANNES Patriarcha Constantinopolitanus, ait: Sicut per asinam Balaam locutus est DEVS, sic per malos Sacerdotes Sacramenta præstat. His omnino concordant Diui EVSEBIVS Cęsariensis, GREGORIVS Nazianzenus CYPRIANVS, AMBROSIVS, OPTATVS, HIERONYMVS, & ceteri Orthodoxi, pariter Ecclesiæ Pontifices Diui SYRICIVS, LEO, GREGORIVS, NICOLAVS, & alij multi, itidem Concilia Arelatense Primum, Carthaginense Primum, & denique Tridentinum Oecumenicum, in quo Christianissime sic statutum est: Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sa-

D. August. *Ad Pomer.* — *Ad Petil.* — *D. Ioannes.* *Ad Io. ho. 8 c. 5.* — *Concilium.* *Sess. 7. de Sacr. in ge. c. 12.*

cra-

cramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non cõficere, aut non conferre, anathema sit. Idem in hac re euidentissima semper senserunt, ac sentiunt, non solum Orthodoxi omnes, ut patuit, sed etiam iisdem uidentur quodammodo facere hæretici Caluinitæ: Restat aliquod in Papatu Ecclesiæ exiguum vestigium, & substantia Baptismi illic mansit, eo dato, quod uirtus Baptismi non dependet ab eo, a quo ministratur: fatemur eos, qui ibi baptizati sunt, non egere secundo Baptismo. Hactenus illi, qui quodammodo Catholicis adstipulantur, à quorum Catholicorum sententia Hussitarum assertio non abhorret: Hussus enim recte id astruit: Tam bonus, quam malus Sacerdos habens fidem rectam circa Sacramentum uenerabile. & habens intentionem sic facere, ut præcepit CHRISTVS, & & dicens uerba in Missa secundum institutionem Ecclesiæ conficit. Hactenus ille optime, idem & alii hæretici adhuc usque testantur, passimque toto pectore confirmant, & aperto marte tutantur.

Caluiniani. *In cõ. ar. 28* *Hussus.* *De Sac. cor. & san. Do.*

Sacrosanctum Missæ Sacrificium asseritur.

CCCXCVI.

Iodoc. Coc. *L. 6. art. 4. de Euch. & 8. ar. 7.*

Sacrosanctum Missæ Sacrificium improbissime improbant improbissimi Bogomili, Pseudoapostoli negant, Vualdenses ea abutuntur, Arnoldus de Villa noua eneruat, Lollardi traducunt, Vuicleuus ad CHRISTVM referri non patitur, Lutherus blasphemat, & maledicit. Quod facinus sceleratissimum etiam perpetrant Caluinus, Hemmingius, Heerbrardus, & alii professi Satanæ gregales & diaboli inferorum, sed neq; negari potest sacrosanctissimum Missæ Sacrificium, præterquam ab idololatris, Paganis, Turcis, Tartaris, Iudæis, perfidiosissimis hæreticis & ceteris infidelibus, & Atheitis: cum hoc Missæ sacrosanctæ sanctissimum Sacrificium typo Melchisadech præsignificatum, figura agni paschalis præstitutũ, sacrificijs ueteris Testamenti præfiguratum, uaticinijs Prophetarum promissum, DOMINI auctoritate institutum, Apostolorum exempli, confirmatum, uniuersæ antiquitatis usu, & pietate corroboratum, hucusque denique uniuersa Christi approbet, & retineat. Ecclesia, quasi Sacrificium plane Diuinum, ut pote Diuinitus traditum, & constabilitum ab ipso SPIRITV SANCTO in Liturgijs ab Apostolis. ab Euangelistis, & a sanctis Patribus usurpatis, in Canonibus itidemque Constitutionibus Apostolicis, in scriptis Apostolicorum Orthodoxorum, in sanctis Concilijs Nicæno, Laodicensi, Constantinopolitano, Carthaginensi. 2. 4. Mileuitano, Vasensi, Carpentoratensi, Arelatensi, & alijs compluribus, in sanctis Decretis, ac sacris Epistolis summorum Dei Vicariorum Diuorum ANACLETI, ALEXANDRI, TELESEPHORI, PII, ANICETI, SOTERI, & aliorum complurium, atq; in omnibus scriptis illorum qui non nihil Christianismi retinuerunt, nec solum sanctissimam Missam, acceptissimam, & sacratissimam totam habet Christianitas, totaque summe Christianissime approbat tota Ecclesia Christi Catholica, Apostolica, & Romana, verum etiam id idem perficiunt omnes schismatici, ut sunt Georgiani, Pretegiani, Moscouitæ, Græci, qui rectissime eam & dignissime commendant, & hanc celebrant sectæ diuersorum hæreticorum, Vuicleuistarum, Hussitarum, & Lutheranorum, inter quos Hussus asserit: Si uult Sacerdos Missam magnificare, sit magnus in Sancto opere, & non ascribens B. Gregorio mendacium: dicat ipse cum B. Gregorio illud in 4. Dialogorum capitulo de uirtute, & mysterio Hostiæ salutaris. Pensemus quale sit pro nobis Sacrificium hoc, &c. Et iterum alibi: Super his se fundans auctoritas vniuersalis Ecclesiæ, dicit in Canone Missæ: Offerimus panem Sanctum, &c. Et rursum: Canticum Ecclesiæ: Verbum caro panẽ uerum uerbo carnem efficit, legi in Officijs Missæ, & prædicaui in sermonibus. Hæc ille, cui suffragatur Vucleuus, quibus assentiuntur Lutherani: Falso inquiunt, accusantur nostræ Ecclesiæ, quod Missam aboleant, retinetur

Laghus. *De mir. Sa.* *Hussus.* *Ser. habi. in exequi. Pr. ad popul.* *Vuicleuus. Martinia.* *De Apostasia. c. 18. Con. Augu.*

Digitized by Google

enim Missa apud nos,& summa reuerentia celebratur. Iterum præfandum est,inquiunt,nos non abolere Missam,sed seruare,atque asserere religiosè. Fiunt enim apud nos singulis diebus Dominicis, & festis. Hæc illi quibus *In Apolog.* adstipulantur Bucerus: In Missa exhibentur,inquit,quam plenissimè quęcunque Dominus noster Iesus Christus nobis factus est, & contulit. Probat Missæ sacrificium Diuorum IOANNIS Chrysostomi, AVGVSTINAE,THOMAE,& Scholasticorum. Denique Lutherus ipse omnium Missæ Doctore Diabolo infensissimus: cessent ista vana somnia, cum per omnem Ecclesiam vnus,nisi Sacerdos Missam audiat totam,magno scilicet eo Sacramento quod Christus verus Sacerdos operatur. Hactenus ille, qui aliàs quoque commendat Missas tum Latine,tum Germanicè factas, quas viuis præcipuæ vtiles esse dicit.

Bucerus. *Lutherus.* *Apud Ioã. Hoffmeiste. 2. Psal.* *Detes. prec.* *Lib. de ver. Saxo.*

CCCXCVII.

MELCHISADECH obtulit panem & vinum in figura Eucharistiæ. *Coccius.*

Missæ oblationem, quæ sub panis, vinique aquæ mixti speciebus exhibetur, a Diuo MELCHISADECH præfiguratam fuisse negant Lutherus,Caluinus,& modo VuitaKerus. Asserunt vero Orthodoxi Patres,Doctores celeberrimi: ut puta D.CLEMENS Alexandrinus,qui inquit: Salem pax componitur, cuius Seruator noster Rex describitur: quem dicit Moses Melchisadech Rex Salem,Sacerdos Dei altissimi, qui panem,& vinum sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistiæ. D. EPIPHANIVS: In Sacerdote Melchisadech Sacrificij Dominici Sacramentum præfiguratum videmus,secundum quod Scriptura Diuina testatur,& dicit: Melchisadech Rex Salem protulit panem,& vinum: Fuit autem Sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisadech typum Christi portaret,declarat in Psalmis Spiritus Sanctus ex Persona Patris ad Filium,dicens: Ante Luciferum genui te; Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisadech. Qui ordo utique hic est de sacrificio illo ueniens,& inde discendens: quod Melchisadech Sacerdos Dei Summi,quod panem,& uinum obtulit,quod Abraham benedixit. Nam quis magis Sacerdos Dei summi, quam Dominus noster Iesus Christus? qui Sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem, quòd Melchisadech obtulerat,hoc est panem,& uinum,suum scilicet Corpus,& Sanguinem. Eadem ferè omnia ad uerbũ scribit D.AVGVSTINVS de Doctrina Christiana lib. 4. cap. 21. confirmat alijs locis eadem ueluti Ad Psal. 33. conc. 2. con. Aduer. leges,& Prophet. lib. 1. ca. 20. De C. D. lib. 16. cap. 22. Epist. 95. ad Innoc. Pap. Sed & D.HIERONYMVS in Scripturis sacris omnium peritissimus hanc Christianæ Orthodoxiæ ueritatem roborat,dicendo: Recurre ad Genesim,& Melchisadech Regem Hierosolymitanum urbis principem inuenies, qui iam tunc in typo Christi panem, & uinum obtulit,& mysterium Christianum in Saluatoris Corpore,& Sanguine dedicauit. Hæc ille,quæ & alias ipse corroborat Epist. 126. Ad Euãg. in quæst. in ben. Ad Psal. 75. Ad Psal. 109. Ad cap. 168. Matthæi. His uero subscribunt Orthodoxi Doctores sanctitate, pariterque sapientia grauissima Diui CLAVDIVS, AVRELIVS Cassiodorus, ALDHELMVS, ALCVINVS, HAYMO, ANGELOMVS, VVALFRIDVS, IVO Carnutensis, HVGO Victorinus, ALBERTVS Patauinus, LAVRENTIVS Iustinianus, DIONYSIVS Carthusianus, quinimo Diui EVSEBIVS Cæsariensis, BASILIVS, EPIPHANVS, IOANNES Chrysostomus, CYPRIANVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, LEO Primus, EVCHERIVS, PRIMASIVS, ISIDORVS, BEDA, RABANVS, IOANNES Damascenus, Arnobius item Vulgarius, & cæteri Orthodoxi,quibus Rabbini Iudæorum consentiunt, Dinhas, Iohias,& alij complures,cum quibus consentiunt Græci,& Hæretici,quorum unum ex

Ibid. ar. 5. Gen. 14. *D. Clemẽs.* *Li. 4. Strom. cap. 8.* *D. Epiphanius.* *Epist. 63. Lib. 2. ep. 3.* *D. Augustinus.* *Loc. 3 tot tit.* *D. Hieronymus.* *Ep. ad Manel. c. 2.* *Iudæi.* *In scrip. com.*

Oecolāpad. Sacramentarijs citant Oecolampadium,qui sic habet sermonem: Simpliciter, & absque hæsitatione credamus adesse, & contineri sub hoc pane, verum Corpus,sub uino autem Sanguinem. Nondum figuram,& typum tātum,vt sacrificium Abel,vt oblationem Melchisedech,&c. Alium uero ex Lutherana factione citandum duxi Lutherum: Melchisadech Rex, & Sacerdos obtulit panem,& vinum,etiam pro Patriarcha Abraham,& eius familia. Quid est uero oblatio panis, & vini pro Abrahamo? Hoc exprimitur Sacerdotium Christi ab hoc tempore vsque ad finem mundi, quo mysticum altaris Sacramentum pretiosi Corporis, & Sanguinis sui offert Ecclesia. Tertium autem adduco ex Hussitis Hussum: Christus panem & vinum in Corpus. & Sanguinem suum consecrauit eius sacrificii similitudinem præmisit Melchisedech:

Goc. de Lu. — Lutherus. In ps. 118. — Hussus. in ps. 109.

Vaticiniū P. Malachia de Sacrificio Missa.

CCCXCVIII.

Coccius. Art. 7.

Diui MALACHIAE Vaticinium deiugi, & amplissimo Missæ Sacrificio non prædictum contendunt Melanthon, Caluinus, Chemnitius. Sed Sancti Patres, Ecclesiæque sapientissimi, & spectatissimi Magistri Diui MARCVS Euangelista, CLEMENS Romanus.MARTIALIS Apostolus,IVSTINVS, IRENAEVS,CYPRIANVS,AVGVSTINVS, & alij complures Orthodoxiæ Christianę canditati. Sed audiamus Diuum MARCVM Euangelistam dicentem: Offerimus rationabilem, & incruentam λατρείαν, seu oblationem hanc quam offerunt tibi, Domine, omnes Gentes ab Ortu Solis vsque ad Occasum; à Septentrione ad Meridiem: quia magnum nomen tuum in omnibus Gentibus,& in omni loco incensum offertur nomini tuo,& Sacrificium, & oblatio. D.CLEMENS ex Apostolicis Constitutionibus hæc deprompsit: Die resurrectionis Domini,quem Dominicum dicimus, conuenire sine ulla conuentus intermissione, ad agendum gratias DEO,& profitendo beneficia,quibus nos DEVS per CHRISTVM effecit,cum liberauit nos ignorantia,errore vinculis, ut sit Sacrificium vestrum reprehensione careat: Sicque Deo acceptum, qui de Ecclesia sua Oecumenica dixit Malach.1.In omni loco offertur mihi thimiama, & Sacrificium mundum: quia ego cum Rex Magnus,Dominus omnipotens,& nomen meum admirabile in Gentibus.D.IRENAEVS: Christus Discipulis suis dans consilium,primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigēti,sed ut ipsi nec infructuosi,nec ingrati sint,eum,qui ex creatura panis est,accepit,& gratias egit,dicens: Hoc est Corpus meum, & calicē similiter, qui est ex ea creatura,quæ est secundum nos, suum Sanguinem confessus est,& noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo Testamento,de quo in duodecim Prophetis Malachias sic præsignificauit: Non enim est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus omnipotens, & Sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab Ortu Solis, usque ad Occasum nomen meum glorificatur inter Gentes, & in omni loco incensum offertur pacis nomini meo, & Sacrificium purum. Quoniam magnum est nomen meum in Gentibus dicit Dominus omnipotens: manifestissime significans per hæc,quoniam prior est populus qui cessauit offerre Deo: omni autem loco Sacrificium offertur Deo,& hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus. D. AVGVSTINVS præter multa loca,quibus idem roborat: Malachias prophetans Ecclesiam,quam per Christum cernimus iam propagatam,Iudæis ex persona DEI apertissime dicit. Non est mihi uoluntas in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra: Ab ortu enim solis usque ad Occasum magnum est nomen meum in Gen-

D.Marcus. In Liturg. — D.Clemens. L. 7. Const. Ap. c. 31. — D.Irenaus. L. 4. c. 32. — D.August. De C. D.

tibus,

Digitized by Google

tibus,& in omni loco ſacrificabitur, & offeretur nomini meo oblatio mũda,dicit Dominus.Hoc Sacrificium per Sacerdotium Chriſti ſecudum ordinem Melchiſedech cum in omni loco a Solis Ortu uſque ad Occaſum iam uideamus offerri: Sacrificium autem Iudæorum, quibus dictum eſt: Non eſt mihi uoluntas in uobis, nec accipiam munus de manibus veſtris; ceſſaſſe negare non poſſunt. Hactenus Orthodoxi ſpectatiſſimi,quibus reliquis adſtipulantur, & contrarium impiorum hæreticorum dogma repudiant,quod quidem omnis demum Eccleſia refutat Catholica: item ſchiſmatis indultores Græci,qui Græcorum Latinorumque agiographa magni faciunt,eos ſectantur,quos non tædet imitari Lutheranos,Confeſſioniſtas, & ante illos Husſitæ ſunt,qui quicquid de Euchariſtia Eccleſia tenet Catholica,credendum tenendumque,ut notum feci, conſentiente iis etiam Melanthone,confitentur.

Chriſti Sanguis non eſt nouum Teſtamentum

CCCXCIX.

Crasſisſima ignorantia obcæcatus, Thraſonica gloria onuſtus,nimio furore accenſus, ſuperbia Luciferiana adductus Diaboli nouiſſima deceptione ſeductus Lutherus credidit,iactauit, ſcriptis publicis dicit ſe ſua dogmata de Cœlo ſuſcipiſſe, & ſuam doctrinam,doctrinam eſſe Dei,ex quibus unum modo profert, quod ex diametro repugnat Chriſto, qui de ipſo Cœlo deſcendit, ac Diuo PAVLO, qui quod nemo hæſitat, ſua dogmata de Cœlo ſuſcepit peopter quod Lutherum mirum in modum a Satana fuiſſe ſeductum,& quod de Inferno habuit,de Cœlo habuiſſe credidit, & docuit pluſquam euidens eſt. Aſſerit enim inſulſisſime coutra Verbum DEI, & os Dei, quæ eſt Eccleſia Sanguinem CHRISTI eſſe nouum Teſtamentũ. Ad hæc reſpondit illuminatisſimus Eccleſiæ Catholicæ Doctor, & glorioſus CHRISTI nouitius Martyr B. IOANNES hiſcherius, qui plane totius orbis auctoritate,& veritate proſtrauit Lutherum, qui ad ipſius ſcipta numquam reſpondere auſus eſt: Dicit itaque hæc inter multa aduerſum impijsſimum hæreſiarchã Chriſtianisſime, atque eruditisſime elaborata: Quis non perſpicit Singula ſigulis, uel adamusſim reſpondere Moſen inquam CHRISTO,calicem calici,ſanguinem Sanguini, teſtamentum teſtamento? Nam ut Moſes accepto calice,in quo ſanguine pecudum fuit,eodẽ ſtabilire uetus teſtamentum eſt molitus, ita & CHRISTVS accepto calice, quo proprius Sanguis ipſius continebatur, eudem prorſus nounm confirmauit teſtamentum. Non eſt ſanguis teſtamentum nouum quandoquidem ſanguine teſtamentum nouum confirmatur. Quis enim non perſpicit diuerſa oportere eſſe duo hæc,nimirum id quo quidquam,ceu quodam inſtrumento confirmatur, & illud quod ita confirmatur? Quamobrem cum calix Sanguinis CHRISTI ſit id in quo teſtamentum nouum corroboratur,ut ex Paulo iam oſtendimus: Nam ſicut uetus illud ſanguine pecudum confirmabatur, ita & nouum Sanguine CHRISTI: cum inquam iſta ſic ſe habẽt,plane ſuam inſcitiam prodit Lutherus, qui uel CHRISTI Sanguinem, uel Sanguinis eius calicem nouum appellat teſtamentum. Non eſt ergo ſanguis teſtamentum,tametſi ſanguine teſtamentum ipſum fuerat ſolidiſſime roboratum. Cui ſententiæ Patres omnes adſtipulantur quicunque putantur,& ſunt Orthodoxi: Hactenus Pater bis in Anglia natus Orthodoxus,cuius Orthodoxæ eruditioni nõ modo adſtipulantur Orthodoxi Catholici omnes,uerum etiam ipſi hæretici potisſime Lutherani,qui reuoluto mãtelo Lutheri inſcitæ hæreticæ,& eiuſdẽ phreneticis gregalibus ſunt manibus,& pedibus aduerſati. Quorũ unus extitit Oecolãpadius qui ad hũc modũ deliriũ Lutheranorũ retundit,atq; deludit: Manifeſtũ eſt ex nouo capite ad Hebræos nõ hũc noſtrũ ritũ eſſe ipſũ teſtamẽtũ,

Lutherus. *In l. ad or. ep. De c. Sa.* *l. colle. c. 5. capt. Baby. conf. a Roff.* *Roffenſis.* *Con. capt. Bab. c. 5.* *Oecolãpad.* *De v. D. in l. 5. c. 9. ap. Roff.*

sed sanguinem illum, qui semel effusus est in cruce, imo sanguinem ipsum esse obsignationem testamenti. Alioqui consectaneum foret, subinde inuocari testamentum, quoties Cœnam Dominicam manducamus. Vbi enim nouum ibi antiquatum prius, ad Hebræos octauo. Vltra, si sæpe nouum testamentum, sæpe morietur CHRISTVS, quod absque morte testatoris uel sanguine non est sanctum. At semel confirmauit testamentū sanguine, adeoque testamentum nouum est in sanguine, hoc est sanguine confirmatum non sanguis in testamento nouo iam primum DEO consecratus, quem Diuinitas sanctificabat. Neque CHRISTVS acceptus Patri propter nos, cum quibus per CHRISTVM initum est fœdus, sed nos propter CHRISVM grati sumus Patri. Atque adeo hominis inflexione uolētibus non contendere Lucas cum Paulo abunde satis interpretatus esset, quid sit quod Marcus, & Matthæus insinuarint eicentes: Hic est sanguis noui testamenti, idest, hoc est nouum testamentum per sanguinem meum. Hæc hactenus Oecolampadius, quæ si possint, ut tamen uerbis Roffensis, qui alioqui procul omni controuersia totius Christianitatis sentētia Oecolampadium strenue iugulauit, utar, diluant cum suo Luthero simul Lutherani illi, qui sanguinem uocant Testamentum nouum.

Roffensis. — *Cont. Ecc. lib. 5. c. 9.*

Oblatio pro defunctis exhibenda.

CCCC.

Sebastianus Medices. — *Sum. omn. haret. Miss. 136. har. 3.*

Oblationem, quæ in sacrosancta Missa propiis defunctorum Animabus exhibetur, negant Græci, Lutherus, & reliqui qui Purgatorium abnegant: in qua re nō piget Apostolos, & Sanctos audire, quippe posthumus tradiderunt in sacris Liturgiis oblationem defunctorum. Principio enim D. IACOBVS Apostolus: Fac Domine, vt Oblatio nostra grata, & accepta sit, per Spiritum sanctificata in propitiationem peccatornm nostrorum, & eorum, quæ populus per ignorantiam admisit, & in requie & animarum eorū qui ante nos obdormierunt. Item D. ANDREAS Apostolus: Offerimus tibi rationabile hoc obsequium pro fidelibus dormiētibus. Deinceps in Liturgia Ecclesiæ Gotticæ: Diuersis oblationibus sacris Altaribus, una tamen fidei deuotione collatis, mutuę inuicē solicitudinis uota promamus, a Domini pietate ponentes, ut corda omnium offerentium ad hostiam rationabilis, & complacitæ sibi sanctificationis emundet, & quiescentium animas in sinum Abrahæ collocare dignetur, & in partem primæ resurrectionis admittat, Per Dominum nostrum, &c. Inde in Liturgia Ecclesiæ Armeniorum. Per hanc Oblationem da æternam pacem omnibus, qui nos præcesserunt in fide CHRISTI, &c. Cum his Liturgiæ concordant Diuorum PETRI, MATTHAEI, MARCI, BASILII, AMBROSII, IOANNIS Chrysostomi, LEANDRI, & aliorum. Quam ob rem Pater Orthodoxus D. EVSEBIVS Alexandrinus qui claruit anno 260. pulchre, & pie CHRISTI Sacerdoti, dicit: Memento in oblatione parentum, & fratrum, qui iam e vita excesserunt. Hoc enim faciendo magna requiem defunctis conciliās. Comple tuas preces. Hæc ille quæ quidem seruauit non solum Ecclesia Alexandrina, uerum etiam Ecclesia Hierosolymitana, quemadmodū D. CYRILLVS eiusdem Ecclesiæ Patriarcha illustrissimè scribit, hoc pacto: Postquam confectum est illud spirituale Sacrificium, & ille cultus incruentus super ipsa propitiationis hora, obsecramus. Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus & postea facimus mentionem eorum, qui ante nos obdormierunt. Et paulo post. Deinde pro omnibus oremus, qui inter nos uita functi sunt, maximū esse credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, & tremendi, quod in Altari positum est, Sacrificii. Et inferius: Nos pro defunctis precationes adhibentes, quamuis sint peccatores, non quidem coronam plectimus, sed CHRISTVM pro nobis peccatis mactatum offerimus,

Apostolus. — *In Liturg. Hier. Eccl.*

Apostolus. — *Lit. Eccl. Constant.*

Pater. — *Homil. de Dom.*

Pater. — *Catec. S. Myst.*

Digitized by Google

Patr. mus,ut & nobis, & illis eum qui est benignissimus propitium reddamus. Hinc fit ut D. IOANNES Damascenus Christianissimam hanc pietatis cõsuetudinem a Sanctis Patribus,& Orthodoxorum Ecclesiis passim toto orbe approbatam,& commendatam asseruerit,scribendo hoc pacto: Quisnã tot de his rebus in Sanctorum uitis,& Diuinis reuelationibus sita ordine recensere possit,quibus id perspicue ostenditur, defunctis etiam post mortẽ, preces eas,ac Missas,& eleemosynas,quæ pro illis fiunt,magnopere prodesse &c. Hoc misericors ille vult,gratumque habet, ut nos omnes tum in uita,tum post confectum uitæ curriculum,mutuo alii ab aliis iuuemur. Neque enim alioqui ansam hanc nobis porrexisset,ut eorũ, qui e uita migrassent, in incruento Sacrificio meminissemus; neque ut tertio, & nono, & quadragesimo die, ac denique anno uertente in eorum memoriam sacra obiremus,(quod quidem citra ullam controuersiam Catholica, & Apostolica Ecclesia sine ulla ambiguitate retinet) nisi hoc in ipsius oculis esset rectum. *Orat. de defun. Mis. & Sacrif. vim inuenid.*

Papa. Gregorius insuper Secundus eadem roborat,dicens: Sancta sic tenet Ecclesia,ut quisque pro suis mortuis uere Christianis offerat Oblationes, atque Presbyter illorum memoriam faciat. Concilia præterea de oblationibus defunctorum plura habent, & censuras iustas,ac sæpius pœnas sumendas iubent de his,qui Oblationes has non perficiunt, uel negligunt, uel impediunt. *Ep. 8. ad Bonif.*

Concilium. In primis Concilium Aurelianense 11. hæc habet: Oblationes defunctorum,qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere censemus,si tamen non ipsi sibi mortem propriis manibus probentur intulisse. *Cap. 15.*

Concilium. Concilium insuper Toletanum xi: De his,qui accepta pœnitentia antequã reconcilientur ab hac uita recesserint,placuit nobis, ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur,& Oblatio pro eorum delicto a Presbyteris recipiatur. *Cap. 12.*

Concilium. Concilium idem Tridentinum: cum Catholica Ecclesia SPIRITV SANCTO edocta ex sacris Litteris, & antiqua Patrum Traditione in sacris Conciliis,& nouissime in hac Oecumenica Synodo docuerit Purgatorium esse,animasque ibi detentas fidelium suffragiis potissimumque acceptabilis Altaris Sacrificio iuuari.&c. *Sessio. 25.*

Valense. Concilium insuper Valense: Qui Oblationes defunctorum retinent,& Ecclesiis dare remorãtur, ut infideles sunt ab Ecclesia abiiciendi. *In Constit.*

Carthagin. Denique Concilium Carthaginense Quartum: Qui Oblationes defunctorum, aut negãt Ecclesiis,aut cum difficultate reddũt, tanquam egentium necatores,excommunicantur. Sed non est opus accersire testes Catholicorum Orthodoxorum,quod superuacaneum uideo,id enim citasse,cõfutasse est, apud Christianæ rei Studiosos Catholicos. *Cap. 6.*

Hussus. Ideo prorsus Hussus hoc idem plane Catholice sensit, Catholice asseruit, Catholice docuit, Catholice inculcauit, ac passim Catholice,quemadmodum suo loco fuse patefaciam,prædicauit,& uehementer commendauit. *De Sacr. Miss.*

Lutherus. Deinceps primogenitus Prothei, Polypi, Vertumnique Lutherus lubenter audiatur: Mihi dubium non est Missam pro defunctis celebratam efficatiorem, & meliorem esse ad redimẽdas Animas quam sunt indulgentiæ per Missam quæsitæ. Et alibi: Nullum dubium est, quin uehementer prosit, & redimat Animas,secundum quod Deo visum fuerit,& illæ meruerint. Hæc ille,qui & alibi apertius scribit ad hunc modum: Mihi certissimum est, Purgatorium esse, Nec multum me mouet quid blaterent hæretici,quando iã mille,& plus cenum anni sunt, quod B. AVGVSTINVS in suarum Confessionum lib. 9. pro matre & patre suo orat,& orãdum petit. Et eadem sancta Mater eius moriens (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit ad Altare Domini. Sed & a B. Ambrosio id factum narrat. *Ser. de Ind.* *Respon. ad concl. 26.* *In res. de ind. conc. 15*

CCCCI.

Vinũ aqua in sacrificio miscendũ. *Coccius. Lutzẽburg.* Vinum aqua miscendum esse in Sacrificio Missæ respuunt Hydoparastatæ, Aquarii, Armenii, Lutherus, Musculus,& Petrus Richerius, haudqua- *Lib. 6 ar. 13 de Euchar. Catal. hær.*

quam

Digitized by Google

quam hoc recusant illuminati diuinitus sacris liturgijs Diuorum PETRI, IACOBI, MARCI, CLEMENTIS, BASILII, & aliorum assueti Traditionibus Apostolicis, Diuinorum Patrum assertionibus, Sacrorum Conciliorum sanctionibus eruditi, & roborati Catholici qui præ alijs uerbo Dei CHRISTI ipsius institutione edocti, ac iusti muniuntur quemadmodum fidelissime Apostolicus Pater, Martyr, ac Doctor testatur. D. CYPRIANVS orthodoxe dicendo: Admonitos nos scias; ut in calice offerendo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat a nobis quamquod pro nobis Dominus prior fecerit: ut calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Nam cumdicat Christus: Ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. Nec potest uideri sanguis eius, quo redempti, & uiuificati sumus, esse in calice: quando unum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento, & testimonio prædicetur, &c. Dominus aduenieus baptismi & calicis manifestauit ueritatem, quia aquam illam fidelem, aquam uitæ æternæ præcepit credentibus in Baptismo dari, calicem uero docuit exemplo magisterii sui uini, & aquæ coniunctione misceri. Hactenus Orthodoxus Pater cum quo consentit D. HIERONYMVS, dicendo: Accepit IESVS panem, & formans sanguinem suum in calicem uino, & aqua mixtum, ut alio purgemur à culpis, alio redimamur a pœnis. Hæc ille, cuius suffragator est D. AVGVSTINVS qui sententiam D. CYPRIANI probans, D. HIERONYMI quoque pronumtiatum commendat: Beatus Cyprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro, ubi de sacramento calicis disputat. Soluitur quippe ibi quæstio, in qua quęritur, utrum calix Dominicus aquam solam, an etiam uino mixtam habere debeat. Hæc ille qui ad illud: A latere exiuit sanguis, & aqua ille sanguis in remissionem factus est peccatorum: aqua illa salutare illud temperat poculum. Hæc & lauacrum præstat, & potum. Hunc sequitur D. EVCHERIVS dicens: Hæc Dominici sanguinis uinum aqua miscendum, non solum traditione Dominica, sed etiam genere passionis ostendit, ex cuius sacro latere sanguis, & aqua lanceæ illisione profluxit. Atque ut alios Orthodoxos prætercam silentio, grauissimum est plurimorum testimoniorum testimonium, quod in Cōcilio Carthaginēsi Tertio prolatum fuit, hoc pacto: In Sacramenta Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & uinum aqua mixtum. Huic Concilium Bracarense Quartum concordat omnino: Nullus in oblatione sacri Calicis, nisi quod ex fructu uineæ speratur aqua mixtum offerre præsumat: quia sacrilegium iudicatur aliud offerri, quam quod in mandatis Sacratissimus Saluator instituit. Hæc de CHRISTI institutione traditione, & iussione, ad quod accedat primitiuæ Ecclesiæ doctrina, cuius procul dubio SPIRITVS SANCTVS auctor & magister extitit, quod & ipsi hæresiarchæ quidem fatentur, Luculentissima sunt testimonia Pontificum Ecclesiæ Dei Diuorum ALEXANDRI PRIMI, ANICETI, & IVLII Primi, qui ante mille, & trecentos fere annos uixit, quem loco aliorum præcedentium, & subsequentium allegabo: fideliter ita que asserit: Calix Dominicus, iuxta Canonum præcepta, uino & aqua permixtus debet offerri: quia uidemus populum in aqua intelligi, in uino ostēdi Sanguinem CHRISTI. Ergo cum calice uino aqua miscetur, CHRISTO populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & iunctio aquæ & uini sic miscetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si uinum tantum quis offerat, Sanguis CHRISTI esse incipit sine nobis: Si uero aqua sola sit, plebs incipit esse sine CHRISTO. Et ideo nulli deinceps licitum sit, aliud in Sacrificiis Diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam Cōciliorum, panem tantum, & calicem, uino, & aqua permixtum. Hæc ille, cui concordant Concilia Bracarense, Altisiodorēse, Vuormatiense, Triburiense, & alia, & nouissime

D. Cyprian. — Epist 63.
D. Hieron. — Ad sup. 14. D. Maior.
D. August. — Lib. 4. de doctrin. Chris. c. 21. Tract. 20. in D. Ioan.
D. Eucher. — Hom. 5. de Pas.
Concilium. — Cap. 24.
Concilium. — Cap. 4.
D. Iulius. — D. consecr. d. 2.
Synodus. — sess. 22. c. 7.

Marco Ephesius. *Luthero.*

ſime Oecumenica Synodus Tridentina, in qua ſic in confirmationem ſupradictorum traditur: Monet Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſię, Sacerdotibus, ut aquam uino in Calice offerendo miſceãt: tum quod Chriſtum Dominum ita feciſſe creditur, tum etiam quia a Latere eius aqua ſimul cum Sanguine exierit: quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum aquæ in Apocalypſi Beati IOANNIS, populi dicantur: ipſius populi fidelis cum capite CHRISTO vnio repræſentatur. His uero, qui idem ſentiunt, ſubſcribunt Græci, Huſſitæ, ut patuit teſte Marco Epheſio Schiſmatico, & Lutheranorum ſectarius, qui non his, ſed ſolum ſibi potius (ut ita dixerim) repugnans dicit: ſub Symbolum, uel poſt concionem apparetur panis & uinum ad benedictionem ritu ſolito niſi quoc nondum mecum conſtitui, miſcendane ſit aqua uino: quanquam huc inclino, ut merum potius paretur abſque mixtura.

Lib. de consec. uer. De for. Miſ.

Eleuatio Eucharistię aſtruitur. Coccius. Triboman. Hoffmeiſterus. Conſtantin.

CCCCII.

Eleuationem ſacroſanctæ Euchariſtiæ impii impie improbant Beguardi, Aerius, Lutherus, Foxus, & Beza. Probi uero probe probant Catholici Doctores, utputa S. CYRILLVS Anachoreta in V. S. Pat. Georgius Præſbyter in V. S. Theod. Archim. ac Diuus GERMANVS Conſtantinopolitanę urbis Antiſtes: elatio in altum uenerandi Corporis repræſentat Crucis elationem, & mortem in ea, & ipſam reſurrectionem. Quod autem ſubleuat Sacerdos Diuinum panem, & figuram crucis ter facit in aere cum uenerabili, & uiuifico Pane, id innuit: una quidem crux, quæ ſurſum deſignatur, ſanctificatum ſupernum ætherem mõſtrat: media, aerem: infima, quæ fit ſupra, & prope diſcum, terram in qua uiuificũ illud CHRISTI Corpus ſepultum eſt. D. IOANNES Damaſcenus: In eleuatione panis Euchariſtię non dicimus τρίσαγιος vel τρισκύριος ter ſanctus, aut ter Dominus, ſed unus Sãctus, & unus Dominus Ieſus CHRISTVS. D. SIMEON Metaphraſtes: Cum Diuinum panem conſecrans extolleret, (Chryſoſtomus) totus a Deo afflatus eſt. Quid autem horũ eſt incredibile in tam ſancta anima. Quibuſdam ſignis uidebat Dei Spiritum ad dona propoſita deſcendere. D. RABANVS: Eleuatio Sacerdotis & Diaconi Corporis, & Sanguinis CHRISTI, eleuationem eius Crucem inſinuat pro totius mundi ſalute. D. IVO: Cum panis, & Calix adhibito Diacono eleuatur, exaltatio Corporis CHRISTI in Cruce commemoratur. Hæc confirmant, & conſtabiliũt, tradunt, ac mãdant etiam duo Concilia Treuirenſe, & Mediolanenſe, atque tota Chriſti Eccleſia, cuius piiſſimam, & probatiſſimam cõſuetudinem nullatenus improbi improbe improbant Græci, Huſſitæ, qui enim locum inter eos primũ occupat Huſſus iſta ſcriptis prodidit: Eleuationes debet habere in memoria Presbyter, dum eleuat, & offert in Sacramento Venerabili Deo Patri Corpus Chriſti. Hunc Lutherus ſecutus ait: Sub cantu, Benedictus, eleuetur panis, & Calix ritu in Miſſa hactenus ſeruato. Et iterum: Cum huiuſmodi ſpiritum fauere uiderem aduerſum nos ſine cauſa quod nobis illud pro maximo peccato imputare uolebat, ubi nullum erat peccatum, accedens ego retinebam eleuationem in contemptum, & deſpectum eiuſmodi dæmonis, quam tamen ſtatueram relinquere. Acalio loco, idem facit, quod Sacerdos mox conſecrato pane, & Calice eleuat eundem: quo non eſſe aliquid offerre Deo oſtendit, cum nullo uerbo meminerit Hoſtiæ ſeu oblationis, ſed eſt & id ipſum uel reliquum ritus Hæbraici, quo leuabantur, quę cũ gratiarum actione accepta Deo referebantur. Hæc ille, quem contra Bezã Ioachimus Vueſtphalus defenſatur. Atque ut Cleinuuitzius teſtatur, ſunt (&) alii (Nouatores) qui Eleuationem ſanctæ Euchariſtiæ retinent.

Art. 16. in tub. Hunni. Dial. 2. In Theor.

Damaſc. *Metaphraſ.* *D. Raban.* *Carnuten.*

In Triſag. *In S. Ioann. Chryſoſt.* *De inſt. Cle. l. 1. c. 34.* *Ep. 233.*

Huſſus. *Lutherus.* *Vueſtphalus.* *Cleinuuitzius.*

Tract. de C. D. *In for. Miſ.* *In bre. conf. de Sac to. 2. f. 226.* *De capt. Babyl.* *Cont. Bez. Cont. Heſhus.*

Digitized by Google

Canon Missæ approbatur.

CCCCIII.

Colonienses *Nicolaus Vilagagnō.* *In Antidida de Sac. Miss. libel cont. Dan.*

Sacrum Missæ Canonem Lutherus corrupte transtulit ad seducendam plebem: Valentinus Vannius,& Georgius Maior eum profanant & impudentissime ludibrio exponunt. Eum uero ecclesiastica auctoritas tot ante seculis concelebrat tamquam rectissimum, piissimum, probatissimum, cātatissimum, purissimum, & Christianissimum omnes Christi Orthodoxi Catholici comprobant, in eum enim sacrum Canonem luculenter scripserunt expositionem Florus Magister, Odo Cameracensis Episcopus vir vetustate, religione, ac eruditione uenerabilis, Stephanus Eduensis Episcopus, & Remigius Antisiodorēsis Episcopus, qui sacrosanctum sanctissimæ Missæ Canonem Sanctorum Patrum sententiis, & auctoritatibus luculentissime confirmauit. His vero concordant Ecclesiæ omnes Patres, Doctores, & Theologi, & Græci quoque commendant, deinde probant Hussitę, Hussus uero laudat, dicens: super his se fundans Ecclesia uniuersalis dicit in Canone Missę: Offerimus panem sanctum, &c. Et iterum, Panem Cœlestē accipiam, & nomen Domini, inuocabo. Vuiclefus præterea approbat Canonem, & totum ritum Missæ a principio fere usque ad finem, dicens eum egregium, & egregie declaratum esse. Hæc ex eo quem discipulus eius Lutherus sectatur, dicendo: sunt quinque facienda pro satisfactione Festi, ut colligitur ex decreto, scilicet audire Missam, audire uerbum Dei, orare, offerre, & conteri de peccatis. Primū audire Missam. Hic nimium stulte quidam interpretantur Canonem uolentes ideo Missam legendam altiore uoce, quod non uideri, sed audiri sit præcepta, quasi non magis præceptum sit, Canonem Missæ, qui solus proprie est Missa, pressa uoce legi, nec audiatur: cetera autem sunt orationes, uel paramenta ad Canonem Missæ. Huic uero hæretico hæretici in Anglia ministri inuitis improbis Geneuensium ministris penitus assentiuntur, ubi Canonem Missæ Romanum acceptent eoq; utuntur.

Pindanus. *Pano. 4. c. 47. 48. 49.* *Episcopus.* *Episcopus.* *Episcopus.* *Episcopus.* *Expos. in Cano. Mis.* *Can. Mis. 1. decla.* *In cano.* *Can. exp. ext bibl. 55* *Pat. to. 6.* *Hussus.* *Vuicleffus.* *De Apostasia cap. 18.* *Lutherus.* *De ter. prae.* *Anglicani.* *Libr. prac. publ. In Ec. Anglic. ex lib. 1. Feuar. Theomac.* *Coccius.*

Altaria sacra asseruntur. *Coccius.*

CCCCIV.

Lib. 6. ar. 9 de Eccl.

Altarium consecrationem, & usum ad Diuinum Sacrificium reprobi homines improbant Ariani, Iulianus, Eustachius, Donatistæ, Manichæi, Messaliani, Petrobrusiani, Albigēses, Taboritę, Lutherus, Oecolampadius, Pseudomartyr, Caluinus, Beza, & Casimirus: Probant uero præcedentibus Catholicis Christiane sentientibus, & hæresim prędictorum impiorū confutantibus iuxta plura Scripturæ sacræ loca dicentibus secundum statuta Apostolica: Sciat uidua (inquiunt Apostoli) se esse ad Altare DEI, & domi suæ sedeat, neque prætextu ullo in domos fidelium ad accipiendum ingrediatur. Nam neque Altare Dei umquam circumit, quin potius in uno loco collocatum est. Ac rursum: Si quis Episcopus, uel Presbyter præter Domini de Sacrificio, ordinationē, alia quædam ad Altare attulerit, mel, uel lac, uel pro uino siceram, deponatur. D. IGNATIVS: Nemo erret nisi quis intra septa Altaris sit, priuatur pane DEI. D. IRENAEVS: Sacerdotes sunt omnes Domini Apostoli, qui neque agros, neque domos hæreditant hic, sed semper Altari, & DEO seruiunt. Et ante hunc D. EVARISTVS Ecclesiæ Pontifex: Omnes Basilicæ cum Missæ debent consecrari: Altaria uero placuit non solum unctione Chrismatis, sed etiam Sacerdotali benedictionem sacrari si uero Altaria non fuerint lapidea, ad celebranda Diuina officia non consecrentur. Item D. PIVS Primus: Si super Altare stillauerit Calix, sorbeat minister stillum, & tribus diebus pœniteat. Itidem D. SOTER: Sanctas Deo fœminas, uel Monachas sacra vasa, uel sacratas pallas penes uos contingere, & incensum circa Altaria deferre, perlatū est ad Apo

D. Clemens *Const. Apostol. li. 3. c. 6* *Can. Ap 3.* *D. Ignatius* *Epist. ad Ephes.* *D. Irenęus.* *Lib. 4. c. 20* *Papa.* *Ap. Buchar lib. 1. c. 27.* *Papa.* *Ap. Iuo. p. 2 c. 25.* *Papa.* *Epist. 2.*

stolicam

Digitized by Google

stolicā Sedē: quæ omnia reprehensione plena esse nulli recte sapientium dubium est. His consentiuntur Orthodoxi omnes Patres, quinimo alij Oecumenici Pontifices Diui LVCIVS, HILARIVS, DAMASVS, LEO, GELASIVS, SYMMACHVS, HORMISDA, FELIX, GREGORIVS, ALEXANDER, insuper Concilia Elibertinum, Carthaginense Quintum Agathense, Epaunense, Aurelianense Tertium, Turonense Secūdum, Bracarense Primum, Antisiodorense, Hispalense Secundum, Remense, Parisiēse, Nannetense, & alia quæ ad quæcunque fidei Christianæ Dogmata confirmanda, vel tradenda sufficientissima cuilibet uere Christiano nimirum esse debent. Quibus male Christiani schismatici, imo vere hæretici Græci, Hussitę, dictis, factisque, non repugnāt morē porro Catholicū incōstansnō reprobat Lutherus, qui toties probat Altaria sacra, & honorifice illorū meminit, quam ob rem inter alia inquit: Ex his intelligitur Sanctorū memorias, Templa, Altaria, Nomina, Imagines ideo celebrari, & multiplicari, ut eorum exemplo animemur ad perferenda eadem mala, quæ ipsi intulerunt. Qua ratione nisi colantur, omnis eorum cultus superstitione non uacat. Hæc illę in cuius sententia sunt ministri hæresis in Anglia. Atque ex ipsis Sacramentariorum ducibus Oecolampadius est, qui si Ecclesiæ cedēdum esset corpus CHRISTI in Eucharistia Christicolis exhiberi, recteque erigi Altaria ad eius honorem, ac celebrationem his verbis fatetur: Si in pane caro est, redeant anniuersarij accersantur Sacerdotes innumeri, extruantur aræ plurimæ.

Lutherus. — *Consola pro laborā. c. 6.*

Anglicani. Oecolāpad. — *Ap. Feu. 1. l. des T. in Theom. l 3. ca. 5. de V. D. inc. ap. Roff.*

Sacrorū uasorum usus approbatur.

CCCC V.

Sacra Vasa, Calices, & Patinas, & eiusmodi res non probant non probi Nabucdonosor, Balthasar, Iulianus Imperator, Habdalas Saracenorum princeps, Casimirus, Ariani, Donatistæ, Vualdenses, Albigenses. Quos iure optimo execrantur Christiani omnes iuxta Diuinas Scripturas, & statuta hæc Sanctissimorum Apostolorum: Vas aureum, vel argenteum, uel uelum sanctificatum nemo amplius in suum vsum conuertat. Hoc enim fit præter ius, & leges. Siquis deprehensus fuerit, mulctetur. Idem corroborant Diui PETRVS Apostolus, IACOBVS Apostolus, & MARCVS Euangelista suis in Liturgiis. D. CLEMENS Primus: Calicem ad præferendum sanguinem præparatum cū tota munditia ministerij minister præparet, ne non bene lotus calix Diacono peccatum fiat, offerente. D. SIXTVS Primus: In hac sancta Sede Apostolica a nobis, & reliquis Episcopis, ceterisq; Domini Sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab alijs, quam a sacratis, Dominoque dicatis contrectetur hominibus. Indignum enim ualde est, ut sacra Domini Vasa, quæcunque sint, humanis seruiant usibus, aut ab alijs, quam a Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus pœnam imponat populo suo. D. IRENAEVS: Quando mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum DEI fit Eucharistia Corporis, & Sanguinis Domini. Tertullianus: Præcedant ipsæ picturæ calicum vestrorum. Cui ille. Si forte patrocinabatur Pastor (Hermas) quem in calice depingis. Ad hæc accedunt Concilia multa, ut multos Patres, Doctores, Theologos silentio prætercam, Concilium enim Romanum: Nullus lector, uel Ostiarius uasa sancta contingat. Inde Oecumenicum Nicænum: sit in unaquaq; Ecclesia procurator & cum eo alii, qui curam habeant Vasorum auri & argenti, & vestimentorum & ornamentorum Ecclesiæ. Deinceps Laodicense: Non oportet subdiaconos locum habere in Diaconis, & sacra Vasa tangere. Eadem prorsus corroborant Concilia plurima, tum Græca, tum Latina. Sed hactenus lucide Orthodoxia Ecclesiæ verbo DEI suffulta, & roborata patuit,

Coccius. — *Art. 10.*
Apostoli. — *Cano. 72.*
Anno 80. — *Ep. 2.*
Anno 117. — *Ep. 2.*
Anno 180. — *Lib. 5. c. 7.*
Anno 200. — *De pud. dicit. ca. 7. & 10.*
Anno 320. — *Cap. 9.*
Anno 325.
Anno 370. — *Cano. 63.*

Digitized by Google

quam quidem olim comprobarunt, & commendarunt in suo quicunque sit canone, Iconomachi hæretici, Hussitę, & quicunque schismatis arguũtur, a quibus hęretici alioquin Adiaphoristę & alii hac in re haud quaquam repugnant.

Sacra Vestes affirmantur.

CDVI.

Coccius. Sacras Vestes Pelagiani, Vandali, Vualdenses, Piggardi, Vuitembergenses, Proclus, Vandalus ZisKa Hussitarum dux, Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius improbant. Quas orthodoxe probant Christianæ Ecclesię legitimi filii Catholici ab ipsa tempestate sanctissimorum CHRISTI Legatorum : Diuus nam CLEMENS illorum Discipulus ita quidem scriptis statuit : Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate corrupta, incendio dentur. Quoniam non licet ea, quæ in sanctuario fuerunt, male tractari, sed incendio inuicem tradantur : Cineres quoque in Baptisterio inferantur. Nemo per ignorantiam Clericus palla mortuum credet obuoluendum, &c. Palla, & vela, quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris iuxta Sacrarium lauent nõ eiicientes foras a sacrario uelamina Dominicæ mensæ, ne forte puluis Dominici corporis malis decidat a Syndone foris abluto, & erit hæc operanti peccatum, Synodus insuper Romana sub anno 320. ut Diaconi plus uel amplius per parochiarum examen, nisi duo, & Diaconi Cardinales uerbis Romæ septem, ita tamẽ, ut Dalmaticis uterentur, & linostmia lęuam eorum tegerent. Concilium præterea sacratissimum Nicænum Primum sub anno 325. Vt sit in unaquaque Ecclesia procurator, & cum eo aliis vero qui curam habeant prouentuum, & reddituum Ecclesiæ, & deinde uillarum, & sementis, & sumptuum & Vasorum auri, & argenti, & Vestimenrorum, & ornamentorum Ecclesiæ. Sed ante hæc antiquissima Cõcilia Præsulum Ecclesiæ Oecumenicorum extant luculentissima testimonia, & fidelissima Diuorum ANACLETI Episto. pri. anno 84. PII. Epist. Sec. anno 147. SOTERI Episto. Sec. ann. 163. STEPHANI Episto. pri. cap. 3. ann. 255. Hos secuti sunt plures alii, ac omnes, item Concilia multa, atque etiam Doctores sacri Theologi eruditissimi, Patres, Sanctissimi, Diui ATHANASIVS Magnus, BASILIVS Magnus, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, & ceteri. Quibus plurimum duo adstipulantur irrefragabilia uerbum scilicet DEI & Ecclesiæ Auctoritas. Quod quidem mixime & nimirum Catholice probant hæretici multi, & olim probauerunt nominatim Iconomachi in suo Constantinopolitano Conciliabulo resque huiusmodi DEM sacratas diripere nefas esse duxerunt inde Hussitæ, postea Euangelicorum quidam & denique Adiaphonistæ, & Anglicani hæresis Anglicanæ ministri non improbant.

Marginalia (left): *Alanus.* — *Synodus.* — *Synodus.* — *Lindanus.* — *Anglicani.*

Marginalia (right): *Ar. 2. & li. 8. arti. 3. de Sig. Ecc. Dial. 4. ca. 15.* — *Epist. 2.* — *Can. 3.* — *Can. 63. Arab.* — *In dubit. Dial. Ap. Fen. 1. dec. Iren.*

Thuris usus admittitur.

CDVII.

Coccius. Thuris usum in Diuinis officijs nõ probat Almaricus, qui idololatriã esse dicebat, in quo & si fauet illi Lutherus anceps tamen euadit, num adhiberi, uel omitti debeat, non concludit, & sic Adiophonistarum dux constitutus Thuris usum non reprobat, verum enim uero Græci absolute, & Catholice hoc sine ambiguitate probant, nec ab his abhorrent Vuicleuistæ, ac Hussitæ, ex Hæresi subsequente protinus conijcere licebit. Cæterum ex Catholicis Patribus & Traditionibus Apostolicis Thuris incensiq; pius usus, quem Patriarchæ prophetæ, & ueteris Testamẽti Sacerdotes semper adhibuerunt, semperque probauerũt, approbatus dignoscitur. Ne liceat, inquiunt, aliquid aliud ad Altare offerre, quam oleum ad luminare, & incensum tempore sanctæ Oblationis. De quo incensu thymiamate, & thure multa habentur in sacris Diuorũ Apostolorũ PETRI, IACOBI & Euã-

Marginalia: *Art. 12.* — *Apostoli.* — *Cano. 21. Apostol.*

geli-

Digitized by Google

Euãgelista Sancti. Apostolicus. geliftæ MARCI, ac Sanctorum Bafilii, IOANNIS Chryfoftomi, & aliorum Liturgijs, ex quibus in ufus fuiffe tempeftate Apoftolica, & primitiua Ecclefia luce meridiana clarius dignofcitur: Vnde D. DIONYSIVS D. PAVLI Difcipulus fcribit: Pontifex ubi orationem fanctam fuper Altare Diuinum peregit ipfe incenfum adolere inchoans, omnem fani ambitum circuit. Huic fuccedit proximus D.SOTER Pontifex Oecumenicus Ecclefiæ CHRISTI qui Epiftola fecunda conftituit, ut nulla Monacha pallam facratam contrectaret, nec incenfum poneret in fancta Ecclefia. Id quod D. DAMASVS in medium produxit. Deinceps Diuo SOTHERO fuccedit Diuus HIPOLYTVS Martyr: Lugebunt Ecclefiæ luctum magnum: quia nec oblatio, nec fuffitus fiet. Ad hunc accedit tempore, & fententia D. CYPRIANVS Martyr, itidẽ Diui fuccedunt de inceps BASILIVS, AMBROSIVS, GERMANVS, MAXIMVS, LEO, FVLGENTIVS, GREGORIVS, Poetæque Chriftianiffimi, & antiquiffimi idem cõcinnunt, Iuuẽcus, Prudentius, Sedulius, & multi alii Patres, & Doctores Ecclefiæ Chriftianæ, Diuinis fcilicet Litteris admoniti, Euãgelicis erudimentis inftructi, Apoftolicis Traditionibus imbuti, Spiritus Sancti interiori infpiratione locutione, ac difciplina edocti. Quamobrem eodem fummo Ecclefiæ CHRISTI Doctore Paracleto auctore iam olim a Pontifice Ecclefiæ inftitutum & ex feculis præterlapsis in Concilio Rothomagenfi hoc idem hoc modo ftatutum eft: Vt tempore quo Euãgelium legitur finitoque Offertorio fuper obationem iucenfus in mortem uidelicet Redemptoris noftri ponatur, dicernimus.

Ec. Hie. ca. 3. *Pont. Max.* *Ep. 2.* *Pont. Max. Pater.* *In Sote. Or. de Ant.* *S. Pater. Patres.* *De flel. & mag.* *Concilium.* *Ap. Buchr. l. 3. c. 227.*

Cæremoniæ in Missæ Sacrificio commendãtur. Coccius.

CCCCVIII.

Cœremonia facrofanctæ & myfticiffimæ diuæ Miffæ omnes improbat, & negant Agonichitæ, Vualdenfes, Lutherus, Mufculus, Bucerus, Zuinglius Caluinus, & alii Satanæ sãniones. Quos abominatur, tota CHRISTI Ecclefia & quidem ab initio, & ut patet in facris Diuorum Apoftolorum, Euangeliftarum, & Sãctorum Liturgiis. Ipfi præterea Apoftoli cœremonias iftas tradidere, Diuo CLEMENTE Romano tefte, & relatore: Cuncti pariter cõfurgentes, & in Oriente fpectantes, egreffis catechumenis, & pœnitẽtibus precentur DEVM, qui afcendit fuper Cœlum, Cœli, idque ad Orientem: unde primus homo neglecto Dei mandato confilio ferpentis eiectus eft. Iterum: Ante omnes refpondeant pueri, & inclinantibus eis capita benedicat Epifcopus ordinatus huiufmodi oratione &c. Rurfum: Poftquam fe fignauerint in nomine Dei Patris per Chriftum eius, feque inclinanerint, accipiant ab Epifcopo benedictionem. Areopagita præterea plura habet de cœremoniis Apoftolicæ Ecclefiæ quo tempore idem claruit, quam hic referre queam. Huic proximus omnino fubfequitur D.EGESIPPVS: Iacobus iuftus (Apoftolus) fixis genibus pro populo deprecabatur in tantum, ut camelorum duritiem traxiffe eius genua uiderentur. Huic fucceffor eft proxime D.IVSTINVS Martyr: Quis veftrum ignorat, prælationem eam maxime flectere Deum, quæ ad commiferationem mouendam lachrymis eft comparata ab eo, qui fupinus prouoluitur, aut ingenua procurabat? Diuus CLENENS Alexandrinus: Caput & manus in Cœlum extendimus, & pedes excitamus in ultima acclamatione orationis promptitudine, & claritate Spiritus affequentes effentiam, quæ apprehenditur intelligentia, & una cum uerbo corpus a terra abducere conantes erectam, & eleuatam animã, defiderio meliorum cogimus in fancta progredi, magno animo carnis iunculum defpicientes. Tertullianus qui eodem quo hic tẽpore floruit: Sufcipientes Chriftiani manib. expãfis, quia innocuis: capite nudo, quia nõ erubefcimus: deniq; fine monitore, quia de pectore oramus &c. Huius clarif. D.

Ar. 14. 15. &c. *D. Clemens.* *Conft. Apo. l. 2. c. 57.* *D. Dionyfi.* *De Ecc. Hier. &c.* *D. Egefipp.* *Lib. 5. com.* *D. Iuftinus* *Dia. cũ Typhon.* *D. Clemens* *L. 7. Strom.* *Tertullian.* *In Apo. ca. 30.*

D. Cyprian. CYPRIANVS Martyr: Adorans nec illud ignoret quemadmodum in templo cum Pharisæo publicanus orauerit, nec alleuatis in Cœlum impudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, Diuinæ misericordiæ implorabat auxilium. De Or. Do. D. August. D. AVGVSTINVS huic concordat omnino: Si falsum est, unde quotidie tundimus pectora? quos nos quoque Antistites ante Altare assistentes cum omnibus facimus? Ser. 10. nit. o. Hom. D. Maxim. D. MAXIMVS: Tunc citius nostra exauditur oratio cum CHRISTVM, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hom. 3. de fest. Pen. Hoc etiā exemplo Moyses sanctus, contra Amalech bellum gereret non armis, non facto, sed eleuatis ad DEVM manibus eum superauit. Cum his consentiunt reliqui Orthodoxi ut pote Diui BASILIVS, IOANNES Chrysostomus, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONIMVS, GREGORIVS, & ceteri. Nec immerito cum de Cæremonijs exempla, & traditiones Scripturæ sacræ, Patriarcharum, & Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, & uniuersæ primitiuæ Ecclesiæ habeātur, quæ replebatur Spiritu Sancto, & Apostolicam plane doctrinam referebat, & immaculatū, & prorsus intemeratū, & irreprehensibilem cultum retinebat, quam quidem quicumque penitus non assequitur, Christianus non est, sed infidelis omnino, & diabolicus hæreticus. Præterea nulla umquam fuit Religio, quæ cæremonijs careret, quibus nec ipsi Turcæ Lutheranis, & Caluinianis longe meliores carent. Plinius. His præterea subijciam quod uir Ethnicus, & a Christianis laudatus laudat Christianum morem orandi ante lucem, Hymnos CHRISTO canendi, & eiusmodi utendi cœremonijs. Ep. ad Tra. de Chr. Marc. Aur. Hunc eximie imitabatur eodem seculo Marcus Aurelius Imperator: Aequum est, scribit quos impios, & a Diis alienos esse suspicati sumus, ut eos norimus DEVM in conscientia suapte sponte illapsū atque ibi inclusum habere. Epi. ad sen. Rom. Nam proiicientes se in terram non pro me tantum sed pro exercitu, qui tum ibi aderat, uniuerso precati sunt, ita ut nobis solatio esset in præsenti fame, & siti: in quintum enim iam diem aquam, quod ea defecisset non ceperamus. Nā in meditullio Germaniæ in medio hostium eramus: simulatque illi in terram sunt prouoluti, & DEVM precatione innouarunt, quem ego ignorabam, aqua de Cœlo est consecuta. Ecce DEVS comprobat miraculis euidentissimis modum orandi, ritusque Christianorum cum eorum preces tali cærimonia, quali utebatur cetera Ecclesia, futas exaudit, mirabili fauore prosequitur, quem ritum, sicut & alios Diabolus per suos sectatores hæreticos insectatur, detestatur, traducit subsannat, sugillat, atque etiam execratur, detestatur, maledicit. At contra hos Ethnicos Ethnicis uero lōgissime deteriores, quippe qui res Diuinas more plane Hussita. Ethnico pro ludo habent, sic inter Hussitas Ioannes Pzribrauus inuehitur: In conf. fid. fia c. 28. ci. lodec. 8. ar. de sig. Ecc. Totus & ordo communiter sacrificandi, seu missandi, ex Sanctorum Traditionibus, tamquam ex auris massis, & pretiosissimis gemmis decentissime elaboratus, & cōportatus, & cultu diuinissimæ Eucharistiæ & eius honori, & magnificentiæ saluberrime, & sapientissime adeptatus in suis singulis ritibus, & moribus uidelicet, ingestu, signis & habitu, seu uestimentis cōsuetus a cunctis Sacrificantibus est obseruandus, & absque ineuitabili necessitate a Christi Sacerdotibus non est prætermittendus, sed opere tenus exæquendus &c. Ioannes Vuicleuus, libro de Potestate Papæ approbat omnia ornamenta supradicta declarans maximam utilitatem morum, & uirtutum pro eadem designari. Item Apostasia cap. 18. probat totum ritum Missæ a principio fere usque ad finem, dicens eum egregiū, & egregie decla- Vuicleuus. ratum, concludens de omni ritu illo, & dicens: Certū est, quod omnia talia de tāto sunt laudabilia, de quanto excitant, ut Christus plus ametur. Hæc ille Chytraus. erubescat ergo discipulus a magistro suo, & in hoc sit sicut magister eius Orat. de sta. in. t Eccles. Vuicleuus Missas suas ritu, & forma Ecclesiæ, faciunt idem Thaboritæ, vel confundantur dici Vuicleuistæ. Hucusque ille, qui supradicta a me satis superque probat, probant & Bohemi bifidis Ecclesiis diuisi, qui omnes, uel

Digitized by Google

fere omnes ritus ut loquitur sectarius qui hoc uidit prius posteriusque scriptis testatus est, Pontificios retinent. Iterum idem Lutherus ipse, inde non repugnant Lutherani ipsi, qui hoc confitentur: Retinetur Missa apud nos, inquiunt, & summa reuerentia celebratur. Seruātur & usitatæ cœremoniæ fere omnes, præterquam quod latinis cātionibus admiscentur alicubi, Germanicæ, quæ additæ sunt ad docendum populum. Denique Anglicanæ hęresis ministri Cœnæ Dominicæ initio, publica peccatorum confessione sese exonerant: decantant, Gloria in excelsis Deo, &c. Euangelium in Ecclesia Romana consuetum: Symbolum Nicęnum: Præfationem, cuius est initiū, Per omnia secula seculorum, sursum corda, Gratias agamus, Vere dignum, & iustum est, Sanctus, proferunt: & illa ex Canone Missæ verba. Qui & nocte qua tradebatur, & cetera in Missali libro Romano contenta.

Lutherus. Lutherani. De test. præs. Confes. Luther. Aug. Feuardent. Lib. 1. de S. Trin.

Cæremoniæ Ecclesiastica approbāda.

CCCCIX.

Ecclesiasticas cœremonias pro libertate, uel hæretica, uel satanica, qui easdem excutiunt Vigilantius, Vuicleuus, Caluinus, & recentiores hæretici Lutherani, Caluinitæ, Anabaptistæ, Trinitarii & similes. Eas uero probāt, ac probarunt Apostoli, Euangelistæ, Discipuli, Apostolici, Martyres, Patres, Doctores, Theologi, sapientes, & omnes Christiani, Catholici, & Orthodoxi, quos tribus allegatis Conciliorum sacrorum testimoniis facile, & fideliter indicabo: Sacrosanctum enim Concilium Nicænum Primum, quod omnes Christiani loco Euangelii semper habuerunt, hæc statuit: Sunt quidem in Dominica die oratione genua flectentes, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctæ magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter, & consentienter stantes Dominum adorare dēbere. Inde Trullense: Si quis immaculati in Synaxis tempore esse particeps uoluerit, etiam antequā eius fiat communio manus in Crucis formam figurans sic accedat, & gratiæ communionem accipiat. Deinceps Turonense Tertium: Sciendum est, quod exceptis diebus Dominicis, & illis solemnitatibus, quibus & uniuersalis Ecclesia ob recordationem Dominicę resurrectionis, solet stando orare, fixi in terram genibus suppliciter Dei clemētiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam deposcēdum est: cuius rei in Euangelio ipse Dominus nobis dedit templum. sed & Stephanū Martyrem, & Apostolum Paulum eadem fecisse, liber Actuum Apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, ne forte illi dicatur. Quid superbis terra & cinis? Hactenus, ex Conciliis, quibus addere licet Origenis testimonium utique fidele, & probatissimū: In Ecclesiasticis obseruationibus sunt non nulla, quæ omnibus facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod (verbi gratia) genu flectimus orantes, & quod ex omnibus Cœli plagis ad solam Orientis partem conuersi fundimus orationem non facile puto cuiquam esse rationi compertum. Sed & Eucharistiæ, seu percipiendæ, seu quo ritu genitus explicandæ, uel eorum quæ geruntur in Baptismo uerborum, gestorumque, & ordinum, at quæ interrogationum, & responsionum quis facile explicet rationem? Et tamen hæc omnia opera licet, & ueluta portamus super humeros, cum ita implemus ea, & exequimur, ut a magno Pontifice CHRISTO, & a filiis (nimirum Apostolis) eius tradita, & commendata suscepimus. Ecce Origenes CHRISTVM, & Apostolos Ecclesiasticarū cœremoniarum agnoscit, & confitetur Auctores quod & fatentur Diui DIONYSIVS Eccles. Hier. c. 1. CYPRIANVS sen. de ablut. ped. HILARIVS lib. 6. de Trin. AMBROSIVS de myst. c. 5. IOANNES Damascenus lib. 4. c. 13. 4. c. 17. Vulgarius Op. Pan & plerique alii. Quos profecto sectantur Hussitæ, ut hactenus clare coniicere licuit, Græci schismatici, plurib. quam Romani Cœremoniis utuntur: Lutherani denique inuitis Caluino, & Brentio

Bunderius. Compend. Tit. 27. art. 1. Concilium. Cano. 20. Synodus. Cano. 101. Cap. 37. Synodus. Origenes. Ho. 5. sup. Nume.

non

non omnes Cœremonias reijciunt, item fatētur Ecclesiam posse statuere de his cœremoniis,quæ habētur in Scripturis certum ordinem,& modū, quo seruari debent,ne sit confusio.Fatentur quoque posse Ecclesiam instituere aliquas cœremonias ad eruditionem,& splendorem Ecclesiæ modo absit obligatio,pro libertate scilicet Diabolica,& opinio cultus, quominus nempe superstitio non adsit hæretica. Ad hæc Lutherus dicit. Solus Sacerdos Missam audit totam, magno scilicet eo Sacramento, quod CHRISTVS verus Sacerdos, quamquam multa operatur in Ecclesia per externa Sacramenta, & visibiles Cœremonias,in quibus ei fideles cōcinnūt,& cooperantur. Inde Potestantes Lutheranæ impietatis: Placet nobis, ut uniuersales ritus propter tranquillitatem seruentur.Sicut & nos in Ecclesiis ordinem Missæ,diem Dominicum,& alios dies festos celebriores libenter seruamus. Et gratissimo animo amplectimur utiles ac ueteres ordinationes, præsertim cum contineant pædagogiam,qua prodest, populum & imperitos assuefacere & docere. Idemque ac his similia rursum alibi inculcant, admonent,ac docent. Postremo Cœremoniis in Missa,in Sacramentis, in cantu,& in similibus passim utuntur Angli.

Bellarmin. *Lib.2.c.20 de effectu Sacram.* *Lutherus.* *Deter.prae.* *In Theom. Calu.* *Beuardent.*

Certa loca, & tempora celebrandi a ieiuniis, seruanda.

CCCCX.

Coccius.

Vualdenses,Lutherus,Caluinus & alii,quos paulo ante adduxi, Offertorium, Canones,certa celebrandi tempora, loca,non ab omnibus,sed a ieiunii tantum celebrari fas esse spernunt,& abigunt. Quorū irrationabiles delirationes, stulta consilia,& fanaticas persuasiones displodunt electi populi Christianitatis,fideles filii Ecclesiæ Christianæ Catholici quemadmodum patet cuique erudito. Namque D.CLEMENS Primus: Oportet nos agnoscere uoluntatem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est locus. Quoniam & in aliis locis sacrificare,& Missas celebrare non licet,nisi in his, quibus proprius Episcopus iusserit. D.ANACLETVS: Deo perfecte sacrificantes,nō debent uexari,sed portari,consolari, atque ab omnibus uenerari. Ipsi autē quando Domino sacrificant,non soli hoc agere debent,sed testes secū adhibeant, ut Domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. Ait namque Auctoritas Diuinæ legis. Vide ne offeras holocaustum in omni loco quem uideris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Deut.12. D.SYLVESTER Primus constituit,ut nullus Presbyter Missas celebrare præsumat,nisi in sacratis ab Episcopo locis,qui sic particeps de cetero uoluerit esse Sacerdotis. His subscribunt Orthodoxi Patres Diui DIONYSIVS BASILIVS,AMBROSIVS,AVGVSTINVS,& alii plurimi. Atque prætere in Concilio Laodicensi hæc feruntur: Non oportet in domibus oblationes ab Episcopis,siue Presbyteris fieri & in Aurelianensi: Vnicuique fidelium in domo sua licet habere,& ibi orare, Missas autē celebrare ibi non licet. Eadem in Conciliis Cabilonensi Secundo cap.49. Rhemensi cap. 50. Moguntino secundo cap.9. Londinensi apud Matthæum Paris. de an.1237. Insuper D.TELESEPHORVS: Nocte sancta Natiuitatis Domini noctu Missas celebrent. Reliquis enim temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrādæ. Idem D.DAMASVS refert, probat id D.AVGVSTINVS,D.GREGORIVS, D.THOMAS,Concilia uero hoc idem roborant Aurelianense Tertium cap.14. & alia. Prætere a D.CYPRIANVS: CHRISTVM offerre oportebat circa uesperam diei, ut hora ipsa ostenderet occasum, & uesperam mundi. Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus. D.EVTYCHIANVS: Qui acceperit Sacrificium post cibum,aut post modicam refectionem, nisi pro uiatico: pueri tres dies,maiores septem,clerici uiginti tres dies pœniteant. Deinde Concilium Carthaginense: Sacramenta Altaris non nisi a ieiunis hominib. celebrantur, excepto uno die anniuersario, quo Cœna Domini celebratur.

Art.14.15 16.17.18. 19.20. *Pont.Max* *Ep.3.* *Pont.Max* *Epist.1.* *Pont.Max* *Epil concil. Rom.* *Concilium* *Cano.58.* *Concilium.* *Ar. Brach. lib.3.c.86.* *Papa.* *Epist.1.* *Papa* *Ep.1 ad Caleseph.* *Martyr.* *Ep.63.* *Papa.* *Apud trin. lib.5.c.25.* *Concilium.* *Cap.20.*

Nam

Concilium. Nam si aliquorum pro meridiano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur. & Hipponense iubet, vt a ieiunis Altaris Sacramenta celebrentur. *Cap. 30.* Sunt præterea & multa alia Concilia, & Orthodoxorum dicta quibus Christiani abundant, hæretici uero laborant, & tanquam infideles non credunt. Tamen quidem hoc olim hæretici, & hæresiarchæ, ac postea alii eorum posthumi *Lutzemb.* *Lutherus.* probauerunt Vuicleuistæ, Hussitæ, Adiaphoritæ, Anglicani, Lutherus cum discipulis, & alii inter quos Græci ceteros percellunt & hactenus Ecclesiasticam consuetudinem maxime approbant, & stricte hactenus seruant: de quo nemo (ut liquet) dubitat, quod etiam palam hucusque demonstratum est. *Libr. 6. de Euch. cat. hær. In Colloq. Ger. ca. de Sacra. Alt.*

Angeli in Sacrificio Missæ præsentes adsunt.

CCCCXI.

Oecolamp. Tantum abest, ut Angelorum præsentia Sacramentiperdæ siue uetusti siue recentes, in sacratissimæ Missæ Sacrificio agnoscant, quod etiam negata ibi uera CHRISTI præsentia potius dœmones præsentes adesse, quā An*Lutheri.*gelos, confitentur, nec quidquam eos mouet complurium cœlitum reuelatio, Diuina miracula, sanctorum Patrum assertio, & Orthodoxorū plenus consensus. *De verb. d. in c. ex Rof. De Mis. di. & pas.* Quem uel scriptis quidem quidam ex illis patefecerunt, ut puta *Græcus.* D. IOANNES Chrysostomus qui in hūc modum scribit: Papè mensa mysteriis instructa est, & Agnus Dei pro te immolatur. Sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit, Seraphim astant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ uirtutes pro te cum Sacerdote intercedunt, ignis spiritualis e Cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est, non erubescis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis: *Serm. admonit. de Euc. in encom.* Et iterum: Dum profertur Sacrificium, & CHRISTVS immolatur, & ouis Dominica: cum audieris, oremus omnes communiter: cum uela uideris retrahi, tunc superne Cœlum aperiri cogita, & Angelos descendere. *Ho. 61. ad Antioch.* Ac rursum: Per id tempus & Angeli Sacerdoti assident, & Cœlestium Potestatum uniuersus ordo clamores excitat, & locus Altari uicinus, in illius honorē, qui immolatur, Angelorum choris plenus est, id quod credere abunde licet, uel ex tanto illo Sacrificio, quod tum *Latinus.* peragitur. *Lib. 6. de Sacerd.* D. AMBROSIVS: Quanta Domine Iesu Christe cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerentia, & tremore, quanta corporis castitate, & animæ puritate istud Diuinū & Cœleste Sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in ueritate sumitur, & sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summa imis iunguntur, ubi adest præsentia Angelorum, ubi tu es Sacerdos, & Sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus. *Orat. præp. ad Miss.* His autem *Areopagita.* fauet quod D. DIONYSIVS scribit. Sanctum CARPVM numquam diuina mysteria celebrare cœpisse, nisi prius sacra illi, ac propria uisio nempe *Apostolus.* Angelorum apparuisset. *Ep. ad democ.* Fauet & huic quod D. PETRVS Primas Apostolorum ait, Iube hoc administrari per manum Sancti Angeli: *In Liturg.* Hæc dicta sint aduersus illos hæreticos cum quibus non consentiunt Hussitæ, ut de Græcis interim sileam, namque hi libenter Chrysostomo subscribunt. *Hussus.* Hussus enim suam hanc D. GREGORII Doctoris summi Orthodoxi, & ab Orthodoxis cunctis spectatissimi confirmat sententiam: *Ser. ho. in exeq. Prag. ad popul.* Dicat ipse cum B. Gregorio, īquit, de uirtute, & mysterio Hostiæ salutaris, &c. Quis Fideliū dubium habere possit, in ipsa immolationis hora ad uocē Sacerdotis Cœlos aperiri in illo IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena Cœlestibus iungi? Hactenus ille contra infideles hæreticos.

Se-

Digitized by Google

Christus in Sacrificio Missæ adest. Lutherus. Ioannes Sleidanus. Fontanus.

CCCCXII.

Sectarium Sacramentariorum se fecit Lutherus suadente, & pandente amasio suo Satana, quando nec in Sacramento Altaris, & potissimæ nec in Missæ Sacrificio CHRISTVM adesse præsentem asseuerauit: sed postea, ne amplius sibi contradicendo, aduersariis concordaret, redargutus, resipuit & Catholicorum tutatus est partem, imo CHRISTVM non duntaxat in Missæ Sacrificio, sed in omnibus locis præsentem fecit, & ubique locorum summo furore correptus posuit, ut DEVS est in omni loco. Contra sentiũt Orthodoxi; Vt enim D. HIPPOLYTVS affirmat semper adest in Missæ, seu Liturgiæ Sacrificio CHRISTVS, tãtum non aderit in cõsummatione seculi, Pretiosum, inquit, Corpus & Sanguis CHRISTI non extabit in illis diebus: Liturgia extinguetur. Sanctissimus præterea Chrysostomus: Ad mensam ueniente Domino, eos, qui Dominum offenderũt, adesse nõ oportet, sed procul arceantur; ita scilicet, & hic dum profertur Sacrificium, & CHRISTVS immolatur, & ouis Dominica. D. AMBROSIVS appellat CHRISTVM Sacerdotem, & Sacrificium. D. AVGVSTINVS plus his addit, dum dicit; Ipsum Sacrificium Corpus CHRISTI est. Cum insuper Apostoli, Euangelistæ, & Sancti in Liturgiis, Deum precentur, ut transferatur panis in Corpus CHRISTI, & vinum in Sanguinem, patet quo hi CHRISTVM in Sacrificio Missæ uere adesse præsentem firmiter crediderunt. Ad hæc Orthodoxi omnes credunt, & confitentur CHRISTVM in Cœna sua Corpus suum, seque ipse uere Apostolis in cibum salutare exhibuisse, & in Liturgia Ecclesiæ, ac Missæ consecratione exhibere, ergo procul dubio ipsissimam præsentiam, ipsissimũ CHRISTVM ibi adesse procul controuersia indubitate senserũt. Quod autem uere, & certe sit CHRISTVS in Sacrificio Missæ præsens corporee, ut in Catholica Ecclesia creditur, & docetur, ita ĩ Schismatica, Hussitica, Vuicleuista, & Martinianista, quemadmodum hactenus patefactum est, affirmatur. In quo quidem Diaboli argumentum illud satis ad rem facit, quod qui aduentus & præsentia CHRISTI in Missa diuexatus, multis suasit Lutherum, ut Missam pro uiribus abrogandam prædicaret, cuius magistri uotis paruit, & satis superque fecit eius discipulus scilicet Lutherus. Quod non sic fecit ante mille, & ducentos annos uir Catholicus, & Orthodoxus Synesius, qui fidelis, & constans in fidei perseuerantia Christianæ permansit, nec Satanæ strophis acquieuit, nec eius dicto audiens fuit, quemadmodum ipse testatur: Aggreditur me tentator, ut Altaris Liturgiam relinquam. Hæc is qui ut magis di uexaret Satanam, & communicare & celebrare Christianissime renuit, cũ præsentes perspiceret filios ipsius Satanæ hæreticos: Multum aberit, inquit, ut in communionẽ arcani Sacrificii recipiamus, qui partem habere uoluerit cum Andronico, & Thoante. Ex quibus licet animaduertere patrem hæreticorum, & mẽdaciorum omnium credidisse, ac sentisse CHRISTVM Missæ Sacrificio præsentem adesse, id per quosdam discipulos, & filios negasse, per alios uero negare non potuisse.

Margin (left): D. Hippol. — D. Ioannes. — Lutherus. — Synesius.

Margin (right): Ep. ad Vualdens. & lib. de Miss. priu. In Hist. Cathol. — De Consum. mund. Orat. — Hom. 61. ad Antioc. — Orat. prep. ad Miss. — De ciu. Dei Li. 22. c. 10. — Into. colloq. — Ep. 57. 58.

Missa est Sacrificium.

CCCCXIII.

Negat impudentissime idea Lutheranorum hæreticorum Diuinissimã Missam Sacrificium esse, & si malle decies mori, quã hoc semel fateri garrit, asseritque Lutherus esse Sacramentum, ac Testamentum, hoc idẽ collega eius Bucerus garrit. Quod refellũt Catholici omnes, & omnis Dei Ecclesia, nec immerito, quemadmodum multum Orthodoxe patefit ab Henrico Octauo Rege Anglorum, a Beatis Ioanne Roffensi, & Thoma Moro CHRISTI Martyribus, sed D. CLEMENS Primus Apostolorũ sectator

Margin (left): Roffensis. Coloniens. Henricus. — Morus.

Margin (right): Cont. Capt. Bab. cap. 5. In Antidid. Assert. sept. sacram. Lib. con. Luther.

Mis-

Missam uocat Sacrificium. D. IGNATIVS Discipulus D. IOANNIS Apostoli uocat Sacrificiũ, D. IVSTINVS, D. IRENAEVS, D. BASILIVS, D. AMBROSIVS, D. HILARIVS, D. GREGORIVS vocat Sacrificiũ, omnes Orthodoxi Patres, Apostolici Discipuli, Sancti Martyres, Doctores sacri, Theologi, Pontifices Ecclesiæ Maximi, Concilia, & uniuersa Ecclesia appellat Sacrificium:, ergo his non uni inconstantissimo, notatissimo, & toto orbe damnatissimo Luthero credendum expedit. Quin imo magis expedit, & tutius est Orthodoxorum gnatorum omnium sententia unum audire D. AVGVSTINVM, quã quingentos Lutheros, sexcentos Melanthones, octingentos Buceros, mille Pomeranos, & duo mille Hunnios, a quibus non nisi propemodum omnia, uel saltem pro certo plurima portenta opinionum, inconstantiarum colluuiones, mendaciorum epilogi, falsitatum uetustatum epitomæ, imperitiarum, nugarum, sophismatum, impudentiarum, syncophantiarum, conuitiorum, contumeliarum, blasphemiarum, hæresium farragines, chaos, & cathalogi in medium proferuntur, in quibus nimirum perditis moribus, uitiis turpibus, scelerosis facinoribus, doctrinis dœmoniorum, notis, nequisque Antichristi, ac fœtidissimis, & pestilentissimis Satanæ excrementis ipsos Sacramentarii, & Caluinitæ longe exuperant. Audiam itaque contemptis his monstris inferorum *D. August.* D. AVGVSTINVM Orthodoxorum Doctorum omnium facile signiferum, os SPIRITVS SANCTI merito nuncupandum, ueram Ecclesiæ *De C. D. li. 10. c. 20.* linguam a sapientibus uocatum, & ab ipsa Ecclesia uas sapientiæ, lucem Doctorum, & malleum hæreticorum iure appellatum: Verus ille Mediator, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est DEI, & hominum homo CHRISTVS Iesus, cum in forma Dei Sacrificium cum Patre sumat, cum quo & unus DEVS est: tamen in forma serui Sacrificii cum maluit esse, quam sumere, ne uel hac occasione quisquam existimaret, cuilibet sacrificandum esse creaturæ. Per hoc, & Sacerdos, & offerens ipse, & oblatio. Cuius rei Sacramentum quotidianum esse uoluit Ecclesiæ Sacrificium: quæ cum ipsius capitis corpus sit: seipsum per ipsum discit offerre. Huius rei Sacrificii multiplicia uariaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam uerbis multis res vna diceretur ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo, ueroque Sacrificio cuncta Sacrificia falsa cesserunt. Et aliubi: Cũ Melchisedech *Li. 16. c. 22 De C. D.* Abrahæ benediceret, ibi primum apparuit Sacrificium, quod nunc a Christianis offertur DEO toto orbe terrarum. Hactenus ipse, quia idem aliis lo- *Lib. 85. q. c. 61. ser. 4. de in.* cis constantissime roborat, & sapientissime tradit, item ceteri consentiunt Orthodoxi, inde Græci, & hæretici quos supra in medium attuli: post ipse *Lutherus.* *Ref. de Ind. concl. 26.* Lutherus de Sacerdote loquens, ait: Sacerdos cum populo, orat, ieiunat, sanctificat. Et Lutherani. *Hoffmeisterus.* *Dial. 2. lib. Defens. ad Ep. Abrinc.* Missa Sacrificii nomine gloriatur, a multis retro seculis, nequeus quam ab aliquo impugnata est, hoc quidem nomine. Sed vtcumque sit nolumus hic multis contendere. *Bucerus.* *Hoffmeisterus.* *lib. 1. Dia. li. 3. c. 5. de v. D. in c.* Bucerus deinceps Lutheri alumnus cum D. THOMA Aquinate & aliis Sacrificii nomen agnoscit. *Oecolamp.* Oecolampadius denuo apud Schimum edidit libellum, ut Erasmus scribit, in quo dicit non esse periculum, si quis Missam appellet Sacrificium. Quinimo si Ecclesię Orthodoxia fatenda sibi daretur, plene fatetur, Totus Orbis iungatur, ut Sacrificet, & omnes mensæ.

Missa est cõmemoratio Sacrificij a Christo peracti. Ioannes.

CDXIV.

Optime optimus Orthodoxus Cochlæus asserit. Nemo dubitet, hoc in no- *Discus. art. de Mis. con. Augu.* uis sectis contra Missam odium non aliunde quin a Diabolo per strenuos nouæ fidei præcones introductum esse. Quia nullum est aliud opus religionis Christianæ in uniuersa Ecclesia quod sit uel Deo acceptius, vel Diabolo magis cõtrarium, quam celebratio Missæ. Ideo sedulo ac solicite instigauit

Digitized by Google

Protestātes. Lutherum organum suum selectissimum, ut orationis protestationibus assereret, Missam esse non solum Sacrificium, sed nec etiam Sacrificii a Christo peccati commemorationem. In quo impietatis cōtra verbum Dei dogmate sectatia sunt illum hæresum confessionis Augustanæ consarcionatores Christus: inquiunt impii, iubet facere in sui memoriam, quare Missa instituta est, ut fides in his, qui utuntur Sacramento recordetur, quæ beneficia accipiat per Christum, & erigat, & consoletur pauidam conscientiā, &c. At nos facile accipimus, Missam esse commemorationem Sacrificii in cruce peracti. Audimus a CHRISTO: Hoc facite in meam commemorationem. Audimus a D. PAVLO: Quotiescumque manducaueritis, & mortem DOMINI annunciabitis. Quid autem est mortem CHRISTI annunciare, nisi pasionem & mortem qua CHRISTVS passus est, dum seipsum PATRI in Sacrificium obtulit, memoriæ commendare. Audimus præterea eiusdem eximium Discipulum D. DIONYSIVM, in Synaxi sacratissima Dominicæ Pasionis renouari memoriam asserentem. Audimus insuper Omniscium & omni pietate splendentem D. THOMAM affirmare sacrosanctæ Missæ Sacrificium Dominicæ Pasionis memoriale esse. Audimus celeberrimos Sanctos Patres, Doctores, Theologos, & Ecclesiam uniuersam ita credere, & ita tradere iuxta uerbum Dei, & ideo illud fideliter accipimus, & indubitate tenemus. In quo quidem non solum veritatis Doctores idem docere aduertimus, sed illud quoque ab ipsis hæreticis, qui alioqui falsitatis ac mendacii sunt præcones, probari sentimus. Namq; hæresiarcha Pelagius sic Catholicæ sententiæ fauet. Quotiescumque bibetis, in meam commemorationem: Ideo hoc Saluator tradidit Sacramentum, ut per hoc semper commemoremus; quia pro nobis est mortuus. Huic autē subscribit Pomeranus. Cōuenimus, accipimus, (panem) & adimus Corpus Christi, in commemorationē Corporis Christi pro nobis in cruce mortui. Vt autem omittant tum & alios hæreticos, sat esse censeo, unum Zuinglii testimonium a nobis contra Lutherum pugnantis. Etsi enim Zuinglius nolit agnoscere Missæ Sacrificium, tamen constanter docet, Misam esse commemorationem Sacrificii in cruce peracti.

Marginalia (left): Protestātes. — Areopagita. — Aquinas. — Pelagius. — Ioannes. — Ildericus.

Marginalia (right): Conf. Aug. ar. de Miss. — In Luc. 22. c. 1. co. 11. Cas. Hier. c. 3. — In 1. Cor. prio. in cōf. fes. Ma. — Cit. ab Hoffmeiste. ind. conf. Aug. an. de Miss.

CDXV.

Libellum, quo pestilentiorem, nocentiorem, nequiorem, execrabiliorem, ac detestabiliorē nulla uidit ætas scripsit, ac ei titulū dedit, de abrogāda Missa priuata sine fine impius Lutherus, quem nequam Bucerus, Melanthon, & confesionistæ scilicet Augustani manibus & pedibus detestanda impietate & impia abominatione sectantur. Horum autem auctor nullo negocio quærendus est: cum enim aliarum hæresum auctor credatur esse Diabolus huius heresis non solum creditur, sed etiam scitur Diabolus esse auctor: queādmodum publicis scriptis serio eius amasius, discipulus Lutherus ipse testatur fusius quā hic referri oporteat. Patet enim quod Antichristus cui uiam impii eius isti criminis præparant, omnem Misam abolebit, sicut prædixit Deus per Sanctum Prophetam dicentem. Tunc consumetur iuge Sacrificiū. Idem quod etiam Diui HYPOLITVS Martyr Christi, HIERONYMVS, AVGVSTINVS & alii complures sectantur. Ita autem eius hæresis auctorem habent Satanam, quod fateri (uelint, nolint) coguntur, ut ēt patres suos in eadem impietatis hæresi Græcos negare non posint. Quinimo fateantur necesse esse priores Satanæ discipulos fuisse Græcos, se uero posteriores. Quam ob rem ad hanc uisibiliū & inuisibiliū dæmoniorum impietatem confirmandam multa allegant ex Græcis, quos nullus Christianus, nullus Catholicus nescit toties Satanæ traditos fuisse a Christi Ecclesia, quoties ab eadem per turpe schisma segregati sunt. Quorum schisma turpisimum CHRISTI abominatur Ecclesia, quorum

Marginalia (left): Missa priuata non est abolenda. — Lutherus. Bucerus Melanthon — Lutherus.

Marginalia (right): Lib. de Mis. priuat. — in Ant. can. colon. aut. in cōf. Aug. De ab. Mis. in colloq.

super-

Digitized by Google

ſuperbam infidelitatem omnis Chriſtianitas execratur, quorum hære-ſes deteſtabiles & plane ſacrilegas totus olim damnauit, & nunc orbis damnat Chriſtianus. Ceterum ad hanc ſchiſmaticorum, & hæreticorum Græcorum ac Germanorũ hæreſim, quo Miſſas priuatim celebratas damnant, ſic ſtrenuus Chriſtianæ fidei defenſor Ioannes Cochlæus reſpondet: *Cochlæus.* Quantum ad Græcos, attinet, ritus eorum nobis obiici non debent, tũ quia ſchiſmatici ſunt, tum quia ſub Turcis degunt, & iuris ſui amplius non ſunt. *Diſcuſ. art. con. Aug. de Miſ.* Conſtat autẽ ex Codice Iuſtiniani Imp. quod olim complures fuerunt Preſbyteri in una & eadem Eccleſia, etiam apud Græcos. *C. de Sacroſ. Eccl. l. non plures.* Quandoquidem in vna Eccleſia Conſtantinopoli tot fuerunt, ut Imperatores Honorius, & Theodoſius lege publica ſtatuerint, ne plures ibi, quam nongenti, quinquaginta Decani habeantur. Et poſt multa: ſemper & ubique licuit Preſbyteris non excommunicatis, uel quotidie celebrare Miſſam. Cumque plures in una eademque Eccleſia eſſent Presbyteri, non potuerunt omnes Miſſæ eorum publice uno die, in una eademque Eccleſia decantari certe Romana Eccleſia etiam ante mille trecentos annos pluſquam quadringentos habuit Præsbyteros, quemadmodum teſtatur Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Hactenus Catolicus ille aduerſus illos impietatis aſſentatores, qui Diabolica hypocriſi Miſſam uno die communem ita probant, ſeu ſe probare gloriantur, ut omnes alias Miſſas quotidie celebrandas peſſime abrogent. Quod Chriſtiana profeſſio non patitur. Si enim unam Miſſam utilem arbitrantur, quanta utiliores eſſent plures Miſſæ, quas ipſi iniuria reprobauerunt. Deinde una tantum Miſſa cum Sacerdotum, tum Laicorum piorum uotis ſatisfieri nequit, alia enim Miſſam ſacroſanctæ Trinitatis, plures Deiparæ, multi defunctorum, plerique infirmorum, quidam ad huius uel illius Sancti honorem uel celebrare, uel celebrari cupiunt. Huc accedit, quod Laici piè petunt aliquando plures celebrari Miſſas defunctorum, ſeu pro defunctis, uel Dominicæ paſſionis, quorum pium uotum fruſtraretur, ſi una tantummodo Miſſa celebrari concedatur. Præterea creuit adeo Fidelium Chriſti multitudo, ut uel difficulter, uel nullo modo, uel incommode omnes unam Miſſam uidere, ne dixerim audire, quod multi deſiderant, poſſent, ſed nec etiam ad Templum opportune conuenire, commode manere, deuote orare, & apte meditari. Adde, quod Pontifices Oecumenici quadraginta annos ueniæ conceſſerunt iis, qui religioſe aſſiſtunt, ſeu audiũt Miſſam, unde expedit plures Miſſas audire. Accedat, quod pia mulier, uel pius quiſque uir libenter audit plures Miſſas utpote Paſſionis CHRISTI, SPIRITVS SANCTI, Virginis Matris & his ſimilium. Memoria Paſſionis Dominicæ quanto frequẽtior, & crebrior eſt, tanto gratior & acceptior eſt ipſi Chriſto, quippe ob id Miſſam inſtituit, ut eius Paſſionis unuſquiſque recordaretur frequenter, & creberrime, unde eius uerbis hoc plane inculcauit, ait, iuſſit, dicens: Hoc facite in mei memoriam ideo ſi vna Miſſa fit eius memoria, quanto magis multis fiet? Qui inſuper plures Miſſas audit, plus memoriam Dominicæ paſſionis habet ſeu habere poteſt, quam qui una contentus eſt, quia toties repetitur quoties celebratur, atcum & hac memoria, compaſſio mortis CHRISTI, utilitas maximas redemptionis fructus, beneficium ſalutis, vitæ correctio, recte uiuendi diſpoſitio, in bonis operibus augendi deſiderium, caritatis inflammatio, & ſexcenta eiuſmodi bona proueniant, quis non uidet nimis impium eſſe Miſſas abrogare priuatas, quæ quotidie celebrantur? Præterea fieri contingit, ut quis audiat unam Miſſam, & minime ea deuotione ac Spiritu audiat, qua aliam audit. Item propter bonitatem ac ſanctitatem Sacerdotis DEVS concedit gratias, & exaudit orationes, & complet uota aſſiſtentium, & auditorum, quæ per alium celebrantem negat, quod liquet in Vitis Sanctorum vt puta CLEMENTIS Martyris, MARTIANI Præsbyteri, GREGORII Pont. Maxim.

Digitized by Google

Papæ & aliorum. Vltra, vna Missa communis, & decantata quotidie in omni ciuitate in multis Templis celebratur. Deniq; hoc iubet Ecclesia Christi, hoc Spiritus Sanctus docet, hoc Concilia approbant, hoc Sacri Doctores commendant, hoc in ritu Ecclesia comprobatur Christianissimo. Quam qui non audit, Ethnicus est. Qui hunc ritum reprobat, reprobus est, qui uere non seruat, Satanæ discipulus & mancipium est qui non credit esse Christianum infidelis est, non Christianus, qui negat esse pium, impius est hæreticus, omni infideli deterior. Proinde rectissime fecit D. GELASIVS Papa, cum Monachis Sacerdotiū inire ac sacrificare concessit, & iussit. Et impiissime faciunt, qui tam pium, tam utilem, tam Christianum ritum ab Ecclesia exturbare & explodere cum Satana ateatant. Qua quidem impietate, ut gloriosissimus Imperator Carolus. Qui nam ille optimus optime una cum aliis Principibus Catholicis asserit, cultus Dei minuitur, Sanctis subtrahitur honor, ultima uoluntas defunctorum corruit & inita fit, debitis defunctis spoliantur suffragiis, & uiuorum deuotio aufertur & frigescit. Hæc illæ, quæ omnino probant præter uetustos, recentiores, Hussitę & Husso auctore, qui mirum in modum Missas priuatas & potissime, quæ pro defunctorū piorum animabus offeruntur probat, commendat, & quotidie a Sacerdotibus priuatim celebrari obsecrat. Cum propter hæreticos, Græcos, & Germano, a Diabolo seductos, Missas priuatas abrogandas perdite censere, easdem superbe contemnere, nequiter non seruare inique non retinere, impiissime iubere ac diabolicissime & hæreticissime docere, siue clarior patet.

Papa. Cæsar. Hussus. — In Dec. Desp. ad cōfus. Aug. ac de Mis. Ser. de Mis.

CDXVI.

Fides Eucharistiæ ad salutem necessaria.

Controuersiam de Eucharistiæ Sacramēto leuem leuita Belial adeo existimat Bucerus ut siue quispiam credat eā siue neget, Christianum adhuc esse, & saluari posse tradat, quod una cum Melanthone delirat Archopæus hoc cum eisdem non censuit Vuicleuus ac ipse Melāton, neque Lutherus, quamquam secum ipsi frequenter pugnant: sed inter alia (omisso etiam obsopæi testimonio) Lutherus scribit hæc: Bucero uidetur res leuicula, ista dissentiuncula, denique citra fidei iacturam: sic enim sentit ille, spiritus fidem non perdi, si CHRISTVS mendax in uerbis suis blasphemetur. Hęc ille præter alios plurimos, qui recte sentiunt, quibus idem certe multo duriora addit: sed hæresi cum hæretico confutasse, & Catholicorum Orthodoxiis hæreticos subscripsisse sat fit. Quapropter his Satanæ sycophantiis, & strophis Dæmoniacis abiectis aures accommodamus Doctoribus sacrosāctæ CHRISTI Ecclesiæ, quorum unus Græcorum & alter Latinorum cita tus breui nobis pro certo sufficere potuit D. IOANNES Damascenus: sūmo cum metu, ac pura conscientia, fideque haud quaquam dubia accedā: vt profecto sic nobis fuit, quemadmodum firmi ac constanter credimus. Hactenus Pater Orthodoxus, Diuus vero AVGVSTINVS paucis rem hanc sic decidit: Crede inquit, & manducasti hoc est, Corpus CHRISTI. Ergo fidem ad salutem & uitam, quæ in susceptione Sacratissimæ & Diuinissimæ Eucharistiæ percipitur, necessariam optime iudicauit & tradidit.

Bucerus. Tiletanus. Vuicleuus. Lutherus. Hoffmeisterus. Damascenus. D. August. — Epistol. ad Marſ. & in Ap. ad Bri. Conf. cont. Ant. Ad c. 11. cor. Ep. ad Argen. Lib. 2. Dia. Orthod. fid. lib. 4. c. 13. Ap. Alex. de Al. cop. Theol. S. 7. & 16.

CDXVII.

Pœnitētia Sacramentum nō aboleuit Eccl.

Primum mentitur Lutherus hæreticissimus mendax, & mendacissimus hæreticus: Pœnitentiæ Sacramentum, & capitale malum est, quod Sacramentum ipsum in totum aboleuerunt, ne uestigio quidem eius

Lutherus. — De capt. Babyl. c. de Sacram. Pœn.

reli-

Bucerus. relicto. Ac delirauit Lutherus, propterea eius coapostata eumdē coarguit. Bucerus qui sane,& non temere dixit: Pœnitentia uera inter Euangelicissimos ignoratur. Lutheri itaque mendacium negāt Catholici quorum primi duces Diui Apostoli asseruere: Si pœnitentem non recipis, obiicis eum obsidiatoribus, oblitus quod Dauid ait: Ne tradas animas bestiis confitentium tibi: Recipe ergo pœnitentem, nihil addubitans: nec abolent tibi, qui dicunt inhumane, non oportere talium conuictu contaminari, neque communem cum iis habere sermonem. D. IGNATIVS: Obsecro uos, quotquot pęnitentia ducti fuerint ad unitatem Ecclesię, recipite illos cum omni mansuetudine. D. HERMAS: Quicunque toto corde egerint pœnitentiā, & purificauerint se ab omni nequitia, & non adiecerint adhuc ad delicta sua quidquam, accipient a Domino remedium priorum peccatorum suorum si nihil dubitauerint de mandatis his & uiuent DEO. D. IVSTINVS: Quē pœnituerit delictorum commissorum remissionem illorum est consecuturus. Tertullianus, Viuo, inquit, Dominus, & pœnitentiam malo, quam mortem. Ergo Pœnitentia uita est, cum præponitur morti. Lactātius Deus purgari homines a peccatis maxime cupit: ideoque agere pęnitentiā iubet. Hæc & alia multa scripta reliquere, qui usque ad quartum a CHRISTO seculum in Ecclesia successiue claruerunt, ac posterioribus seculis nemo dubitat, nisi insanus, & nimis imperitus, unam de Pęnitentia fuisse Orthodoxorum omnium sententiam. Vnde D HILARIVS qui claruit anno 350. doctrinam de Pęnitētia pulchre testatur doctrinam esse Legis, Prophetarum, Euangelistarum, Apostolorum. Seqnenti uero hæresis reiectione quam ex professo Ecclesiam de pęnitentiæ Sacramento tradiderit, atque statuerit, ut Lutheri mendacissimi mortalium, atque impudentissimi filijque patris mandaciorum arguatur, demonstrabo. Ad Ecclesiam hæresiarchæ, ac hæretici olim, & nuper accedunt, inter quos Hussus Lutheri amasius, & scelecta tabula dicit: Sacramenta Ecclesiæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia &c. Pztibrauus: Confiteor septem Ecclesiæ Sacramenta, quæ sunt Baptismus, Confimatio, Pœnitentia &c. Idē Rochizana, Vualdenses, & Lutherus ipse dicit: Omnium Ecclesiasticorum idem est Baptismus eadem Pœnitentia.

Apostoli. D. Ignatius. D. Hermas. D. Iustinus. Tertullian. Lactantius. D. Hilarius. Hussus. Hussita. Hussita. Vualdenses. Lutherus.

Ep. ad Cœl. c. 541. apud Feua. l. 15. 315. li. 2. Const. Apost. c. 14. Ep. ad Phil. Simil. 8. Dial. cum Tryphon. Lib. de pœn. c. 4. l. 6. inst. ca. 13. In ps. 137. Post. in 15. M. Conf. 8. c. De Sacr. in ge. c. 1. In confes.

CDXVIII.

Pœnitentia est Sacramentum. Iodoc. Coc. Pœnitentiam, ut Lucide traditum fuit Cōstitutionibus Apostolicis, Cōciliis, Neocęsariensi apud Græcos Florentino, Tridentino apud Latinos, & in aliis Diuinorum Patrum assertionibus, Orthodoxorum cunctorum sententiis, Quartum nouæ legis Sacramentum esse negant Montanistæ, Nouatus, Nouatiani, Lutherus, Melanthon, Hoffmanus, Musculus, Caluinus, Chemnitius, Antuuerpiani cyclopes, & reliqui sacrosanctæ Fidei inferno digni corruptores, quos damnat præter sacras Litteras, D. quoque IGNATIVS, dicens: Obsecro vos, quotquot pœnitentia ducti fuerint, ad unitatē Ecclesiæ recipite illos cum omni mansuetudine ut per bonitatem, & patiētiam uestram resipiscentes, ex Diaboli laqueis, digni iam CHRISTO facti, salutem consequuntur æternam in Regno CHRISTI, &c. Omnibus pœnitentibus remittit DEVS, si conuertant ad unitatem CHRISTI, & Episcopi Concilium. D. PACIANVS: Numquam DEVS non pœnitenti cōmiseretur, nisi ignosceret pœnitenti: Solus hoc, inquies, DEVS poterit. Verum est, sed & quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud, quod Apostolis dicit: Quæ ligaueris in terris, ligata erunt, & in Cœlis, &c. Cur hoc, si ligare hominibus, ac soluere non licebat? An tantum hoc solis Apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare: quia totum hoc non aliis, quam Apostolis imperatum est, quod si uno in loco, & resolutio uinculorum,

Iodocus. D. Ignatius. D. Pacian.

L. 7. art. 1. de pœn. Conf. Nat. conf. c. 18. Ep. ad Phi. Ep. ad Sym. Nouat.

lorum,

lorum,& Sacramenti potestas datur,aut totum ad nos ex Apostolorum for ma,& potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. D. AMBROSIVS: Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet. In Baptismo utique remissio omnium peccatorum est. Quid interest,uerum per Pœnitentiam,an per Lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes uin dicent. Vnum in utroque ministerium est. Concilium præterea Cabilonense,ut prætercam sexcentos Patres, ait: Pœnitentiam peccatorum, quæ est medela animæ, utile in omnibus hominibus esse censemus. Inde Conciliū Lateranense Oecumenicum: Si post susceptionem Baptismi quisquā prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. His subscribunt Catholici quotquot umquam fuerunt omnes,quos Græci schismatici,sectantur Vualdenses pariter,& Hussitæ,atque etiam Vuicle uistæ,quorum sectarius dicit: Baptismus, Eucharistia, Ordo,& Pœnitentia, Sacramenta sunt difficiliora ad credendum,& magis necessaria ad salutem Huncque secutus Hussus, loquitur: Licet sufficiat apud Christum vbique præsentem contritio: tamen Sacramentum Pœnitentiæ est ualde necessariam,licet non prodesit sine contritione præsupposita. Et Lutherus hos magistos amplexus inter multa loca quibus hoc Sacramentum agnoscit & commendat,vnum uel duo in medium producam: Pœnitentia cum uirtute clauium absoluentium Sacramentum libenter cōfitemur: habet enim promissionem, & fidem remissionis peccatorum propter CHRISTVM Illa uia extra quam nulla alia inueniri potest,est uenerabile, plenum gratia, & Sanctum Sacramentum Pœnitentiæ, quod DEVS in summam consolationem omnibus peccatoribus largitus est. Hæc ille,cui subscribit Melanthon,& asseclæ,quorum dux dicit: Numerantur hæc Sacramenta: Baptismus,Cœna Domini, Absolutio. Et iterum: Vere sunt Sacramenta, Baptismus,Cœna Domin, Absolutio,quæ est Sacrmentum Pœnitentiæ. Et rursus: Hic locus(Matth.18.) sicut superior,Sacramentum Pœniteetię sanxit. Est enim pollicitatio quædam, quæ promittitur peccatum remitti absoluente claue.

D. Ambros. — L.1. de pœ. c.7.
Concilium. — Cap.8.
Concilium. — Cap.1.
Vuiclefus. — Ad ca. 11. Cor.
Hussus. — Disp. de In. Papa.
Lutherus. — Conf. ar. La na. c.35.
Philippus. — Ad ca. 13. Mat.

CDXIX.

Pœnitentię sunt tres partes.

Tres esse Pœnitentiæ partes negat tribus legionum dæmoniorum caterais obsessus Lutherus cum suis Symmistis. Contra uero asserunt Christiani quod facile demōstrabo: Tertullianus: Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet: & pœnæ prius magnitudinem imaginare,ut de remedij adeptione non dubites. Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessione enim satisfactionis Concilium est,dissimulatio contumaciæ; satisfactio confessione disponitur,confessione Pœnitentia nascitur,pœnitētia DEVS mitigatur. D. IOANNES Chrysostomus: Confessio reddat, quod peccatum detraxerat,curet pœnitentia,quod delictorum macula sor diderat,serpentium uirus,satisfactionis antidoto recuretur. D. IOANNES Cassianus: Dum agimus pœnitentiam,& adhuc uitiosorum actuum recor datione mordemur necessarium est,ut ignem conscientiæ nostræ obortus ex confessione culpæ lachrymarum imber extinguat. Cum vero cuiquam in hac humilitate cordis,& Spiritus contritione defixo, atque in labore, & gemitu perduranti, horum recordatio fuerit consopita, & conscientiæ spina de medullis animæ gratia DEI miserantis euulsa, certum est eum ad satisfactionis finem,atque indulgentiæ merita peruenisse,& ab vniuersorum criminum labe purgatum. Hactenus Sancti Patres,idem alij Orthodoxi, ex quibus colligit sapientissimus Theologus Petrus Lombardus,quod, In perfectione pœnitentiæ tria obseruanda sunt,scilicet compunctio cordis, Confessio oris, Satisfactio operis. Innocentius præterea Oecumenicus Ecclesiæ

Lutherus.
Tertullian. — In cap. Ba. c. de Bapt. L. de Pœni. c.99. & 9.
Chrysosto. — Ser. de conf. pec.
Collat. 20. c.70.
Magister. — Li.4 sent. d. 16.
Pont. Max. — Ad Gal.

Epi-

Episcopus. Pœnitentia debet habere tres partes: Contritionem in corde, Confessionem in ore, & Satisfactionem in opere. Hucusque Orthodoxi, quin imo Hussitæ hæretici, in hoc autem Catholicam docentes Veritatem quam Scripturis plurimis, ac innumeris fere scriptis Sāctorum Patrum, Orthodoxorum Doctorum, statutis Conciliorum, & totius Ecclesiæ CHRISTI fide, ac doctrinam fusissime demonstratam, Coccius reliquit in Thesauro Catholici, inter eos enim Husitas qui caput illorum est Hussus lucide ait: Sunt Pœnitentiæ tres partes, scilicet Contritio, Confessio, & Satisfactio. Hæc ille, cuius Catholico pronunciato plane assensum præstat symmista Lutheranorum Melanthon qui ad hunc modum scripsit: Non recusamus tres partes Pœnitentiæ: Scilicet Contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiæ, agnito peccato, Confessionem, sed in hac oportet respicere ad absolutionem, & illi credere. Non enim remittitur, peccatum nisi credatur, quod propter meritum CHRISTI remittatur. Tertia pars est Satisfactio, uidelicet digni fructus Pœnitentiæ. Hæc ille in comitijs Augustanis.

Hussus. *Cochlæus.* *Tract. de fæ.* *In art. Lut. 30. p. 214.*

CDXX.

Contritio in Pœnitentia requiritur.

Contritionem in uera Pœnitētia requiri non ait Lutherus, quem Lutherani sectantur. Ab his dissentiūt Catholici omnes, Patres omnes, Doctores omnes, Orthodoxi omnes, iuxta utriusque Testamenti oracula, & Ecclesiæ Doctrinam. D. DIDYMVS Alexandrinus: Cōceptus de peccatis dolor, inquit, pœnitentis mentis efficit puram, & salutis principium est sui ipsius condemnatio. D. IOANNES Constantinopolitanus: Sola est cordis cōpunctio, quæ sicut ignis omne animæ uitium perurit, et adimit, & quantacumque in ea reperierit mala, abstergit uniuersa, & penitus delet. D. HILARIVS: Siue conterat, siue confringat, non idcirco existimandus est hæreditatem poscere, ut ad eam perdendum, & abolendum confrigat, & conterat, quippe qui cor contribulatum sacrificium sit optimum. Contritio ergo illa, siue confractio est, quæ in nobis corporeas uoluptates, & secularium uitiorum incentiua comminiuit, dignosque nos dignatione Domini præstabit, secundum dictum Prophetæ: Cor contritum, & humiliatum non spernet. D. AVGVSTINVS: Est quædam confusio temporalis utilis, perturbatio animi resipiscentis peccata sua, respectione perhorrescentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigentis. Vnde dixit Apostolus: Quam gloriā habuistis tunc in his, quibus nunc erubescitis? Ergo erubescere illos dicit iam fideles, non de præsentibus donis, sed de præteritis peccatis. Hanc confusionem non formidet Christianus, imo si hanc rem habuerit, æternā habebit. D. HIERONYMVS: Sine confusione, & mœstitia non dimittuntur peccata. Cum his autem Orthodoxi uniuersi plane cōsentiunt, atque insuper inter Schismaticos omnes, & Hussus dicit: Sacramentum Pœnitentiæ non prodest sine contritione præsupposita. Huic concordat Lutherus, dicens: Vera fides non potest esse sine uera, ac ueraci contritione, atque terrore coram DEO. Et alibi: Contritionis ueritas pœnes quærit, & amat.

Coccius. *Li. 7. de fæ.* *Alexandr.* *Ap. Damas. lib. 2. Para. c. 86.* *Constantin.* *L. 2 de compu.* *Pictauiēsis.* *Ad psal. 2.* *Hypponens.* *In psal. 1. con. 1.* *D. Hieron.* *In psal. 37.* *Hussus.* *Disput. ad ver. Indul.* *Lutherus.* *In uisi. Sax. & The. Vu. the. 40.*

CDXXI.

Contritio nō est Attritio, seu terror cōscientiæ.

Lutherana scabia qui laborant contritionem terrores esse dicunt incussos conscientiæ agnitio peccato, sicque Attritionem conuertunt in Contritionem, & Contritionem in Attritionem: unde utramque nobis e medio tollunt, uel saltem etsi non uerbis tamen sensu solam Attritionem admittunt, quam nuncupant contritionem, nomine negant. Hoc Catholicismi omnes candidati, qui recte definiunt Contritionem plane reprobant. At-

Bonadesius. *Compe. de contr. tit. 14 art. 1.* *Protestātes.* *Conf. Aug. ar. 12.* *Albertus Pighius.* *In Contro.*

que

Digitized by Google

Martyr. que primum D.CYPRIANVS: Qui DEO satisfecerit,qui pœnitentia facti sui,qui pudore delicti,plus & uirtutis,& fidei de ipso lapsus sui dolore cõceperit: exauditus, & adiutus a Domino, quam contristauerat nuper, lętam faciet Ecclesiam: nõ solum DEI ueniam merebitur,sed coronam. D. De lapſ.
Episcopus. LVCIFER Caralitanus: Reuertere toto corde ad DEVM, acquiescebis salubribus, remediis ad criminis tuis intelligentiam conspiciendam aperi cordis oculos, ingemisce toto corde, tam te grauiter deliquisse colligens; tunc tui miserebitur ille,qui dixit. Cum conuersus ingemueris,tunc saluus De reg. ap.
Doctor. eris. D.AVGVSTINVS: Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor DEI. Quando sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in uita; & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum Se.3.in Na Dom.ass.7. de tempo.
Papa. te cruciat in mente, iam tunc bene ingemiscis ad DEVM, & dicis: Tibi soli peccaui. Innocentius Tertius: In contritione debet habere pœnitens ti Adps.1.ſç.
Gerson. morem de pœna,dolorem de culpa,& amorem de gratia. Ioannes Gerson illustris non solum apud Catholicos,sed etiam apud Lutherum, & Lutheranos Doctor ait: Contritio est dolor uoluntarius pro peccatis semper in se puniens, quod dolet admisisse. Cum eodem consentiunt Theologi grauissimi,qui de finiendo ex professo Contritionem inquiunt. Contritio est dolor uoluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfa- In Comp. Theod. de Sacr.pœn. Trac.de pœ.
Hussus. ciendi. Hussus præterea hæresiarcha sic dicit: Contritio est dolor intimus cordis quem homo habet pro peccatis,quo plus dolet,quam si amisisset di
Hussita. uitias seculi, famam, uel amicos. Et Rochizana: Contritio est dolor cordis pro peccatis commissis,& pro amissione Gratiæ Dei quam oportet esse maiorem,quam pro amissione cuiuscumque commodi temporalis. De Sacr. in gen. c.16.

Confessio secunda Pœnitētię pars

CDXXII.

Coccius. Confessio nem peccatorum coram Sacerdote praui improbant Montanistæ,Nouatiani,Audeani,Messaliani, Iacobitæ, Armenii, noui Manichæi, Albigenses,Flagellantes,Vualdenses,Vuicleuus, Petrus Oxoniensis,Lutherus,Melanthon,& Caluinus. In hoc inuehitur summus,& Christianissimus Senatus,& sacrosancta Conciliorum Trullensis, Francici, Rhemensis, Cabilonensis,Moguntini, Vuormatiensis,Nannetensis,Florentini, Lateranēsis,Tridentini statuta,Patrum,Catholicorum Doctorum, & Christianorũ L. 7. de ſæ art.3.
D.Clemens omnium Chorus, schismaticorum, & hæreticorum plurium synagoga. Horum priores primo audiamus. D.CLEMENS Apostolorum sectator: Si forte alicuius cor,vel liuor,vel infidelitas,uel aliquod malum latenter irrepserit non erubescat,qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præest: vt ab ipso per uerbum DEI, & consilium salubre veretur, quo possit integra fide,& operibus bonis pœnas æterni ignis effugere. D.DIONY Ep. 1.
D. Dionysi. SIVS Discipulus D. PAVLI arguit Demophylum, qui procidentem sibi impium,atque peccatorem confitentem peccatum contra disciplinæ Apo- Ep. 8. ad Demoph.
D. Irenæus. stolicæ ordinem calce abiecerat,ac repulerat. D.IRENAEVS narrat mulierem quandam a mago corruptam, atque Cerdonem resipuisse,& uitam in li 1.c.9.3. c.4.
Origenes. exomologesi transegisse. Origenes præterea sic scribit: Est septima,licet dura,& laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator lachrymis stratum suum,& fiunt ei lachrymæ panes die,ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum,& quærere medicinã, secundum eum,qui dicit. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meã Ho.2.in Leuit.
Tertullian. Domino,& tu remisisti impietatem cordis mei. Tertullianus: Tantum releuat confessio delictorum,quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. D. CYPRIA- lib.de pœn. c.8.
D.Cyprian. NVS: Confiteantur singuli quæso vos fratres delictum suum dum adhuc qui delinquit in seculo est,dum admitti eius confessio potest, dum satisfa- l.de Lap.

Digitized by Google

Lactantius. ctio,& remissio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est. Lactãtius: Singuli quippe cœtus hæreticorũ se potissimum Christianos,& suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est,illam esse ueram , in qua est, Confessio,& Pœnitentia,quæ peccata,& vulnera , quibus subiecta est imbecillitas carnis , salubriter curat. Hæc ille Nouatianos, & item Lutheranos,Caluinistas,& similes his feras hæreticas damnans ponit pro nota ueræ Ecclesiæ Confessionem. Ex his patet doctrinam de peccatorum coram Sacerdote Confessionem esse doctrinam primitiuæ,Apostolicæ , Christianissimæ,& Spiritus Sancti eruditione illuminatissimæ Ecclesiæ, quam comprobant,& commẽdant Catholici omnes,Orthodoxi uniuersi,cunctique Ecclesiæ Catholicæ, & Orthodoxæ Sancti Patres , Doctores, & Theologi. Quamobrem inter posteriores ex hæreticorum cloaca scaturit Vuicleuus , qui dicit : Oportet recipere Sacramentum Pœnitentiæ pro mortalibus abluendis , confitendo non solum DEO , sed & homini in casu . Et cum specialiter confitendum sit Vicario CHRISTI qui mediat inter DEVM , & hominem , posteri ordinarunt Confessionem auricularem . Deinde Hussus : Appropinquante Quadragesima , quæ est speciale tempus Pœnitentiæ , ut uere pœniteas , dole cordialiter de peccatō. Noli amplius peccare : confide de DEI misericordia : confitere peccata tua Sacerdoti , non tardans: ora deuote, & humiliter,ieiuna patienter: da eleemosynam si potes abundanter. Item Rochizana : Secunda pars Pœnitentiæ est ipsa Confessio , quæ fit Sacerdotibus. Insuper Pzribrauus : Confessio auricularis facienda est idoneo Sacerdoti . Præterea Lutherus: Multas,& præclaras res complectitur auricularis illa Confessio . Primum absolutionem quam uocant, qua proximum uice DEI ab omnibus peccatis immunem , & liberum te esse pronuntiat , quod perinde ualet, ac si DEVM ipsum nos absoluentem audiremus . Deinde etiam utilis pro simplicium puerorum animis informandis . Hæc ille passim confirmat. In quibus consentiunt Bucerus,& Melanthon , quorum prior triplicem facit Confessionem : Primam qua coram DEO nos peccatores ex animo agnoscimus. Secundam,cum interna illa peccatorum coram Deo agnitio compellit eadem , & hominibus fateri . Tertiam priuatam uocat, qua uel tui, vel proximi causa commissum aliquod tuum,aut affectum fratri cuipiam priuatim confiteris. Quod autem Sacerdotibus præcipue confitendum,ueteres censuerunt, causa fuit , quod horum aliis ad docendum, monendum , & consolandum esse instructiores. Sunt uero & ex nostris, (inquit)qui plus satis secretariæ confessioni uidentur tribuere , affirmantes singularem energiam habere , si priuatim quis Euangelion audiat, & sese pronuntiari absolutum &cet. Atque posterior : Prodest Confessionem in Ecclesia retinere,primum propter absolutionem,deinde etiam propter disciplinam : idque fateri cogitur Caluinus,ubi admittit confessionem priuatam coram Pastore,quando quis ita angitur, & affligitur de peccatis , ut se explicare citra alienam opẽ nequeat. Quamobrem Lutherani fatentur Absolutionem priuatam in Ecclesia retinẽdã esse,cum confessione,tamquam Catholicum & fidei nostræ conueniens: De Confessione, docent,inquiũt, quod Absolutio priuata in Ecclesiis retinenda sit.

[Right margin: *l.4.inst.ca 30.* — *In c.5. D. Iac.* — *Tra. de Pœ.* — *De Sa.c.17.* — *In prof. fid. c.16.* — *Ser. de Luc.* — *Con.in Ma.* — *Vst.loc.edi.* — *Conf. Aug. ar.12.*]

[Left margin: *Vuicleuus.* — *Hussus.* — *Rochizana* — *Pzribrauus* — *Lutherus.* — *Bucerus.* — *Melanthon* — *Protestãtes.* — *Peccata omnia omnino Sacerdoti cõfitenda.*]

CDXXIII.

Lutherus. Melanthon Pessime docent Lutherus,Melanthon, & omnes gregales, quædam nõ autem omnia peccata letalia Sacerdoti esse confitenda . Contra quos stant Græci , post Catholicos , qui præterierunt , & qui in Ecclesia adhuc sunt, quemadmodum in tribus sacrosanctis Concilijs Oecumenicis apparet *In Asser. ar. 9. & con. Lato. In exa. ord. & ul. lo. ed.*

Digitized by Google

Lateranēſe. perſpicue. Exemplum præ manibus habetur ſacroſancti Concilij generalis Lateranenſis totius orbis auctoritate celebrati, & probati, cuius illuſtriſſimum teſtimonium tale eſt: Omnes utriuſque ſexus peccata ſua confiteantur, fideliter ſemel tantum in anno proprio Sacerdoti, uel alieno, prius tamen a proprio Sacerdote impetrata venia. Dehinc teſtimonium fideliſſimum, & tutiſſimum ſacroſancti Florentini tale extat. Ad oris confeſſionem pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet ſuo Sacerdoti confiteantur integraliter. Inde tertium teſtimonium utique illuſtriſſimum hoc ex Concilio uniuerſali Tridentino decerptum habetur: Si quis dixerit in Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium iure non eſſe Diuino confiteri omnia, & ſingula mortalia, quorum memoria habeatur, anathema ſit. Hæc in ea ſacra Synodo Orthodoxi Thologi, quos non repugnant hæreticorum quidam, ut ſunt Huſſus, & ipſe ſecum pugnans Lutherus, quorum prior dicit. Secunda pars Pœnitentiæ eſt Confeſsio, quæ eſt coram DEO, & Sacerdote peccatorum recognitio, quæ debet eſſe plena, & integra. Plana ut Sacerdos intelligat: integra nec confitens aliquod peccatum ſcienter abſcondat. Qui enim abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, &c. Poſterior vero: Duplici ſic confitendi modus inſtructus: uno quo Sacerdoti omnia manifeſte mortalia confitearis: alio, quo DEO confitearis reliqua omnia. Et iterum alio loco: In mortis articulo conſtitutus ad ſe Sacerdotem uocet, ubi ſua peccata confiteatur omnia: Item alibi: Principio neceſſarium eſt, ut homo omnia mortallia peccata confiteatur, & contritione afficiatur.

(Margin: Lateranēſe. — Cap. 71. Florentinū. — In doct. de Sacr. Tridentinū. — Seſſ. 14. Can. 7. Huſſus. — Tractat. de Pœn. Lutherus. — Concio. de Pœn.)

Confeſſio iuris eſt Diuini.

CDXXIV.

Impiiſsime omnium negant peccatorum Confeſsionem, quæ Sacerdoti loco DEI conſtituto exhibetur eſſe iuris Diuini Melanthon vna cum Luthero, & reliquis gregalibus. Quibus olim aduerſati ſunt Orthodoxi Patres, Diui ATHANASIVS, BASILIVS, CYRILLVS, GREGORIVS, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, & reliqui. Hoc idem innuit Concilium apud Græcos Trullenſe. Oportet eos, qui ſoluendi, ac ligandi poteſtatem a DEO accepere, peccati qualitatem conſiderare, & eius, qui peccauit ad eam conuerſationem promptum ſtudium, & ſic morbo conuenientem afferre medicinam: ne ſi in utraque immoderatione utatur, ab eius, qui laborat, ſalute excidat. Atque iſtud longe clarius, & robuſtius roboratur olim multis Latinorum Conciliis, nuper a Catholicis in generali Tridentino Concilio SPIRITV SANCTO uolente, & nos docente in Eccleſia definitum eſt, his verbis: Si quis negauerit Confeſſionem Sacramentalem, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure Diuino: aut dixerit, modum ſecrete confitendi, ſoli Sacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato CHRISTI, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit. Hæc ex uera CHRISTI Eccleſia: cuius veritati aſſentitur Ioannes Rochizana: Niſi hæc confeſſio haberet efficaciam, uideretur, quod CHRISTVS ſuperflue dediſſet Apoſtolis, & ſuccedentibus Sacerdotibus clauium poteſtatem. Ad quid, rogo, conceſſit Apoſtolis CHRISTVS poteſtatem ligandi peccata, niſi oſtenſio eorum Sacerdoti ſoluenti, ac liganti faceret ipſa crimina. Idem ſenſit Ioannes à Poliaco, qui confeſſionem, quæ annuatim proprio fit Sacerdoti auferri poſſe, nec a Papa, nec a DEO quidem affirmauit. Verum Vuldenſes quoque Catholicam adiuuant parte: Peccator ſi animo

(Margin: Melanthon Bunderius. — Io. com. ult. edit. Comp. ſtu. 15. ar. 1. de confeſſ. Græcum. — Can. 103. Concilium. — Seſſ. 14. c. 6. Rochizana. — De Sac. ca. 17. Lutzēburg. — Cat. hær. In conf. ſi. cit. Vualdenſes.)

intentione,opere a retroactis uitijs respuerit,talis in ueritate constitutus, si Presbyterum scientem discernere malum a bono, cuius labia scientiam Diuinæ legis custodierint,inuenerit huiusmodi Sacerdoti recta intentione scelera confessione reuelare debet, quo ueluti iudice,loco DEI præsidente,& Ecclesiæ iure legis Domini culpæ eius grauitas recte diiudicetur, ea correctus Consilium Pœnitentiæ ad reformationem sui CHRISTI clauibus solutus,aut ligatus humiliter obsequatur.

Confessio est necessaria.

CDXXV.

Ioā. Hoffm. *D. Basilius.* Melanthon aperte docet,ac dicit Confessionem clancularem,seu auricularem,quæ fit Sacerdoti, non esse necessariam, idque alij contentiosi contendunt. Quos Orthodoxi longe explodūt: D.enim BASILIVS Magnus: Necessario ijs peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum DEI.Si quidem rationem hanc pœnitentię etiam ueteres illos cernimus secutos fuisse,quando & in Euangelio scriptum est,quod Ioanni cōfitebatur peccata sua: & in Actis Apostolicis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti. *Sozomenus.* Sozomenus Græcus: Cum prorsus non peccare, naturæ sit humanæ diuinioris: pœnitentibus autem quamuis frequenter dilquissent, ueniam dare iusserit DEVS,& ad impetrandam ueniam confiteri peccata necessarium est. *Ruffinus.* Ruffinus Latinus: licet DEVS dimittat peccata, ex quo homo in uoluntate pœnitet, tamen confitendum est ministris Ecclesiæ: quia nisi confiterentur,ex sua malitia damnarentur. *D. August.* D. AVGVSTINVS: In omnibus Scripturis Diuinis utiliter,& salubriter admonemur,ut peccata nostra debeamus iugiter,& humiliter nō solum DEO,sed etiam sanctis, & DEVM timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum Apostolum nos admonet Spiritus Sanctus,dicens: Confitemini alterutrum peccata uestra &c. Quomodo nobis peccatorum uulnera numquam deesse possunt sic & confessionis medicamenta deesse non debent. Ita ergo omnino necessaria est Orthodoxorum omnium iudicio Confessio.Ita quidem Catholici sentiunt a quibus non dissentiunt Hussitæ,quos antea in medium retuli, inde negat *Lutherus.* Lutherus Melanthonis præco expresse dicendo: Occulta confessio, quæ modo celebratur,& si probari ex Scriptura non possit, miro tamē modo placet,& utilis,imo necessaria est,nec uellem eam non esse,imo gaudeo eam esse in Ecclesia Christi,cum ipsa sit afflictis conscientijs unicum remedium. Deinde amasius Lutheri *Melanthon* Melanthon: Hæc causa ualde mouere Pœnitentes debet,ut ament,tueantur priuatam absolutionem: & suo exēplo conseruationem eius adiuuent. Hæc ille qui aliubi inquit: Hic locus *Schlusselb.* (Matth.18)sicut superior(CHRISTVS)Sacramentum pœnitentiæ sanxit. *Beza.* Et amasius Caluini Beza uti Conradus refert,asserit Cōfessionem oris, & priuatā absolutionē in Ecclesijs bene constitutis semper obseruatā esse,idq; *Vrbanus.* tū pastoris, tum ouis causa. Ad hoc accedit Regius: Confiteri debet Christianus,& Deo semper,& sæpe ministro uerbi. Hæc ille,cui succedit *Hemingius* Hemingius: Ea confessio,quæ ad aurem fit eius,cui commissa est soluendi, atque ligandi potestas,retinenda est ob multa,quæ hinc oriuntur commoda. Assentitur eidem Lutheri osor Sacramentarius *Oecolāpad.* Oecolampadius,qui & ipse una cum hisdem Confessionem qua absolutio peccatorum obtinetur,necessariam ducit, dicendo: Confessionem quam auricularem uocant, nemo pius damnat. Huic uero Sacramentarius ex factione Sacramentaria alter succedit spurcissimus hæreticus *Beza.* Beza,qui sic concludendo habet. Quocirca uideri potest,nos ne reiicere,sed e contrario illam requirere,ut necessariā ad salutem,ueram confessionem a DEO institutam.

Dial. 2. ex Mel.loc.cō. ult.edit. *In q. inter. 288.* *l.2.hist.ca.16.* *In psal.31.* *l.50.Ho.12* *De cap.Ba.* *Loc. com. c. de pœn.* *Ad c. 18. Mat.* *l.T.C.ar.19* *l.1. epist. p. 126.* *Ap.Hoffm. 2.Dial.* *In Catech.* *Com. in 1. Io.epi.* *Conf.pun.4 ar.29.*

Absolutio priuata a Deo fuit instituta.

Lutherus.

CDXXVI.

Quemadmodum paulo ante constitit, Auerni habitator perpetuus, & cõfessor Luciferi, Absolutionem priuatam, quam confitenti peccata sua singula Sacerdos impertit, Diuinitus esse institutam perfidiosissime negat. Eũdem uero sectatur alter æternus inferni incola, ac Satanæ primus cancellarius Caluinus pessime affirmando Cõfessionem, & Absolutionem priuatã è fœtidis Antichristi Romani lacunis originem suam habere, & ab ipso diabolo inuectam esse in Eclesiam. Eisdem assentiuntur Hugonotæ Diaboli satellites. Quos Discipula Diuinissimi Paracleti Ecclesia fauore aucta Diuino, perditæ hæresis reos conuincit, uerboque DEI munita illos per plurima Concilia, & per plurimos Patres, ac Doctores, vt copiosissime uidere licet luce clarius apud Iodocum diuino iure condemnat. Diuus namque ATHANASIVS Magnus asserit: Si nondum soluta sint uincula, tradas te ipsum Discipulis IESV: adsunt enim, qui te soluunt pro potestate ea, quã a Saluatore acceperunt: Quæcumque ligaueritis, inquit, in terra, erunt ligata, & in Cœlis: & quæ solueritis in terra, erunt soluta, & in Cœlis. Et: Si quibus remiseritis peccata, remittentur eis. D. AVGVSTINVS: Sunt quidam qui sibi ad salutem sufficere autumant, si soli DEO cui nihil occultũ est, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se Sacerdotibus, quos tamen inter lepram, & lepram discernere per legislatorem Dominus constituit. Sed nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Domini vicario, tabescens præ pudore, vel ceruicosus præ indignatione: Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te uenire roges Sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio, quæ in uisitando confirmat, quia seruat Sacerdote inconsulto ad DEVM peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda confessio peccatorum, &c. Sed testamur, & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus, quoniam prius eges Sacerdotis, qui mediator sit apud DEVM tuum, salubri iudicio, alioquin, & sub lege, & sub gratia, Ite & ostendite uos Sacerdotibus, responsum diuinum quomodo consumaretur? Confitemini alterutrum peccata uestra, quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter DEI vice Dominus adhibeatur Presbyter, & reuela ei uias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Hactenus Orthodoxus Pater, qui & aliubi Orthodoxe asserit: Nemo sibi dicat occulte ago, apud DEVM ago; nouit DEVS, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in Cœlo? Ergo sine causa sunt claues datæ Ecclesiæ DEI? Frustramus Euãgelium DEI, frustramus uerba CHRISTI? promittimus uobis, quod ille negat? Hæc omnes Orthodoxi de priuata Confessionis absolutione ad constituta, credunt, & tradunt. Quam quidem non indigne recipiunt quidam hæretici, ut Beza quem paulo superius allegaui. Et Regius qui sic asserit: Confiteri Christianus debet, & DEO semper, & sæpe ministro uerbi, ad minimum quum ad mensam Domini accessurus est, ut audiat uerbum CHRISTI ex ore ministri, qui per os ministri nos abluit a peccatis nostris, nam CHRISTVS dedit claues Regni Cœlorum Ecclesię suæ. Inde Schlusselburgius: Sacramentarii turbulenti Absolutionem priuatam extreme abiiciunt, cum dicunt, eam originem habere ab Antichristo, & a Diabolo. Sed uerbum DEI nos propter multas causas, easque grauissimas retinendam esse tradit. Item: Hæc testantur, Absolutionem priuatim, non esse uocẽ humanæ auctoritatis, sed Diuinę sonantis in Euangelio: a CHRISTO, non ab hominibus: a DEO, non a Papa originem haberet:

Marginalia (left): Caluinus. — Hugonotæ. — Coccius. Græcus. — Latinus. — Beza. Regius. — Conradus.

Marginalia (right): De cap. Ba. — Def. 2. cont. Vuesf. f. 131 — Fen. 13. l. de Purg. c. 30. — L. 7. ar. 3. de Pœn. — Inst. ver. in uen. pul. alleg. — L. 7. de uis. infir. c. 4. — Luca 17. — Ho. 49. c. 3. — Matt. 18. — In Confess. Ap. Hoffm. 2. Dial. — L. 1. Theol. cal. art. 19.

& non

Lutherani. & non cœpiſſe corrupto, ſed florente Eccleſiæ ſtatu. Denique Lutherani: Nos Confeſſionem præcipue retinemus propter abſolutionem, quæ eſt verbum Dei, quod de ſingulis auctoritate Diuina pronuntiat poteſtas clauiũ. Quare impium eſſet, ex Eccleſia priuatam Abſolutionem tollere, neque quid ſit remiſſio peccatorum, aut poteſtas clauium intelligunt, qui priuatã abſolutionem aſpernantur. *Ap. 12. ar. Conf.*

Satisfactio eſt tertia Pœnitētiæ pars neceſſaria.

CDXXVII.

Coccius. Satisfactionem ſaluberrimam, & neceſſariam, quæ pro pœna exigitur tẽporaria, & commutata ex æterna in temporalem, nebulones negant Nouatiani, Audeiani, Meſſaliani, noui Manichæi, Piggardi, Lutherus, Melanthõ, Caluinus, & gregales. Quos iure meritiſſimo, quemadmodum Iodocus Coccius libro ſeptimo de Pœnit. fuſiſſime demonſtrat illuſtriſſimis pleriſque ſacræ Scripturæ teſtimoniis, ſanctiſſimis Diuorum Apoſtolorum Conſtitutionibus, clariſſimis Sanctorum Orthodoxorum Patrum ſententiis, Chriſtianiſſimis Catholicorum Theologorum erudimentis, firmiſſimis Sanctorum Doctorum aſſertionibus, ſacroſanctis Pontificum Sanctorum Canonibus, & ſacratiſſimis uiginti trium Conciliorum doctrinis, & ſanctionibus, & maxima, & grauiſſima Eccleſiæ CHRISTI uniuerſæ, quæ eſt, quæ fuit, ac quæ futura eſt, Auctoritate condemnant Catholici Fideles a Scriptura ſacra edocti, per Conſtitutiones Apoſtolicas, per Concilia Ancyranum, Nicænum, Neocæſarienſe, Leodicenſe, & alia, ac per ſacros Doctores Eccleſiæ plurimum eruditi, quorum uno audito omnes auditos eſſe liquet. D. PROSPER: Illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipſis confeſſa, nec ab aliis publicata, ſi ea confiteri, aut emendare noluerint, DEVM, quem habent teſtem, ipſum habituri ſunt, & ultorem. Et quid eis prodeſt humanum uitare iudicium, cum ſi in malo ſuo permanſerit, ituri ſint in æternum DEO retribuẽte ſupplicium? Quod ſi ipſi ſibi iudices, & ueluti ſuæ iniquitatis ultores his in ſe uoluntariam pœnam ſeueriſſimæ animaduerſionis exerceant: temporalibus pœnis mutabunt æterna ſupplicia: & lachrymis, ex uera cordis compunctione feruentibus reſtinguent æterni ignis incendia. Hæc ex Catholicis, pari lance multi proſequuntur hæretici: Porro Huſſus: Tertia pars pœnitentiæ, inquit, eſt ſatisfactio, per quam peccator debet ſatisfacere, DEO, ſibi & proximo, DEO humiliando ſe, ſibi affligendo ſe; proximo, reddendo ſibi quæ ſua ſunt. Vnde iuxta hoc ponuntur tres partes ſatisfactionis, ſcilicet oratio, ieiunium, eleemoſina. Per orationem ſe homo Deo humiliat, per ieiunium ſe affligit, per eleemoſynam proximo ſatisfacit. Hucuſque ille, qui eadem pleriſque confirmat locis. Pzribrauus præterea loquitur hoc pacto: Sacerdotes, qui ex contemptu Satisfactionis opera non iniungunt, nec confitentes abſoluũt, nec abſoluere ſe credunt, &c. Vualdenſes inſuper ſic confitentur: Si cor contritum defuerit, ſimulque confeſſio cum relaxatione culpæ, atque ſatisfactio ſimulata ad hæc acceſſerit, unum ſignum, unam gratiam eſſe pronuntiamus. His concordat Lutherus, dicendo: Hoc libenter conceſſerim, quod Eccleſia Mater pio affectu, præuentura manum DEI, caſtigat filius ſuos ſatisfactionibus quibuſdam, ne incurrãt flagella Dei, ſicut Niniuitæ operibus ſuis ſpontaneis præuenerunt iudicium DEI. Hæc pœna eſt arbitraria, non in totum, ut illi volunt, ſed tamen eſt neceſſaria. Hæc ille una cum chemnicio, cui ſuffragatur Melanthon, dicens: Sentiendum eſt tota noſtra pœnitẽtia, ac debitis operibus mitigari temporales. His plane adſtipulatur Bucerus, Catholice dicendo: Nos eam (ſatisfactionem) agnoſcimus eſſe Domini in ſuos dignationem, ut hi ueris animi planctibus, & cauſis ſuæ caſtigationibus, ſanctis precibus, eleemoſynis, & id genus alijs religioſis actionibus, elucere ualeãt, quæ cum

Margin notes: *lib. 7. ar. 4. de Pœn.* — *Iodocus.* — *In The. Ca.* — *Feuardent. Iodocus.* — *lib. 12. de Purg. c. 11. l. 6 ar. 5. de Pœn.* — *D. Proſper.* — *l. 2. de uit. con. c. 7.* — *Huſſus.* — *Tractat. de Pœn.* — *Huſſita.* — *In proſ. fid. c. 15.* — *Vualdenſes.* — *In conf exhib. an. 150* — *Lutherus.* — *In aſſ. ar. 5.* — *Chemnitius.* — *P. exa. Concil. p. 107.* — *Melanthon.* — *Loc com. ed. ultim. tit. de ſat.* — *Bucerus.* — *Cont. Epiſ. Abrinc. c. 8*

ipſi,

ipsi, tum pro quibus apud Dominum intercedunt, mala meriti sunt. Quod Achab regi alioqui impio sua qualis pœnitentiæ humiliatio profuit, scriptura testatur: iam nec frustra fuit, quem sibi Diuus Paulus luctũ inditis pro iis, qui cum peccassent, nullam egerant pœnitentiam. Omnem tamen hãc uim, uel propria, uel aliena peccata per opera pœnitentiæ eluendi, sola niti misericordia Domini, & merita Christi, ut credimus ita testamur. Hactenus ille, cui concordant Lutherani, dicentes: Non dicimus, quod Pœnitentiam, hoc est conuersionem, seu regenerationem boni fructus, bona opera in omni uita sequi debeant. Nec potest esse uera conuersio aut uera contritio, ubi non sequuntur mortificationes carnis & boni fructus. Veri sermones, veri dolores animi non patiuntur corpus indulgere uoluptatibus. Post hæc cum Catholica sententia consentit Caluinus, dicens: Etsi interdum reatu nostro abolito, nos tamen punire non desinit Deus: vel ut magis humiliemur, uel ut simus in posterum cautiores. Ad hunc accedit lauatherus: Pœnæ temporales non semper cessant, etsi Deus in gratiam nos recipiat, sicut in Dauide, & multorum aliorum exemplis uidere est. Ab hoc non dissentit Beza qui dicit eos, qui cum scandalo peccauerant (in primitiua Ecclesia) per impositionem manuum, publicam delictorum agnitionem, & satisfactiones externas reconciliatos esse. Hæc ille qui rursum scribit: Colligimus eos, quos serio pœnitet, necessario sua peccata confiteri apud eos quorum interest, idest, quos priuatim offenderunt, uel etiam apud Ecclesiæ cœtum quum ita opus est, atque quoad eius fieri potest satisfacere, quam si hæc absint, fictam esse pœnitentiam consequitur. Eisdem denique assentiũtur Rhegius, & Zuinglius, qui Ecclesiã hoc docet de satisfactione hoc est, Sus, Mineruam.

Lutheranis — *Apo. art. 12 conf. Aug. tit. a Dement. cri. ei confu.* — *Caluinus.* — *In c. 4 Math. 11 11.* — *Radulphus.* — *Hom. 3. in Ion.* — *Beza.* — *Confes. c. 4.* — *Ap. Feuardentius. in Theon. Caluin.* — *Hoffmeisterus.* — *Dialog. li. 2*

CD XXVIII.

Venias peccatorum toto Satanico spiritu diabolicus afflatus Lutherus impudentissime traducit spurcissimis maledictis, & mendacissimis conuitiis proscindere impiissime conatur. Cuius patris Lutheranorũ hæreticæ libidini magnopere omnes ad unum indulgent miseri Lutherani, pariter infelices Caluiniani, & reliqui dœmoniorum fautores scelestissimi. Quorũ improbitatem hereticam numquam satis execrandam hæresim detestari, & abominari uniuersus solet Catholicissimus omni parte solidissimus, quẽadmodũ Beatus, ac doctissimus in Anglia CHRISTI Martyr fidelissimus Ioannes Ficherius S.R.E. Cardinalis, & nunc illustrissimus itidem Cardilis, ac Doctor doctissimus Robertus Bellarminus palam demonstrat. Ante hac autem Hussitarum antesignanus Venias, seu indulgentias probat sæpiusque easdem religioso more inculcat his uerbis: Falsè sum delatus, quod docuerim, quod indulgentiæ nihil sunt. Iterum: Papa qui est immediatus Vicarius Christi habet auctoritatem indulgentias dandi, & alia, quæ ad claues pertinent, supreme faciendi. Rursum: Omnis recipiens indulgentias, de tanto eas recipit, quanto habilior fuerit quoad Deum. Hucusque ex illo Lutheri parente, cuius sententiæ, magis quam suæ sæpissime inculcatæ assentiri statuit aliquando altero loco dicendo: Mihi dubium non est Missã pro defunctis celebratam efficaciorem, & meliorem esse ad redimendas animas, quam sunt Indulgentiæ per Missam quæsitæ. Ac loco altero: Indulgentiæ tollunt pœnas a Pontificibus, & Sanctis Patribus impositas. In quo posteriore loco Lutherani consentiunt, dicentes: Indulgentiæ remittunt illas satisfactiones, ut docet cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss.

Indulgẽtia probantur. — *Lutherus.* — *In Assertio ar t. 16. D capt. Bab Prop. 5. de indulg. In conf.* — *Roffensis.* — *In asser. con. art. 88.* — *Bellarmin.* — *T. de Indul. T. 1. fol. 9. 6* — *Hussus.* — *Quæstio de credere. fol. 170.* — *In ead. fol. 175.* — *Lutherus.* — *Sermo. de Indulg.* — *In Resol. de Indulg.* — *Lutherani.* — *Apo. 12. ar. conf. art.*

CDXXIX.

Lymphatorum hominum secta turpissima, cui nullum impugnandæ ueritatis studium non extat, sacras Indulgentias, seu uenias iis, qui pœnam in

Indulgẽtia ualent ad luendã pœnam in Purgatorio. — *Banderinus.* — *Cõpend. tit. 18. ar. 3. de Purgat.*

Pur-

Digitized by Google

Bellarmin. *De Purg. & de Indulg.*

Purgatorio luunt, suffragrari reffragantur, contra hos Lutheranos non pugnant Caluinitæ, & similes qui hoc cauillationis contentiosæ commētum non refutant, sed Catholici qui Orthodoxiam Christianæ ueritatis dignè sequuntur, rectè hereticæ prauitatis deliramentum improbant, & fortiter impugnant in unum omnes, a quorum sententia quisquis sacras probat Indulgentias neutiquam abscedit, ut Hussus, qui & venias, & amplissimam Papę potestatem a Deo traditam approbat solide, & Lutherus, qui non minus suis aduersatur Lutheranis, quam assentiatur Catholicis, quādo scribit hoc pacto: Mihi dubium non est Missam pro defunctis celebratam, meliorem, & efficaciorem esse, ad redimendas animas, quam sint Indulgentiæ. Hæc ipse, qui licet Missæ Sacrificium præstare concedat Indulgentias, tamē pro defunctis concessas ualere non addubitat, sed affirmat.

Hussus. *Lutherus.* *Quæstio de credere. fol. 170.* *Ser. de Ind.*

CDXXX.

Purgatoriū esse comprobatur. *Coccius.* *Artic. 5.*

Vere contritos, & confessos, si ante præstitam satisfactionem decesserint, pœnis Purgatoriis ad finitum tempus torqueri negant Aerius, Armenii, Græci, Moscoitæ, Petrobrusiani, Henriciani, Vualdenses, Albigenses, Flagellantes, Vuicleuus, Vuicleuistæ, Piggardi, Lutherus, Zuinglius, Pseudomartyr, Caluinus, Bullīgerus, Viretus, Caussæus, Marloratus, Antonius Zadeel, Bernas, Aretius, Beza, Parentius, Maronistæ, Hugnostici, ac Dęmones per hæc organa sua, ac sectatores suos, quos merito repudiatos reliquere Diuina Oracula, Traditiones Apostolicæ, Concilia Nicænum Primum, Carthaginense Tertium, Quartum, Valense Primum, Valentinum, Aurelianense, Toletanum Vndecimum, Cabilonense, Triburiense, Moguntinum, ac Tridentinum, omnes Patres, omnes Sancti, omnes Doctores, omnes Theologi, omnes Orthodoxi, omnes Catholici, omnes quotquot vnquam, ut Coccius Feuardentius, & Bellarminus luce clarius, ac plerique alii illustrissimi Theologi ostendunt, fuerūt. Deinde idem credunt, ac docent Hussitæ quorum princeps dicit omissis aliis eiusdem locis: Quidam sunt in miseria uitę præsentis in hoc Mūdo, alii in Purgatorio, alii in Cœlo. Bis ergo dictum est miserere propter illos, qui sunt in Mundo, & in Purgatorio. Deinde uniuersitas Pragensis, quæ extat apud Hussi opera: credendo, inquit illa, fatemur tria receptacula Animarum solutarum a carne Cœlum, Purgatorium, atq; Infernum. Amplius Pzribrauus constanter ait: Profiteor, & firmiter credo quod locus ignis Purgatoriis post hanc uitam Animarum a corpore exutarum, & saluandarum quæ nō ad plenum hac in uia per satisfactionis remedium purgatarum est ponendus. Deinde pluribus locis Purgatorium agnoscit Lutherus, unde inter alia inquit: Purgatorium nunquam negaui, & adhuc credo, & sæpe scripsi, & confessus sum. Atque aliubi: Mihi certissimum est Purgatorium esse. Nec multum me mouet quid blaterent hæretici, quando iam mille & plus centum anni sunt quod Beatus Augustinus in suarum confessionum libro 9. pro matre, & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta mater eius moriens (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit ad Altare Domini. sed & a Beato Ambrosio id factū narrat. Quod si etiam tempore Apostolorum non fuisset Purgatorium (ut superbit fastidiosus Pigardus) nunquid ideo credendum est hæretico, uix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot seculorum falsam fuisse contēdendum? Maxime cum ipse nihil aliud faciat, quam quod dicit, non credo: & sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra, quasi non & lignū, & lapis non credant. Idem confirmant Melanthon, Anhaldinus, Rhegius, & alii Lutherani. Post illos uero Mahometus ait: ignem Gehennæ non nisi numero dierum prætermin ato sentient, & ad diem ueritatis quilibet accedens operum suorum mercedem accipiet, Deo iudice nociuo nemini. Et rursum: Sciendum quidem neminem esse, qui non ad ignem, quoniā Deus

Hussus. *Ad c. 3. 1. D Io. et Ser. de Exeq.*

Pragenses. *Com. 1. ope. Hussi. f. 82.*

Hussita. *In profess. fi. c. 23.*

Lutherus. *Aduer. Bal 10. 7. fo. 131 121. 39. de Purg.* *In Scol. de Ind. cōcl. 15*

Lutherus hic seipsum carpit.

Mahomet. *In Alco. Azo. 5.* *In Alco. Azor. 19. & 46.*

hoc mandauit, proficiscatur, ubi corporaliter etiam increduli perseuerabūt: timentes autem DEVM saluabuntur. Et iterum: si uellemus oculos uestros clauderemus ne purgatorium ignem transeundum uideretis. Inde Turcae moderni hoc idem sentiunt, ac ferunt, qui de legibus, & religione Turcarum scripsit Ioannes Antonius Menauinus. Demum Iudaei idem docent Rabi Simeon, Menachem, Sioni, Abdias, Sephoni, R. Alphesi, R. Nisim Alphesij, R. Meir Ken, Gaboi, Midras, Rabuina Rij, R. Ioseph Albo, R. Isaac Abuhab. R. Moses Alimosini, Baba Meziha, Nedarin, Chelek, R. Bachaye, & alij plerique, ut apud Reuerēdum, doctissimumque Canonicum Bileueldianum Iodocum Coccium uidere licet.

Turcae. Menauinus. Iudaei. Coccius. Par. 2. c. 11 & 19. dext nod. Turca.

CDXXXI.

Orationes, ieiunia, & eleemosynas, & alia eiusmodi studia, quae fiunt a Fidelibus pro defunctis, qui de suis culpis non satis DEO fecerūt, improbāt Piggardi, Lutherus, Caluinus, Bullingerus, & gregales. Probant vero Diui Apostoli: Oremus, inquiunt, pro fratribus nostris, qui in CHRISTO requieuerunt, ut DEVS summae erga homines caritatis, qui animam defuncti suscepit, remittat ei omne debitum uoluntarium, & non uoluntarium, & propitius, ac beneuolus ei factus, collocet eum in regione piorum, & cet. D. CLEMENS Diui PETRI Apostolorum Principis Discipulus: Quotidiana Petri praedicatio inter cetera Diuina mandata haec erant. Bonorum, inquit, operum inter cetera semina, & negotia sunt, quantum unusquisq; sapit, & potest, totis intimi cordis uisceribus DEVM orare, pauperes recreare, infirmos visitare, mortuos sepelire, diligenter eorum exequias peragere, proque ijs orare, & eleemosynas dare. D. DIONYSIVS Diui PAVLI Discipulus: Accedens venerabilis praesul, precem super defuncto sacratissimam peragit: & post orationem ipse quoque Pontifex defunctum salutat, & post illum qui adstant omnes. Tertullianus: Pro anima eius orat, & refrigerium adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Possem hic, sicuti & alibi sexcentis Orthodoxorū Patrum sententiis materiam hanc confirmare, sed abunde facit, quod innuiin primitiua Ecclesia hunc orandi pro defunctorum animabus ritum viguisse. Vnde libet hoc pro confirmationis conclusione Concilii Nicaeni sacrosancti Oecumenici grauissimam planeque Euangelicam auctoritatē in medium adferre: Nuntietur de morte Episcopi omnibus Ecclesijs, & Monasterijs illius dioecesis, vt fiat oratio pro eo. Graeci praeterea, qui uenerunt ad Concilium Basileense, etsi Purgatorium negarunt, preces tamen pro defunctis fundendas probauerunt, dum sic scripserunt: Ecclesiae pro defunctis preces cum iis, quae ipsorum obitum antecesserunt, precibus coniunctas aliquid praestare posse, hoc etiam prorsus sancimus, credentes iis, quae de hac re a Patribus sunt decreta. Graeci postea qui Venetiis quoquo pacto degunt: Defunctis opitulari preces eorum nomine factas dicimus concurrente cum his Diuina bonitate, & clementia, quae ad huiusmodi peccata plerаque conniuet, eaque mox condonat, nimirum si quae ex imbecillitate humana commissa sunt, ut magnus ille Dionysius ait. His praeterea post Montanum, uel ipsi quidem assentiuntur Turcae, qui a sepultura sacerdotes in defuncti aedes reuertuntur, vbi conuiuio laute apparato dictis prius pro defuncti anima precibus, se exhilarant, & singuli, quinos a defuncti amicis aspros accipiunt. Lutherus etiam dicit: Nostrum est Animarum, quae sunt in Purgatorio, labori condolere, & succurrere, sicuti quibuslibet aliis quantumlibet fortiter patientibus. Ac iterum: Firmiter credendum est, & ego scio verum esse, quod Animę in Purgatorio, ineffabilem poenam patiuntur, & nos eas iuuare tenemur orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & quo-

Orandū est pro defunctorum animabus. Coccius. Ibidem. Apostoli. l. 6. ap. cost. 141. D. Clemens. Ep. 1. D. Dionysi. Ecc. Hier. c. 7. p. 2. Tertullian. De monoga. c. 10. Concilium. Cano. 65. Arab. Graeci. De Purgat. q. ult. Ad Card. Iust. q. 10. Tertullian. Turca. Menauinus. De anima in fin. De leg. & rel. Tur. ca. 19. Lutherus. Res. de Ind. c. 19. In declar. quor. art.

cun-

Melanthon. cunque modo possumus. Et Melanthon: Orationes pro defunctis nullo modo prohibemus,& multo minus ab hæretico Aerio stamus. Iterum: sci mus ueteres loqui de oratione pro mortuis,quã nos nõ prohibemus. Cum igitur pro mortuis nihil a Deo rite postulare possumus, si iam in æterna requie,& pace constituti sint,manifeste constat eos pro quibus orationes rite fiũt,adhuc retineri in loco aliquo donec plena peccatorũ remissione obtẽta ad quietẽ æternã admittantur. Hactenus ex confessione Augustana,& Apo logia. Georgius prætetea princeps Anhaldinus: Non est a Christiana alienum pietate,quod ijs,qui obdormierunt,æternam requiem,& beatitudinẽ optamus, & precamur,quemadmodum Ecclesia toto animi affectu illã eis optat,& loquitur. O Domine dona eis requiẽ,& lux perpetua luceat eis, & animæ omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Ac idem docet Rhegius docte dicens: Non putat(Lutherus) a Christiana pietate alienum esse,si pro nostris defunctis semel iterum ex libera deuotione orauerimus. Caritas enim Christiana mire efficax virtus est,nec se continet, quin & pro uiuis, & pro defunctis sit solicita, ita vt membra, & hoc seculo emigrantia, pia prece commendet CHRISTO Domino. Erat hæc olim, & nunc est in Ecclesia Catholica memoria defunctorum, quæ euidens testimonium est Caritatis, & Fidei de gloriosa carnis resurrectione: & cum sit fidei fructus, quæ per caritatem operetur, nemo eam reijcit, nisi Epicurus, & sadducæus. Eiusmodi memoriam defunctorum celebrauit vetus Ecclesia, vt est apud Orthodoxos, a quorum sententia recedere non est tutum. Verum inter Hussitas clare fidem confitetur Catholicam Pzribrauus: Profiteor,& firmiter credo locum Purgatorii post hanc uitam,& cet.quodque fideles sunt in uia ibi purgantibus, propter uinculum caritatis,& spiritus,possunt & debent ieiuniis, & orationibus,& eleemosynis,& aliis sanctis oblationibus pie suffragari.

Apol. Aug. ar. 22. — *Anhaldin.* *Conc. 3.* — *Rhegius.* *L. de for. ca. lop. de Ecc. 55.* — *Pzribrauus* *In prof. fid. c. 23.*

Orationes pro defunctis sacris litteris probari. Feuardent.

CDLXXXII.

Caluinus, Bullingerus, Parentius, Aretius, Zadeel, Caluiniani. Hugnostici, Geneuani, Maronitæ, aliique Satanæ alumni doctrinam moliuntur dœmoniorum, dicendo orationem pro defunctis Scriptis sacris nusquam probari posse. Quod Catholica Ecclesia negat, quemadmodum apud Patres Sanctos,& Theologos,& Doctores omnes,qui hactenus in ea floruerunt, palam est; docent etiam hoc Catholici ex Canonicis Machabęorum libris. Vnde pro exemplo sic scribit Alphonsus Tostatus Abulensis: Non est dubium,quin post mortem maneat purgatio quædam, & ad hoc assignetur locus purgatorius. Et patet primo quia 2. Mach. 12. dicitur: Sancta, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare,ut a peccatis soluantur. Sed pro defunctis; qui in Paradiso sunt, non est orandum; quia non indigent: Etiam pro illis,qui in Inferno sunt,non est orandum; quia licet indigeant,non possunt iuuari nostris precibus cum a peccatis absolui nequeant,&c. Relinquitur ergo, quod alii sunt, qui in caritate decedant, & in aliquibus peccatis, quibus competat purgatio, & de his intelligitur,quod a peccatis soluantur mortis orationibus nostris. Cum Ecclesia uero sentit Munsterus in uerba sapientis uiraginis Abigail ad Dauidem,erit anima Domini custodita quasi in fasciculo uiuentium apud Dominum DEVM tuum. Ita hanc Scripturam sane interpretatur: Sic enim bene precantur manibus defuncti,& tale uotum eius tumulo curat insculpendum: Sit anima eius colligata in fasciculo uiuentium. Inde Pellicanus tacite approbantibus Zuinglianis librũ Tobiæ inter sacras Litteras,& Canonicas affert Scripturas, in eoque eleemosynæ, & orationes commendantur, ut pote quando dicitur: Panem super sepulturam iusti constitue: item: Obtuli orationes tuas Domino, quando orabas cum lachrymis,& sepeliebas mortuos. Item: probat

In Theo. li. 11. de Pur. — *Alphonsus.* *Ad cap. 75. Mat. q. 81.* — *Munsterus.* *Anno. in c. Reg. 29.* — *Conradus.* *Cum in ob prafat. ad lectio.*

librum Ecclesiastici, quo sæpius pietas eleemosynæ, & orationis eiusmodi celebratur. Igitur multopere Catholicis fauit, sunt insuper, qui huic sententiæ adstipulatum esse Caluinum scribunt. Beza ab hac doctrina non discrepat, etsi secum pugnet: Etenim in Psalmum: Venite exultemus Domino, &c. confitetur, quod ut synagoga continebat hunc Psalmum (sunt omnia eius uerba) dum offeretur iuge sacrificium, ita uetus Ecclesia Latina, distributis Cleri precibus, matutinas, preces & defunctorum exequias ab eodem Psalmo incohabat, & merito quidem. Hæc ille ceterum Lutheri testimonium equidem luculentum est, dicentis: Admitto illud 2. Machabæo. 12. Sancta & salubris est cogitatio orare pro defunctis.

Beza. — *Arg in psa. 9.5.*

Lutherus. — *In Disp. lip. c. de Purg.*

Purgatoriū sacris litteris probari.

CDXXXIII.

Io. Bunder. — *Compen. de Purg. ti. 18. ar. 1.*

Purgatorium Scripturis sacris probari posse negant Græci, Armenii, Nestoriani, Iacobitę, Vualdenses, Rutheni, Albanenses, Lutherus, Bullingerus, & gregales. Hoc autem falsum, & hæreticum esse asserit Ecclesia per organa sua Diuos BASILIVM, EPHRAEM, EPIPHANIVM, IOANNEM Chrysostomum, THEODORETVM, per Origenem, Ruffinum, Procopium Gazæum, per Diuos HIERONYMVM, AVGVSTINVM, GREGORIVM Pontificem ter Maximum, & per alios Orthodoxos, asserunt pariter & ex sacris Scripturis probant omnes Iudæi ueteres, quos supra nominaui. Ceterum prestare duxi audire apud Græcos Origenem, & apud Latinos AVGVSTINVM. Horum prior ait: Spectat nos Angelorum chorus, uirtutum Cœlestium pia erga nos pendet expectatio, quando, uel quomodo de hoc prælio reuertamur, quid unusquisque nostrum manubiarum reportet, & intuentur curiosius, ac solicitius perscrutantur, quis nostrum auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illud pondus exhibeat, quisue lapides deferat pretiosos, (sunt hæc uerba Apostoli. 1. Cor. 3.) Requirunt etiam si quis æs deferat, aut ferrum, aut plumbum, sed & uas ligneum si forte aliquis, aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus usibus necessarium, &c. Requiritur ergo diligenter cum abierimus illuc, quid unusquisque nostrum deferat, & secundum ea quæ detulerit, secundum quod labes eius pro contemplatione exuuiarum probatur, etiam mansionis ei meritū deputabitur. Probantur tamen omnia hæc; quæ per ignem, per ignem: quæ per aquam, per aquam, Vniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit 1. Cor. 3. Propterea ergo ait: Hæc est iustificatio legis, quam constituit Dominus Moysi: præter aurum, & argentum, & æramentum, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omnis res quæ transit per ignem, traducite per ignem, & mundabitur. Sed & in aqua purificationis purificabuntur. Omnia quęcunque non transeunt per ignem, transibunt per aquam, & lauabitis uestimenta uestra die septima, & mundi eritis, & post hæc introibitis in castra. Vides quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de pręlio uitæ huius. D. AVGVSTINVS posterior est, qui asserit: In hac uita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non sit opus, propter illos, qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Quare? Nisi quia ædificat supra fundamentum ligna fœnum, stipulam; si ædificarent autem aurum, & argentum, & lapides pretiosos, & de utroque igne securi essent, non solum de illo æterno, qui in æternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem salui erunt. Dicitur enim 1. Cor. 3. Ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et quia dicitur saluus erit, contemnitur ille ignis: ita plane quamuis salui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac uita. Hactenus Pater sanctissimus, & sapientissimus, cui plerique subscibunt Orthodoxi, imo omnes

Græcus. — *Hom. 25. in Num.*

Latinus. — *In psa. 37.*

Digitized by Google

Hussus. *In fid. sua elucidatio.* *Hussita.* *In prof. fid. c. 3.* *Lutherus.* *In disp. lip. c. de Purg.*

nes qui libros Machabæorum, & reliquos libros Canonicos Scripturæ admittunt, & gemane exponũt, Purgatorium ex sacris litteris probant. Quod præterea ex Scripturis sãctis apud hæreticos probat Hussus, dũ dicit: Aliqui saluandi decedunt hic in peccatis, quod nos satisfecerunt commissi. Vnde illi secundum Apostolum 1. Corinth. 3. sicut lignum fœnum, & stipula sũt triplati, & rec. Pzribrauus: Hanc de Purgatorio sententiam fundant pene omnes Doctores in dictis CHRISTI, dicentis aliquod peccatum non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ac demum Lutherus Prothei, Polypi, Vertumnique alumnus: Ego credo fortiter, imo ausim dicere, scio esse Purgatorium: facile persuadeor iu Scripturis de eo fieri mentionem: quemadmodum illud Matthæi inducit Gregorius in Dialogo: Non remittetur peccatum neque in hoc seculo, neque in futuro. Admitto & illud 2. Matt. 12. Sancta, & salubris est cogitatio orare pro defunctis, &c. Ego beatissimos Patres de numero Theologistarum non facio, qui Purgatorium cum ipsis confiteor.

Missæ Sacrificium pro defunctis offerendum.

CDXXIV.

Iodocus. *Bellarmin.* *Feuardent.* *Græcus.* *In Thes. li. de Purg.* *In Theom. l. de Purg. li. 12 c. 38. de Purg.* *Ap. seu. Alexa.* *Græcus.* *Cat. 5. myst.* *Latinus.* *De ver. Ap. Ser. 30.* *Latinus.* *l. 4. Dial. c. 55.* *Heresiarch.* *To. 2 pap. 52. & 58.*

Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro defunctorum fidelium animabus offerendum esse impie negant, & abominantur impudenter Hugonostici, ac Lutherani Hoc autem perpetrant facinus in gratiam Satanæ, atque in odium, ac contemptum CHRISTI fidelium, qui ab Ecclesia DEI uniuersa ab ipsis Apostolorum temporibus hoc pie recitauit, atque passim tradidit, ut luce clarius Doctissimi Iodocus, Bellarminus, Feuardētius palam faciunt. Exempli causa: Diuus EPHRAEM: Fide obtulit Abel sacrificiũ pacificum, Abraham etiam fide obtulit Isaac, qui ambo mortui sunt. Ex hac oblatione patefit, & sentit anima, quando opus ea offertur Sacrificium. Non omnis, qui defunctus est, recordari meretur inter propitiatorium. Sũt defuncti, qui ipsum DEI Filium nequaquam agnoscunt. Mortui illi, qui comederunt corpus eius, & biberunt eius Sanguinem, hi sunt quorum æquũ est mentionem fieri inter propitiatorium. D. CYRILLVS: Christum pro peccatis nostris mactatum offerimns, ut & nobis. & illis (defunctis) eum, qui est benignissimus, propitium reddamus. D. AVGVSTINVS: Orationibus Sanctæ Ecclesiæ, & Sacrificio salutari, & Eleemosynis, quæ pro defunctorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cũ eis misericordius agatur, quam eorum peccata meruerunt. Hæc enim a Patribus uniuersa obseruat Ecclesia, ut pro iis, qui Corporis, & Sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum Sacrificium suo loco commemorentur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Diuus GREGORIVS: Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio Hostiæ salutaris adiuuare, ita ut hanc nonnumquam ipsæ defunctorum animæ expetere nideantur. Hæc Orthodoxi Catholici, a quorum fide non discrepant Hussitæ. Namque Hussus hæresiarcha tantopere ab ipsis Hugnosticis pro sancto a Luthero (ante Bezam, Caluinum, Crispinum, ac Parentium, qui doctrinæ Euangelicæ, ac Ecclesiæ uocant reformatorem) nequiter laudatus, & turpiter celebratus Missam pro defunctis celebrare solebat, & celebrandum plurimis commendauit asseclis, ac demandauit, uti his eius uerbis lucide dignoscitur: Expediret, ut omnes nos Sacerdotes, cum omni deuota, piaque humilitate Missas pro defunctis celebraremus. Et iterum: Nil cupio aut intendo detrahere de Sacrificio Missæ. Prius enim prorsus sum, Hostiam salutarem esse pretium sufficiens ad redimendos omnes illos, qui sunt in Purgatorio. Et parum postea: Animæ defunctorum quatuor modis liberantur, scilicet uel oblationibus Sacerdotum, uel amicorum elee-

Digitized by Google

mosynis, uel ieiunij parẽtum, uel precibus Sanctorum. Si autem a me quęratis, quisnam horum uidetur mihi maioris auxilij defunctis? Responderem sine cunctatione, Hostiam esse salutare, ipsum scilicet IESVM CHRISTVM. Est enim fundamentum, ac redemptio capacissima animarum, quæ sunt in Purgatorio. Post hæc: Non dissuadeo (inquit ille) officium tristita Missarum, sed cupio digne celebrare pro defunctis, non tantum triginta Missas, sed tot, quot DEO iuuante, celebrare potero: quinimo expostulo, ut omnes ceteri Sacerdotes idem etiam exequantur. Vnaquæque Missa bonum est infinitum, quod fit pro illis, qui in Purgatorio detinentur, habita ratione oblati sacrificij IESV CHRISTI, nimirum quod satis superque sufficiens est ad liberandos omni macula illos, qui Purgatoriis flammis torquentur.

Sepultura ecclesiastica mortuorum probatur.

CDXXV.

Feuardent. *Theo. l. 1. de Trin.*

Mortuorum hostes crudeles & impii, cæcorum duces sepulturam mortuorum cadaueribus more Catholico habitam improbe improbant hæretici Caluiniani, Geneuanæ hæresis ministri. Quorum diro lymphaticoque errori uniuersa abrenunciat Ecclesia, & tamquam suggestum Satanæ, Christiani omnes abhorrent, & abominantur non modo, qui hoc seculo uiuunt sed quotquot prioribus seculis uixerunt, quemadmodum apud Diuos ESEGIPPVM, EVSEBIVM, EVARGIVM, THEODORETVM, item Socratem, Sozomentem, Palladium, & alios Ecclesiæ Historicos illustres conspicere licet. Quin imo tempore Diuorum Apostolorum uiros Dei timorem habentes religiose sepeliuisse D. STEPHANVM testatur D. LVCAS: Quin etiam Diuus CLEMENS Apostolorum & ipse sectator hoc idem mandatum esse ab ipso Apostolorum omnium Principe, adeoque ab ipsomet Deo Optimo Maximo, testis est fidelissimus: Quotidiana Petri prædicatio inter cetera Diuina mandata hæc erat: Bonorum (inquit) operom inter cetera semina, & negotia sunt, quantum unusquisque sapit, & potest, totis intimi cordis uisceribus DEVM orare, pauperes recreare, infirmos visitare, mortuos sepelire, diligenter eorum exequias peragere, proque iis orare, & eleemosynas dare. Hæc ille, qui ista etiam natura, quæ hucusque Ecclesia Catholica retinet, refert Diuorum Apostolorum: Exequiæ mortuorum fiant tertio die adhibit Psalmis, precibus, & lectionibus, propter eum, qui tertio die a mortuis suscitatus est: die nono ad recordationẽ eorum, qui sunt superstites, & eorum, qui defuncti sunt: quadragesimo fiant secundum ueterem typum: Moysem enim sic populus fleuit, item anno exacto, ad habendam memoriam ipsius defuncti, & suppeditatur bonis eius operibus ad recordationem eiusdem. Hactenus Apostoli, quorum Traditionem scripta Discipulorum eorum, & Apostolicorum Patrum primitiuæ Ecclesiæ satis superque probant, ac roborant, sed Diui GREGORIVS Nyssenus, IOANNES Chrysostomus, IOANNES Damascenus, & complures Apostolicam, & agnoscunt, & prædicant. Hinc est quod non modo idem probant Catholici, sed etiam hæretici contra hæreticos Geneuanæ pestis ministros, Anglicanæ hæresis ministri id probant. His namque (ut Christianissimus Feuardentius Franciscanorum Pater, ac Sorbonæ peritissimus Theologus, hæreticorum acerrimus impugnator ex testimoniis Geneuanorum ministrorum refert) cum mortuorum cadauera ad sua exportant cœmeteria, cõcinunt, ego sum resurrectio, & Vita, &c Scio quod Redemptor meus uiuit, &c. Homo natus de muliere, &cet. Audiui uocem de Cœlo &c. Kyrie eleyson, &c. Patet igitur, quod hi sepulturam mortuorum Ecclesiasticam probant.

D. Lucas. D. Clemens *In Act. Ap. Ep. 1.*

Apostoli. *Lib. 8. cont. Apost. c. 42.*

Nyssenus. Chrysostom. Damascen. *Ap Da. ser. de defunct. In epist. ad Ph. Lop. ser. 3 in Mora. digrec. Or. de defu.*

Feuardent. *Diff. minist. Geneuana, & Anglicana.*

CDXXXVI.

Misericordia aditus nemini occludendus resipiscenti. *D. Cyprian.*

Nouatiani eos qui ad resipiscentiam redirent, ac pœnitentiam agerent, nolebāt absoluere, & ad communionem admittere, sicque Misericordiæ Dei auari dispensatores, eiusdem semper reseratas fores occludebant. Illud semper Catholicis impium habitum est: prioribus uero seculis merito reiectū, & iuste condemnatū: de quo sat est, ut D. CALIXTVS Martyr primitiuę Ecclesiæ Oecumenicus Pontifex sic scribens loco omnium Doctorū Christianæ Veritatis & Catholicæ Orthodoxiæ CHRISTI audiatur: Si aliquis lapsus quocunque modo fuerit, non perdamus eum, sed fraterno corripiamus affectu, &c. Sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiā, & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit, sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccātibus ueniam pollicetur, dicens: Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Errant enim, qui putant Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam ægerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps uitam duxerint, & suū Sacerdotius condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solū errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claues disputare, & agere uidentur, de quibus dictum est: Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in Cœlo: Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut uera non est. Nos uero indubitanter, tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignā satisfactionem posse redire ad honores credimus testāte Domino per Prophetam: Nunquid qui cadit, non adiiciet, ut resurgat? Et qui auersus est non reuertetur, &c. Et propheta Dauid pœnitentiam agens, dixit: Redde mihi lętitiam salutari tui, & spiritu principali confirma me. Ipse namque post pœnitentiam & alios docuit, & Sacrificium DEO obtulit dans temptus Doctoribus sanctæ Ecclesiæ si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam DEO gesserint, utrumque facere posse. Hæc ille Pontifex Maximus cōtra catholicissimū Orthodoxorum omnium dogma quod ipsi hæretici Flagellantes, Vualdenses, Hussitæ, Lutherani, Caluiniani, Anabaptistæ, & alii nec admittunt, nec probant, sed Catholicam assequuntur sententiam. Exempli enim gratia confessarii multarum impietatū nō impie inquiunt. De Pęnitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocumque tempore cum conuertuntur. Et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad pœnitentiam debeat Absolutionem impertiri. Damnantur Nouatiani, qui nolebant absoluere lapsos post Baptismum, redeuntes ad pœnitentiam.

Lib. 4. Ep. 2 — *D. Calixt.* *Ep. 2.* — *Coccius.* — *Protestantes* — *Lib. 8. art 3 de sig. Eccl.* *Conf. Aug. art. 12.*

CDXXXVII.

Sacramentum extrema Vnctio uisprobatur *Iodocus.*

Aegrotantium ad mortem Sacramentum nempe Extremæ Vnctionis Armenii, Vualdenses, Albigenses, Lollardi, Flagellantes, Thaboritæ, Vuicleuus, Lutherus, Melanthon, & Caluinus negant. Contra uero istud olim astruxit sacrosancta Dei Ecclesia in sanctissimis Conciliis Nicæno Primo Canō. 69. Arabico, Cabilonensi Secundo cap. 45. & in aliis, atque nuper in sacrosanctis generalibus Conciliis Florentino, & Tridentino, sed audiamus Florentinum, suo postea loco audituri Tridentinum: Quintum Sacramentum extrema Vnctio est, cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari nō debet, &c. Hæc in eo a quo nemo, qui uerbi Dei aliquid tenet abscedit, neque qui non nihil Christianæ Fidei retinet ab hoc recto Veritatis tramite uel tantillum declinat. Hinc quoque Dogma Veritatis Christianæ illud idē

Lib. 3. de Extr. Vnct. art. 6. — *Concilium.* *In lit. vnic.*

Ortho-

Digitized by Google

Vuicleuus. Orthodoxi omnes Patres, Doctores Theologi, & uniuersa Christi Catholica Ecclesia credunt, docent, tenent, prædicant, & confitentur, quod egregie probant schismatici, asserunt itidem Græci, quinimo Vuicleuus: Est Extrema Vnctio signum efficax, & finalis, & uniuersalis remissionis peccatorum, per unctionem infirmi pœnitentis in determinatis partibus cum oleo oliuæ, & ab Episcopo consecrato, ministrato a Sacerdote, uerba cum intentione debita proferēte. *Ad c. 1. 1. ad cor.* *Hussus.* Idem docet Ioannes Hussus tam fuse, ut pigeat hic referre, præter pauca: scribit itaque: Inducat, non dicitur, inducatur, per quod innuit, quod hoc Sacramentum est solis petentibus uerbo, uel signo aperto. Vngentes eum, scilicet infirmatum, ex quo patet, quod oleum, & Vnctio, est efficacia huius Sacramenti: Oleo scilicet consecrato in nomine Domini. Et alia Glossa formam consecrationis ostendit. Et post plura: Fuit hoc Sacramentum institutum ad alleuationem infirmi, & remissionem peccati. Vnde & vnctio ibi est, & oratio: oratio autem non semper impetrat, quia non semper expedit infirmo quod petitur. Ideo non semper alleuiatur: sed si in peccatis est, indigne suscipit Sacramentum, quod semper impetrat remissionem peccati, quantum est de se: quia est Sacramentum nouæ Legis, idcirco efficit, quod figurat. *In c. 5. Iac.* *Rochizana.* Deinde Ioannes RoKizana dicit: Ad Sacramentum Extremæ Vnctionis, quod nunc plerique deridenr, & blasphemant, iam accedendo dico, quod illud Sacramentum habetur, primo ex Euangelio Marci 6. Secūdo ex Canonica B. Iacobi. *De Sacr. c 15.* *Lutherus.* Idem comprobat Lutherus, ut in mortis articulo positis sacræ Vnctionis Sacramentum exhibeatur. *Lib. de pot. Papę & de pręp. ad mor.* *Feuardent.* Deinde Anglicanæ scabiei ministri hoc Sacramentum (ut apparet) probant, ex quo dum aliquem morbo oppressum ut difficiliori ægritudine collapsum adeunt domum ingressis: Pax huic domui, Ne reminiscaris, &c. Orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, distincta elataque uoce pronunciant; submissam, & secretam audiunt peccatorum confessionem; Absoluunt ab illis sub hac recepta formula; Absoluo te ab omnibus peccatis tuis. *lib. 1. de S. Trin.*

CDXXXVIII.

Sacramentum Extremę Vnctionis Gratiā confert. Coccius.

Gratiam non conferre hoc Sacramentum Extremæ Vnctionis asserunt Lutherus, Caluinus, Melanthon, & alii cyclopes Inferni, quos qui adorant in Spiritu, & Veritate DEVM refellunt, & aliter Orthodoxi quique cum olim tum modo iuxta verbum Dei Apostolicum, & Euangelicum tradidere. *Ibidem.* Quocirca in Concilio Tridentino ex Orthodoxis totius orbis Christiani Doctoribus, uniuerse congregato Christianissime hoc ipsum his uerbis statutum est: *Concilium.* Si quis dixerit sacram infirmorum Vnctionem nō conferre Gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit. *Lepsio. 14. Cano. 2.* Hoc hactenus ille ex diametro pugnans cum impiis hæreticæ perfidiæ filiis, quos confutant *Henricus Octauus rex Anglię.* Vuicleuus, ut antea constitit, & *Hussus.* Hussus, qui dicit: Quare non datur, nisi infirmis, ac in statu ubi desperatur de ipsis, ut ubi deest auxilium naturæ, quæratur auxilium Gratiæ, quæ datur in Sacramento. *Assertio. 7. Sacram. de S. E. V.* *Ad c. 5. Iac.* Consentiunt isti *Vualdėses.* Vualdenses: Aegrotantium Vnctio duo in se continet. Primum causam facilioris accessus ad languentes. Hac re Sacramentum non est. Alterum res est ipsa signata tali unctione, quæ tribuitur a Deo in Christo, pro qua re in recta fide, ut languenti fidei id condonetur præcipue orandum est, B. Iacobi præcepto: infirmatur quis in uobis, &c. Fide ægrotantis signum unctionis certificat scelerum remissam. *In conf. eor. lod 8 de artic. 2. de sig. Eccl.*

CDXXXIX.

Ordo est Sacramentū nouę legis.

Coccius. Ordinem non esse sextum nouæ legis Sacramentum garriunt capita impietatis Diabolicæ, tandem, Lutherus, Melanton, Caluinus, Chytræus, & *Lib. 8. ar. 1 de ord.*

Luthe-

Digitized by Google

Apostoli. Lutherani,& Caluiniani una cum suis gregalibus. Quos repudiatos uoluerunt olim Apostoli sanctissimi, qui inter cetera hæc statuere: Neque Laicis, imo neque Clericis potestatem baptizandi facimus, ut lectoribus, cantoribus, ianitoribus, aut ministris, nisi tantum Episcopis, aut Presbyteris, ministrantibus Diaconis. Quid uero hoc ausi fuerint, pœnas coritarum pẽdet. Neque Presbyteris potestatem damus ordinandi Diaconos, aut Diaconissas, aut lectores, aut ministros, aut cantores, aut ianitores, sed Episcopis tantum. Hic enim Ecclesiasticus ordo, & concentus. Idem prorsus docent Diui DIONYSIVS Eccl. Hierarch. capit. 5. IGNATIVS ad Smyr. BASILIVS in Ampho. ZEPHRINVS Ecclesiæ Episcopus Oecumenicæ Epist. 2. & quam plurimi. Pariter constabiliunt eadem eisdemque similia apud Græcos concilia Ancyranum, Chalcedonẽse Oecumenicum, & apud Latino Bracarense 2 Hispalense 2. Tridentinum Oecumenicũ, & eo prius *Concilium.* Florentinum Oecumenicum in quo hæc Christianissima doctrina Orthodoxe traditur: Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum uino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus uero per libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus per calicis uacui cum patena uacua superposita traditionem: & similiter de aliis, per ueram ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma Sacerdotis; Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro uiuis, & defunctis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et sic de aliorum Ordinum formis. Ordinarius minister huius Sacramẽti est Episcopus. Hactenus Catholici apud quos accedunt Græ*Vuicleuus.* ci, Hussitæ, Vuicleuistæ: quamobrem Vuicleuus ait: Quædam Sacramenta per se Christus promulgauit ut Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & *Hussus.* Pœnitentiam. Hussus præterea: Non iterantur Sacramenta, quæ relinquũt *Hussita.* in suscipiente characterem, ut Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Inde Rokizana: Per Sacramentum Ordinis Ecclesia ordinatur, & gubernatur & in *Hussita.* filios Ecclesiæ gignitur. Postea Pzribrauus: Sacramentum Ordinis duntaxat ab Episcopis est conferendum. Exemplum huius est in tota Lege noua, & uetere, ubi numquam aliter inuenitur, nisi quod a Deo immediate, uel ab Episcopis sint Sacerdotes & Episcopi consecrati. In noua Lege exemplũ est in Christo, qui existens Episcopus summus Apostolos in Episcopos ordinauit, & illi ulterius Episcopos, & Presbyteros. Ac Vualdenses: Quicum*Vualdenses.* que Clericus tali ordinatione prouehitur in Sacerdotium, talem ordinationem Sacramentum esse profitemur: quoniam quidem signum sunt ueritatis Sacerdotis summi Christi Iesu, eiusdemque ordinatione a Patre Deo. *Lutherus.* Et Lutherus: Omnium Ecclesiasticorum idem Baptismus, eadem confirmatio, idem uerbum Dei, idem Sacerdotium, eadem Pœnitentiæ, Vnctionis, Matrimonii, & omnia Sacramenta. Extremo loco iisdem assentitur *Melãthon.* Melanthon, scribens de numero Sacramentorum sibi incõstans est, sic scribendo: Mihi maxime placet etiam addi Ordinationem, ut uocatio, id est uocationem ad ministerium Euangelii, & publicam eius uocationis approbationem.

Lib. 3 cons. Ep. Ap. c. 11 — *In doctrin. de Sacram.* — *Ad c. 11. Cor.* — *Ad c. 5. Ia. De Sacr. c. 1* — *In profess. c. 11.* — *In Confess.* — *De Potesta te Papa.* — *Postre. edit. loc. com. ca. de num. Sacrament. Postr. edit. loc. com. c. de num. Sacrament.*

CDXL.

Sacramentum Ordinis confert Gratiam. Damasc. Negant Messaliani, & Lutherus Sacramentum Ordinis conferre Gratiam. Quorum dogma Orthodoxa execratur Ecclesia tota, cuius os sacra*D. August.* tissimum D. AVGVSTINVS: Quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis, & dixisse: Accipite SPIRITVM SANCTVM, Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione Dominica per SPIRITVM SANCTVM aguntur, idcirco cum regula eis, & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis: Accipite SPIRITVM SANCTVM. Et quia uere ad ius Ecclesiasticum pertinet, sta

De hæreses. — *Lib. 9. uet. & nou. Test. q 93.*

tim

tim subiuit, dicens: cuius tenueritis peccata, tenebuntur; & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatores habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli negligere Gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuũ Presbyteris. Semel ergo fieri oportuerit, ut de cetero traditio ista nõ sine dono Spiritus Sancti esse crederetur.

Roffensis. Vualdens. Hactenus Orthodoxus Pater, cui subscribunt omnes Orthodoxi, quibus præterea subscribunt Vualdẽses, Vuicleuus, Hussus, & Hussitæ: Credimus ordinationem Sacerdotum, dicunt Vualdenses, ut in loco legationis Christi ministerium, euangelizatio, iudicium, oblatio orationum ab hominibus Hussus. gratiarum actiones, laudes Dei ab eis peragantur. Et Hussus Character excellentiæ, & dignitatis imprimitur in Sacramento Ordinis. In Assert. art. 1. In confes. In 5. c. Iac.

Papæ, & Episcoporum veniæ approbantur.

CDXLI.

Lutzelburg. Summorum Põtificum, Episcoporum, & Sacerdotum Absolutionem, & indulgentias, seu potius Venias post Ioannem de Vuesalia passim diffitetur Lutherus optata lucra ex eis non ualens assequi. Cõtra hos sacra pugnat Orthodoxia Sanctorum Doctorum, Ecclesiæque catholicæ uniuersa Auctoritas: Cat. hæret.

Concilium. In Concilio enim Lateranẽsi generali moderatur excessum quorundam Episcoporum, quæ vtebantur dum Venias conferebant, propterea quod sic claues Ecclesiæ contemptui habebantur, & Pœnitentiæ satisfactio De pœn. & remis.

Concilium. eneruabatur. Pari modo utitur Concilium Viennense quorundam repre-Concilium. hendens, corrigensque in conferendis veniis abusos. Concilium præterea Constantiẽse Oecumenicum iure meritissimo condemnat, & execrationi ac maledictioni subiicit talem perfidiosi, ac sannionis, & infamis fatui Vuicleui articulum: Fatuum est credere Indulgentias Papæ, & Episcoporum. Tit. in. de. Abusion. Sessio 8.

Lutherus. Hæc ille profligatissimus Auerni incola, cuius conciuis, ac nepos Lutherus, qui simul cum Orthodoxis Ecclesię CHRISTI Romanę omnibus Catholicis eas recte asserit, quando dicit: Indulgentię tollunt pœnas a Põtificibus, & Sanctis Patribus impositas, &c. Tenentur Episcopi, & Curari Veniarum Apostolicarum commissarios cum omni reuerentia admittere. Hæc ille, De captiu. Babil. & de ind. conf. In resol. de ind. To. 6. Sen. fol. 22.

Melanthon. cui quadrat quod Melanthon egit, quippe in comitiis Augustanis, ei in Schmalcaldicorum articulorum subscriptione, maximo impiorum omnium odio, Episcopis, Pontificique Ecclesiasticam iurisdictionem reliquit. & tribu. in pseud. Vuit.

Sacerdotiũ nouę legis astruitur.

CDXLII.

D. Ambros. Sacerdotium asserit D. AMBROSIVS: Post Episcopum Diaconatus ordinationẽ subiecit. Quare? Nisi quia Episcopi & Presbyteri una ordinatio est? uterque enim Sacerdos est. Sed Episcopus primus est, ut omnis Episcopus Presbyter sit: non tamen omnis Presbyter Episcopus, hic enim Episcopũ est, qui inter Presbyteros primus est. Denique Timotheum Presbyterus ordinatum significat, sed qui nante se alterum non habebat, Episcopus erat. Hæc ille, idem etiam, sic ut & Chrysostomus, de Sacerdotali dignitate librum edidit peculiarem. Sup. Ep. Ti.

D. Hilarius. D. HILARIVS item aduersus Constantiũ Cæsarem Sacerdotum meminit, inquiens: Tu Paulinum beatæ passionis uirum blandimento solicitatum relegasti, & Ecclesiam sanctam Treuerorum tali Sacerdote spoliasti, &c. uiam sibi omni per populum crudelitate pandentes protraxerunt de Altario, Sacerdotes. Cont. conf. Cęsar.

D. Cyprian. D. CYPRIANVS: Qui Christo non credit Sacerdotem facienti, postea credere incipiet Sacerdotẽ vindicanti. Quamquam sciam omnia ridicula, & uisiones ineptas quibusdam uideri, sed utique illis, qui malunt contra Sacerdotes credere, quam Sacerdoti D. PROSPER. Ad Sacerdotum officium pertinere probatur, ut inquietos Sacerdotali auctoritate corripiant, rudes doceant, contradicẽ- Ep. ad Flor. Pupia.

D. Prosper. Li. de V. C. c. 4. & 2.

Digitized by Google

tes ſanæ doctrinæ redarguat &c. Ac loco alio lib. codē: ipſis proprie anima rum curandarum ſolicitudo commiſſa eſt, qui pondus populi ſibi commiſſi uiriliter ſuſtinentes, pro peccatis omniū uelut pro ſuis infatigabiliter ſupplicant Deo, ac uelut quidam Aaron incenſum contriti cordis, & humiliati ſpiritus offerentes, quo placatur Deus, auertunt iram futuræ animaduerſionis a populo, qui per Dei gratiam fiunt diuinæ uoluntatis indices, Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis populi duces, Veritatis aſſertores, prauæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, & male ſibi conſcijs, etiam ipſo uiſu terribiles, uindices oppreſſorum, patres in fide Catholica regeneratorum, prædicatores cœleſtium, primi phalanges (al. præliantes) inuiſibilium præliorum, exempla bonorum operum, documenta uirtutum, & forma fidelium. Ipſi tunc Eccleſiæ, decus, in quibus amplius fulget Eccleſia. Ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipſi ianuæ ciuitatis æternæ, per quos omnes qui credunt, ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi ianitores, quibus claues datæ ſunt Regni Cœlorum. Ipſi etiam diſpenſatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus & officia ſingulorum. Hæc illæ, quæ Orthodoxi omnes comprobant, ut puta Arnobius, Gēnadius Origenes, Tertullianus; Diui HIERONYMVS, CYRILLVS, IOANNES Chryſoſtomus, AVGVSTINVS, GREGORIVS Nazianzenus, EGESIPPVS, IGNATIVS, POLYCARPVS, DIONYSIVS, & CLEMENS contemporanei Apoſtolis. Ex quorum comprobatione Chriſtianæ fidei certiſſime colligit B. IOANNES Fiſcherius, qui eoſdē citat haudquaquam Sacerdotium heri aut nudius tertius, ſed ab ipſis Eccleſiæ primis vnguiculis inſtitutum fuiſſe. Quare cum Lutherus nullum Orthodoxorū afferre poſſit, qui libro quouis edito contrarium teſtetur, ſed nec ſcripturæ ſyllabam aliquam producere queat illorum Patrum aſſertionibus reclamātem, quid prohibebit quo minus ipſi contra Lutherum de ueritate Sacerdotis iuſtiſſime pręſcribamus? Nihil utique Lutherus habet, quod hæreſi ſuæ faueat. Hæc ex illo, qui & alia multa grauiſſime, & Chriſtianiſſime ſcribit aduerſus Lutheri librum de quo nullum, ait, umquam uidi peſtilentiorem, inſaniorem, impudentiorem, cui de abroganda Miſſa titulum adhibuit. Ad hæc Philo Iudæus, qui & D. PETRO familiaris Romæ fuiſſe traditur, partem adiuuat Catholicam, in libro cui titulum fecit de uita theoretica ſupplicum, de Chriſtianis loquens qui partes Aegypti circa Alexandriā incolebant, mentionem facit Sanctorum miniſtrorum, atque Sacerdotū, & Epiſcopi, docens quomodo Sacerdotes, ac miniſtri exhibeant officia ſua, vel quæ ſit ſuper omnia Epiſcopalis apicis ſedes. Stāt inſuper a parte catholica Valentiani hæretici, Ariani,, Donatiſtæ, Nouatiani, Pelagiani, Berengariani, & alii prodigioſi eiuſdem farinæ homines. Ceterum facinoroſiſſimus ſacrilegus Lutherus proculcato Chriſti Sacerdotio Sacerdotium uniuerſum adeo inſectatur, ut Sacerdotium nouæ legis nullum eſſe dixerit, ac potius blaſphemauerit, non ſolum in odium, & deſpectum Catholicæ Romanæ CHRISTI Eccleſiæ, ſed & aduerſus ſectæ ſuæ primipilos nempe hæreſiarchas Vuicleuum, & Huſſum, atque pariter cōtra hæreticos Vuicleuiſtas, Huſſitas, Græcos, Vualdenſes, atque etiam ſeipſum, quippe qui ſic ſcribit: Sacerdotes Chriſti honorandi ſunt, iuxta illud Apoſtoli: Presbyteri, qui bene præſunt duplici honore digni ſunt. Et alibi: Per omnem Eccleſiam nullus niſi Sacerdos ſolus, Miſſam audit totam, magno ſcilicet illo Sacramento, quod Chriſtus verus Sacerdos, quamquam multa operatur in Eccleſia per externa Sacramenta, & uiſibiles cœremonias, in quibus ei fideles concinunt, & cooperantur, ſicut clerus nunc facit Sacerdoti in cantu, oratione, & reſponſione, tamen plurima agit inuiſibiliter pro nobis apud Deum, quæ populus, & Eccleſia eius non uidet, neque percipit. Et alio loco: duplici ſic modo confitendi inſtructus: uno quæ Sacerdoti

Roffenſis. — *Sacerd. def. con. Luth. cong. 1.*

Philo. — *Ap. D. Euſ. lib. 2. c. 17.*

B. Ioannes. Fiſcherius. — *Sacerd. def. cont. Luth.*

Lutherus. — *De uirtu. Saxo. Deca præcepto. de 3.* — *Concio de pœnit.*

Caluinitæ. omnia manifeste mortalia confitearis, alio quo Deo confitearis reliqua omnia. Hæc ille, cui adstipulantur, sibi uero dissidētes Caluinitæ, dum inquiūt: Nos socii sumus Sacerdotij Christi. In Catech. c.6. Dom.6

Episcopi a solis Episcopis ordinantur.

CDXLIII.

Iustus Ion. Plane insanit, ac furit insanus furensque Lutheranorum primicerius, quando docet, ac censet doceri, Episcopos a Presbyteris, & aliis Sacerdotibus consecrari posse. Hoc ipsum Lutherus aliquando monachus, postea omni auctoritate spoliatus, & doctoratu ipso exutus, facinoribus suis palam probauit: episcopum enim fecit publice, maximo in templo, frequentissimo populo, episcopalem potestatem impertiit, consecrauit denique Presbyteros, & episcopos. Idem uero librum edidit hac ridicula temeraria, & impia inscriptione. Exemplar uerum Christianum Episcopum consecrādi. Hæc ille de consecrationibus seu potius profanationibus more hæreticorū faciendis, quas hæreticorum ordinationes, dignis titulis iam olim Tertullianus uocauit, temerarias, leues, inconstantes. Quas merito Orthodoxi Patres Ecclesiæ Christi Euangelicis, & Apostolicis agiographis imbuti, publicis scriptis, statutis, ac gestis semper reprobarunt, atque usque ad hunc diem reprobant. Vnde Concilium Nicænum Secūdum non infime obseruandum sic sanxit: Omnis electio, quæ fit a Magistratibus, Episcopis, Presbyteris, uel Diaconis irrita maneat. Oportet enim eum qui est promouēdus ab Episcopis eligi. Item Concilium Quartum Constantinopolitanum: Sancta inquit, & uniuersalis Synodus definit, neminem laicorum Principū, vel Potentum semet inferre electioni, uel promotioni Patriarchæ, uel Metropolitani, aut cuiuslibet Episcopi, præsertim cum nullam in talibus potestatem, quemlibet potentium, uel ceterorum laicorum habere cōueniat, sed potius silere, ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Hoc idem senserunt Ariani, deinceps Vuicleuistæ, Hussitæ, Vualdenses, & alii superiores hæretici, uel quod Sacramentum sacri Ordinis agnouerunt, uel quod ritum istum probauerunt cum Ecclesia Orthodoxa, & Apostolica. Vnde ipsi quidam hæretici Centuriatores Magdeburgenses fatentur primos Episcopos, non nisi ab Apostolis constitutos esse.

(Marginalia: In libo. de exit. et fun. Luth. — Tribonian. — In Pseuda inb. Hun. — Tertullian. — D presc. hæret. cap. 41. — Tribonian. Synodus. — In Hun. pseudinb. confu. Cano. 3. — Synodus. — Cano. 28. — Centuriani. — Cent. 5. lib. 2. c. 2.)

Sacerdotes a solis Episcopis consecrantur.

CDXLIV.

Confecratio Sacerdotum non nisi ab Episcopis exhibetur, quod tamen Lutherus apostata excucullatus facta sibi a Satana licentia, ac auctoritate in nomine Diaboli Pomeranum fecit pseudoepiscopum, hoc est vulpes lupum, & sui gregales idem dogma non negant. Sed hoc inficiantur ab initio Christianæ Ecclesiæ Catholici omnes ab ipsis Ecclesiæ incunabulis: Extat enim Canon Apostolicus præter alia plura Diuorum Apostolorum statuta, qui talis est: Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. Rursum: Iubemus ut Presbyter, Diaconus, & reliqui Clerici ab uno Episcopo ordinentur. Atque, ut omittam, qui idem tradunt Apostolorum eorum discipuli Diui CLEMENS, DIONYSIVS, IGNATIVS, POLYCARPVS, MARTIALIS, ANACLETVS, & Apostolici Diui IVSTINVS, IRENAEVS, CYPRIANVS & alii, Conciliū mox citabo Oecumenicum Nicęnum Primum: Si qui sunt ex diœcesi ad sacros Ordines eligendi, primum quidem adducendi sunt ad Episcopum, postea examinēt eos Archidiaconus, & Chorepiscopus, & uideant an idonee, & intelligenter legant scripturas, & an sciant leges Sacerdotales, & statuta Ecclesiæ. Et in Carthaginensi Tertio & Quarto, ac Arelatensi Primo: Presbyter ab Episcopo ordinatur eum benedicente, &cet. Presbyter in

(Marginalia: Henricus. Octauus. — Assert. 7. sacrament. de Ord. — Cat. Lat. — Lutzēburg. — Apostoli. — Can Apost. Const. Ap. lib. 3. c. 20. — Concilium. — Cano. 60. ex Arab. — Concilia. — Cap 3. c. 32. 36. cap.)

con-

Papa. Consulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, Virgines non consecret, &cet. Presbyteri sine conscientia Episcopi nihil faciunt. Diuus præterea ANACLETVS: Sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo. Sed a Catholicis de quorum fide, & doctrina in hac re nemo fortasse addubitat ad hæreticos oculum adiiciam. Cum Catholicis itaque pariter sentiunt Vualdenses, qui sic habent scriptum in sua confessione: credimus Ordinationem Sacerdotum a summo Episcopo Sacerdoteq; magno in ueritate prodire, &c. Item Ioannes Hussita dicit: Sacramentum Ordinis duntaxat ab Episcopis est conferendum. Exemplum huius est in tota lege noua, & uetere, ubi numquam aliter inuenitur, nisi quod a Deo immediate, uel ab Episcopis sint Sacerdotes, & Episcopi consecrati. In noua lege exemplum est in CHRISTO, qui existens Episcopus summus, Apostolos in Episcoscopos ordinauit, & illi ulterius Episcopos, & Presbyteros. Denique Lutherus ipse eadem sic firmat: Vocatio Ministrorum, quæ Diuina, & vera est duobus modis accidit: inde uero prosequitur. Vocationem qua suam mentem declarat, & Sacerdotes, & ceteros Ecclesiæ ministros ab Episcopis ordinandos esse fusius, & euidentius patefacit. In eo uero, & alii Lutherani, alioqui, & ipsi hæretici eidem non aduersantur & pietatis Catholicæ morem perditis moribus suis sectantur, & quoquo pacto adnuntiant: quod quidem lippis, & tonsoribus notum est.

Ep. 2. — *Vualdens.* *In confes.* — *Przibramus* *In prof. fid. c. 11.* — *Lutherus.* *Ad c. 1. Ep. ad Gal fo. 16 f. 8.*

CDXLV.

Diaconorũ Ordo probatur.

Ordinationi Presbyterorum succedit Diaconorum ordinatio, quam pro modestia Euangelica & pro Christiana pietate, si ironia ludere expedit rebus tam seriis, reiicit Caluinus qui Diaconorum ordinem penitus adimit, quẽ damnat Diuus IGNATIVS Deifer: Oportet, & Diaconos mysteriorum CHRISTI ministros per omnia placere. Quid Diaconi, quam imitatores Angelicarum Virtutum? qui purum, & inculpatum ministerium Episcopis exhibent, ut S. Stephanus Beato IACOBO, D. CYPRIANVS: Meminisse Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est Episcopos, & præpositos Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in Cœlos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesiæ ministros. Iterum: Perstitit Diaconus, & reluctanti licet de Sacramento Calicis infudit. D. CAIVS Pontifex Maximus: De Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorumque, & sequentium Clericorum Ordinationibus Sanctos Apostolos, & Successores eorum, & præcipue Anacletum, & præterea alios sufficienter statuisse cognouimus. Hæc ille, quæ Successor D. ANACLETI D. EVARISTVS ante ipsum astruerat, sed plura sunt quam hic referri possint, quæ a Catholicis Patribus, summis Ecclesiæ Pontificibus, Oecumenicis Synodis, & sacris Conciliis, de diaconatus ordine catholice asseruntur. Quem quidem ipsi alumni Domini Diui Apostoli ipsorũ Conciliorũ Hierosollymitanum, præcipua deinceps, & antiquiora multa Concilia, ut Euangelica spectata, & summi Dei Vicarii simul cum communi Christianorum consensu, & omnium Orthodoxorum sententia, atque Ecclesiæ CHRISTI Catholicæ doctrina recipiunt. Quin etiam illum ipsum admittunt Iconomachi, Græci, Vualdenses, Anglicani, Vuicleuus, qui ait: Tempore Pauli sufficiebant duo ordines, Sacerdos scilicet & Diaconus.

Caluinus. *Instit. her. 4. lib. c. 19.* — *Guido.* *de hæret.* — *G. Ignatius* *Ep. ad Nemo Dac.* — *D. Cypria.* *Ep. 65.* — *Lib. de Lapsis.* — *D. Caius.* *Epist. ad Fel. ep.* — *D. Euarist.* *Epist. 1.* — *Fenardent.* *Lib. 1. de S. Trin.* — *Vuiclefus.* *Trial. c. 13.*

CDXLVI.

Subdiaconorum, & minorum Ordines probantur.

Subdiaconorum, Lectorum, Exorcistarum, Acolyticorum Ordines repudiant Græci, Sagarelli, Vuicleuus, & Caluinus. Non autem repudiat D. IGNATIVS, qui ait: Saluto sanctum Presbyterorum colle-

Iodocus. *Lib. 8. ar. 3. de ordine.* — *D. Ignatius* *Ep. ad Ant.*

Digitized by Google

D.Anacle. gium,saluto sacros Diaconos,saluto Hypodiaconos,Lectores, Cantores,Ianitores,Laborantes, Exorcistas,Confessores. Neque D. ANACLETVS: Ep.1.
Episcopus in solemnioribus diebus,aut septem,aut quinque, aut tres Diaconos,qui eius oculi dicuntur,& subdiaconos,atque reliquos ministros secum habeat,qui sacris induti uestimentis in fronte,& in tergo stent. Neque
D.Cyprian. D.CYRIANVS,qui Subdiaconorum,Lectorum,& Acolytorum meminit. Ep.15.24.55.
Concilium. Nec Concilium Antiochenum anno 340. celebratum. Chorepiscopis instituere permittitur Lectores,& Subdiaconos, atque Exorcistas,quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Sed Arrianus Caluinus, qui Filio DEI Deitatem abrogare conatus est, & quasi Auerni sannio CHRISTI ministros,Diaconos,Subdiaconos, & reliquos traducere,& abolere totis conatibus attentauit, exempla habet Arrianorum, quorum spiritu imbutus,perditos eorum mores,impium flagitiũ,atque Ethnicam doctrinam sectatur. Arriani enim,narrat D.ATHANASIVS Magnus Arrianorum veterum,& recentiorum profligator, rapuerunt Eutychum Subdiaconum uirum probe Ecclesiæ inseruiẽtem quem scuticis ad mortẽ Cap.10.
D.Athan. usque curauerunt uerberari. Hactenus D.ATHANASIVS Subdiaconorum præterea, & ceterorum clericorum Ordinem plane probauerunt,atq; tradiderunt Diui MARCI Euangelistæ Liturgia,sacri Canones, & constitutiones Diuorum Apostolorum,inde sacrorum Conciliorum Nicæni Primi,Antiocheni,Sardicensis,Elibertini,Romani,Laodicensis, & complurimorum aliorum, postea doctrina Sanctorum Patrum,Doctorum eruditissimorum sententiam,& summa CHRISTI Ecclesiæ Auctoritas. Ad hanc Ep.ad solit. uit.agen.
Vualdenses. vero veritatis assertionem firmissimam accedunt,& Vualdenses,qui: Eadẽ Confes.fid.
Lutherus. fide proponimus,inquiunt,quod ordinandi minoribus, aut maioribus promouendi,uita uirtuosa in CHRISTO alios debent antecellere. Lutherus: De dec.præcetor.
CHRISTVS uerus Sacerdos multa operatur in Ecclesia externa Sacramenta,& uisibiles cœremonias,in quibus & fideles concinunt,& cooperan-
Feuardent. tur,sicut clerus nunc facit Sacerdoti in cãtu oratione,& responsione. Nouissime impij Geneuani cõquerunt de Angliæ ministris, quippe qui suos habent adhuc Decanos,Archidiaconos,Episcopos,Archiepiscopos, aliosque Ecclesiastici ordinis officiarios. Theom 1. li.de S.Tri.

Officiũ Diaconi probatur.

CDXLVII.

Concius. Spectat ad Diaconum lectio Euangelij in Ecclesia item Missæ Sacerdoti inseruire. Quod asseuerant Catholici,negant uero hæretici Falcidius,Lutherus, Melanthon, Hemingius, qui ad Diaconum eleemosynas Ecclesiæ administrare pertinere contendunt, sicque officium Diaconatus contendunt,& auferunt: non id probant Orthodoxi,uel antiquissimi, quando de Ibidem.
D.Lucius. recentibus nemo, uel tantillum addubitat: Diuus enim LVCIVS anno 252.sic iubet,& docet: Ministri Altaris Presbyteri,siue Diaconi ad Domini Apud Gra. d.81.
D.Maxim. ca tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Diuus MAXIMVS: Ad c.3. de Ecc.Hier.
D.Ambros. Romæ septem tantum Diaconi Altari ministrant,quos præcipuos, ut opinor,uocat. D.AMBROSIVS: Leuitam uidisti, sed minister est CHRI- Dionysi.
Concilium. STI: uidisti illum ante Altaria ministrare. Atque in Concilio Carthaginẽsi l.1.de Sac. c.2.
Lutzẽburg. Quarto: Diaconus tempore Oblationis tantum,vel Lectionis alba utatur. Cap.41.
His assentiuntur Catholici uniuersi,ac deinceps Græci,qui sententiam,consuetudinem,ritum,moremque Ecclesiæ iuxta Concilii Nicæni Primi, Laodicensis,Carthaginensis & aliorum definitiones,& Patrum Græcorum, & Latinorum Traditiones assequuntur,item nec Copti,qui in Ecclesia Euan- Cata.hær.
Feuardent. gelii Lectionem,quæ a Diaconis fit,probant. Itidem Romanus Ecclesiæ Christi mos ab Anglicis ministris quantumuis hæreticis approbatur.

Sa-

Digitized by Google

Concionari non omnibus licet.

CDXLVIII.

Lutherus. Sacerdotes non nisi uocatos, & admissos concionari debere Catholica est sententia, quã Lutherus uno loco solo probat, alijs uero, ut assolet, reprobat. Ceterũ sinamus simium in purpura, & non quæramus nodũ in scyrpo. Atque hæresiarcham omnium pessimum satis se armis confodere, & a parte Ecclesiastica serio stare patienter audiamus: Vocatio ministrorum, quæ Diuina, & uera est, duobus modis accidit primum per media: Deinde sine mediis. Hoc tempore uocat nos DEVS ad concionandi munus per media, utpote per homines, Apostoli immediate a CHRISTO ipso uocati sunt, quemadmodum etiam ueteris Testamenti Prophetæ sine medio à DEO uocabantur. Postea Apostoli discipulos suos, ut Titum, Timotheum, &c. uocarunt: hi deinceps Episcopos uocarunt: Episcopi alii alios usque ad nostra tempora uocarunt: Sic fiet, & seruabitur usque ad consumationem seculi. Et hæc est uocatio, quæ per media fit, quæ nihilominus, Diuina uocatio. Et rursum alio loco: Omnes Parochi, & magistratus diligenter attendere debent, & de hoc suos diligenter monebunt, ut concionatores, qui seipsos introducunt, tamquam nebulones, & certos Diaboli nuntios, nisi fide dignum testimonium suç a DEO uocationis attulerint. Alioquin eos non audient, nec admittent, etiam si purum Euangelium docere uelint, nec si Angeli, aut meri Gabrieles e Cœlis fuerint. Nihil enim recipit Deus, quod fit ex propria electione, & deuotione; sed omnia ex mandato, & uocatione fieri uult. Propterea etiam CHRISTVS Diabolos noluit prædicare, etiam si ipsum Filium DEI faterentur, & ueritatem dicerent. Noluit enim permittere, ut quisquam sine uocatione prædicaret. Ergo sic quisque faciat, qui prædicare, & docere uoluerit, demonstret se uocatum ostendat mãdatum quo cogatur. Si noluerit, tradat magistratus huiusmodi nebulones lictori, &c. His subscribunt Lutherani, dicentes: De ordine Ecclesiastico docent, quod nemo debeat in Ecclesia publice docere, aut Sacramenta administrare, nisi rite uocatur.

Tom. 7. G. f. 388. & 256. in Aß.

Ad psf. 82.

Protestantes. Conf. Aug. ar. 16.

Clerici continentissime debent uiuere.

CDXLIX.

Coccius. Clericos in minoribus ordinibus constitutos continenter debere uiuere negauerunt Diabolici nebulones Nicolaus Antiochenus, Vigilantiani, Vitiza rex, Henricus Imperator, Petrus Brusius, Vuicleuus, Ioannes Redericus Orabitarum dux, Calstalius, & Lutherus, simulque gregarij alij, contra Catholicam Orthodoxiam ab illustrissimis Diuinæ Scripturæ locis excerptam, & a sancrosanctis Euangelij, a sanctis Concilijs Ancyrano, Neocæsariensi, Nicæno, Trullensi, Eliberino, Romano, Arelatensi, Carthaginensi, Toletano, Arausicano, & aliis multis acceptam, & ab uniuersa semper Christi Ecclesia Catholica planissime custoditam, traditam, ac iussam, quemadmodum diuinissimo Augustini testimonio, quod pro innumeris ualere potest, patefaciam in hunc modum: Aurelius Episcopus dixit: (in Concilio Carthaginensi Secundo.) Quum in præterito Concilio de Cõtinentiæ, Castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam Castitatis per consecrationes annexi sunt: Episcopos inquam Presbyteros, & Diaconos: ita placuit, ut conderet sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, uel qui Sacramentis Diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a DEO postulant, impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit Antiquitas, nos quoque iusti simus. Ab uniuersis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, uel qui Sacramentum contractant pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet ut

Art. 16.

D. August. Carthag. n. Cet. Copia. Dial. 1. Cap. 14.

Digitized by Google

in omnibus, ac ab omnibus pudicitia custodiatur qui Altari deseruiunt. Hæc Orthodoxi illi contra hæreticos, quorum lasciuiam petulantem, & impuritatem hæreticam condemnauerunt satis Abelonij, Valesij, & alii hæretici inter quos sufficiet citasse Hussum, quippe qui Catholicam Veritatis Christianitatem, & Ethnicam mendacij impietatem ab Ethnicismo deriuatam, a spiritu Satanæ suggestam, a dæmoniis edoctam, a Turcis roboratam, & a perditis hæreticorum facinoribus semper scriptis, verbis, ac impiis moribus probatam abundanter his verbis refellit, & condemnat: Hortor te in Domino, ut mulierum fugias consortia, & cautus sis dum confessiones mulierum audis, quod per mulierum hypocrisim Satanas non decipiat. Quod si Plebanus factus fueris caue, ne iuuenem coquam habeas, ne plus calam ædificas, quam animam. Et alibi: Caueas confabulationem mulierum, & specialiter cautus esto in auditione confessionum, ne laqueo luxuriç capiaris quia te spero esse Virginem castum DEO consecratum. Et alibi: Castitatem maxime tenetur seruare ultra communem populum Clerici, tum ratione Diuini præcepti, tum ratione uoti proprii, tum ratione sanctissimi ministerii, tum ratione utilis exempli.

Lutzēburg. Cat. hær. Hussus. Ep. 1. Ser. de pace. Clerici nubere nequeunt.

CDL.

Martiniani, Græci, & reliqui nostrates hæretici Clericos, qui maiores Ordines ponuntur, imo Sacerdotes quidem uxores ducere posse asseuerant. Hoc refutant, ac prohibent Orthodoxi Ecclesiastici, Canones videlicet Diuorum Apostolorum, sanctiones sacrorum Conciliorum Ancyrani celebrati anno 310. Neocæsariensis anno currente 316. congregati, Nicæni primi, cursu annorum 320. Trullani sub anno 211. apud Græcos Latinos Libertini anno a CHRISTO 313. concelebrati, Romani 320. Arelatensi 2. annor. 325. Carthaginensis 3. 4. habiti in quarum seculum anno 397. 400. Toletani 1. seculo. 4. & fere triginta aliorum, Decreta sacrosancta Diuorum DEI Vicarium CLEMENTIS, CALIXTI, SYRICII, INNOCENTII, SIXTI, & reliquorum, & sententiæ Patrum, & assertiones Theologorum. Quamobrem generali Concilio Florentiæ ex toto orbe congregato dicto audiens quilibet Christianus esse debet: Vt Clerici præsertim caste, continenterque, iuxta Canonum præcepta uiuant, statuimus, ut contrafacientes acriter secundum Canones puniantur. Hinc autem recte fit, ut quicunque aberrant ab huius, & aliorum Conciliorum sanctione, & summa auctoritate a CHRISTO Ecclesiæ tradita, extra Catholicam Ecclesiam inuito abiiciantur. Vnde Concilii Tridentini est hæc sancta definitio: Si quis dixerit Clericos in sacris Ordinibus constitutos, uel regulares Castitatem solemniter professos posse Matrimonium contrahere, contractumque ualidum esse, non obstante lege Ecclesiastica, uel uoto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se Castitatis, etiam si eam nouerint, habere donum, cum Deus id recte petentibus non deneget; nec patiatur nos supra id quod possumus tentari, anathema sit. Hæc SPIRITV SANCTO auctore Concilii istius Patres, quibus etiam qui ab Ecclesia Christi excipiuntur, cōcordant Hussitæ: Hussus enim probe Catholicam defensatur sententiam: Septimum Matrimonii impedimentum est Ordo: quia Clericus in maioribus ordinibus non debet Matrimonium contrahere, quia uotum fecit.

Bundenius. Comp. de Cæl. lib. 5. 12. ar. 1. Lutzēburg. Concilium. Sess. 9. Concilium. Can. de Mat. Hussitæ. Inst. ad Co. c. 5.

CDLI.

Digamos non esse ad sacros Ordines admittendos impudice negant, præ

Digami nõ sunt ad sacros ordines admittendi. Coccius. li. 8. arti. 7.

Digitized by Google

ter alios Lutherus, & Beza: asserunt qui fidem Epistolis, Canonibus Apostolicis abnegantes, qui Christianam religiosæ pietatis Fidem, Scripturę germanã intelligentiã, puritatem Euangelicam, Spiritus Sãcti infallibilẽ doctrinã in Ecclesia DEI credunt Catholici cũcti. Quorum antesignani Apostoli sunt, qui hæc statuunt: Talem esse oportet Episcopum, qui unam uxorem duxerit, qui uni tantum nupserit. Secundis implicitus post Baptismum nuptiis, uel pellicem habens, non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino ex Ordine. Origenes Presbyter: Ab Ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed & nuptiæ refelluntur: Neque enim Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconos, nec uidua possunt esse digami. D. BASILIVS Magnus: Digamos Canon omnino a ministerio exclusit. Tertullianus: Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ, & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos non sinit præsidere, cum uiduam adlegi in Ordinationem, nisi uniuiram non concedit. Eadem a summis Pontificibus, & a sacris Conciliis plurimis, traduntur, & constabiliuntur, ab initio Ecclesiæ usque ad hunc diem, quibus insuper adstipulatur Hussitarum corrypheus, & Græci, qui laicos monogamos, non bigamos ad sacros Ordines admittunt.

Apostoli. *Origenes.* *D. Basilius* *Tertullian.* — *Const. Ap. l. 2. c. 2.* *Hom. 7. in Luc.* *Ep. ad Aph. c. 12.* *L. 1. ad ux. cap. 7.*

CDLII.

Mulieres ad sacros Ordines esse recipiendas consuerunt Acephali, Pepusiani, Lutherus, & Christophorus Goodmanns, qui Lutherano morbo extreme laborans mulierem posse esse supremam Ecclesiæ gubernatricem Papissam scilicet seu Papam, ut Lutherus delirauit effutiuit, Lutherani denique Lutherum sectantur, quippe docent, quod omnes Christiani, senes, pueri, & mulieres sint Sacerdotes, & Sacramenta administrare possint. Hęc illi scilicet cyclopes, quos prorsus Orthodoxi Christiani reprobant, & abominantur Catholici, non solum a D. THOMA Aquinate, & ceteris Theologis insignibus Scholarum, sed etiam a Tertulliano, qui sacrilegas mulierũ consecrationes, quæ fiebant ab hæreticis carpit, & sugillat, hoc pacto: Omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfecte Catechumeni, quam edocti. Ipsæ mulieres hæreticæ, quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstantes: Nunc Neophytos collocant, nunc seculo adstrictos, nũc Apostatas nostros, gloria eos obligent, quia ueritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illis promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie fidei Decanus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nã & Laicis (uiris ex fœminis) Sacerdotalia munera iniungunt, &c. Hactenus ille. Quare Patres Orthodoxi semper mulieres a sacris Ordinibus & potissime a Sacerdotis Ordine omnino exciperunt, nec ulla umquam mulier apud Catholicos, quæ sacra fecerit, uel sacros summosque Ordines acceperit, hactenus inuenta est: quantumuis impudentissime mentiatur mendacissimus VuitKerus: Sed & ex iure Diuino mulierem ab his excipiunt, id quod Ecclesia hoc idem definiens enucleate tradit. Deinde Hussitæ, Caluinistæ, & similes hæretici illud hæreticorum fatuum dogma, nolente Satana execrantur, & detestantur: ipseque Goodmannus reuoluto mantello dixit mulieribus ad gubernacula Reipublicæ, seu alicuius Ecclesiæ non licere. Denique hactenus passim propemodum in usu uenit, ut ab Ecclesiasticis studiis ministeriisque mulieres abstineant, arceantur, & prohibeantur.

Mulieres nõ esse ad sacros ordines admittendas *Lutzeburg.* *Seb. Medic.* *Leodius.* *Lubbetius.* *D. Thomas.* *Tertullian.* *Guilielmus* *Bunderius.* — *Cat. hær.* *Sum. hær.* *Conf. Aug.* *conf. de po. Ecc.* *In asser.* *In 4. d. 25.* *l. de pra. ha.* *Frag. hæres. imp. Lond. an. 1583.* *In Cõp. cõc. hu. temp. tu. 11. ar. 6. & 7.*

CDLIII.

Clericali dignitate initiatorum Immunitatẽ Diuinitus institutam tam in

Clericorum immunitas asseritur. *Coccius.* — *l. 8 ar. 8. de Ord.*

vete-

ueteri, quam in noua lege facinorosissimi quique spurii Ecclesiæ, Satanæ, que discipuli, nebulones impugnarunt Iulianus Apostata, Vitiza rex Hispaniarū, Petrus de Cugneriis, Marsilius Paduanus Ioannes de Ianduno, Lutherus, Bucerus Morloratus & Caluinus. Quos quidem æquissimo iure, ac merito perfidiosi cōuincūt dogmatis sacræ Litterę, superbi erroris arguūt, seu Cæsares, ut D. CONSTANTINVS Primus, & eiusdem nominis Cōstātius, Valentinianus, Valensæ, Gratianus, Theodosius, & Valentianus, Honorius, Theodoricus, & complures; facinorosi criminis reos notant Ethelbaldus Rex Anglorum, Carolus Rex Francorum, & Pipinus Rex Italorū; hæresis insuper redarguunt spectatissimi Ecclesiæ Patres, ac Theologi, ut D. IOANNES Chrysostomus, D. BEDA, & alii inter quos D. PROSPER mi sacrilegii, & immensi piaculi reprehendit, qui immunitatem Ecclesiæ quoquo pacto uiolare audent, cum ea sit iuris Diuinissimi, omnesque Ecclesiæ facultates, & omnia bona, DEO immediate subiiciantur, adeo, ut ipsi Sacerdotes Ecclesiæ iisdem præter necessitatem inseruire teneātur, ac prorsus sint bona inuiolabilia. Deinde flagitiosæ fallaciæ sycophantę refelluntur ab Historicis Græcis, ut Sozomenus, & aliis, a Latinis, vt a Sancto GREGORIO Turonensi Episcopo, & ab aliis; impiæ abominationis reprobi obiurgantur hæretici, ut a Diuo Papa GREGORIO, ab Alexandro Quinto, & ab aliis compluribus, probantur a sacrosanctis Conciliis Toletano Tertio, Quarto, Moguntino, Vuormaticensi, Lateranensi uno, sub B. ALEXANDRO Tertio, & altero sub Innocentio Tertio, Constantiensi, Basiliensi, Moguntino, ac Treuirensi, sacrilegi fures in ius Diuinum reprehenduntur a Diuis HIERONYMO, BEDA, & aliis Orthodoxis, & a Patribus sapientissimis Concilii Coloniensis, in quo nimirum hæc rectissime asseruntur: Immunitas Ecclesistica uetustissima res est, iure pariter Diuino, & Humano introducta, &c. blasphemi in Saluatorem demonstrantur a Diuo ANACLETO Papa Maximo Martyre Rectore Ecclesiæ Christi spectatissimo dicente: Priuilegia Ecclesiarum, & Sacerdotum Sancti Apostoli iussa SALVATORIS intemerata, & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus. leges Ecclesiæ Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Excōmunicationis uinculo constructi, & ab Ecclesia Christi segregati, a Bonifacio Octauo, Benedicto Vndecimo, Vrbano Sexto, & ab aliis patefiunt. Ceterum Orthodoxus Ioannes EcKius uir sapientia, Lutheri iudicio Magnus, & Ecclesiæ iudicio Maximus, contra Lutherus asserit hęreticos istos, qui Ecclesiæ immunitati non adstipulantur impios esse in ius naturale, Humanum, Ciuile, Canonicum, atque Diuinum. Vnde optime Catholicus dicit Erasmus: Hodie summa pietas habetur pro Immunitate Clericorum modis omnibus digladiari. Quapropter strenuissimus Fidei defensor gloriosissimus Imperator sine fine laudandus Carolus Quintus, & alii Christiani Principes, non solum armis, uerum etiam scriptis immunitatem Ecclesiasticam procul omni controuersia Diuino institutam iure de[...]ndit, & impios [L]utherano, utroque iugulauit gladio: Quamquam multa [...] inculcantur [de] potestate Ecclesiastica etiam odiosus, quam pars sit de clinand[u]m tamen est, [ut] Reuerendissimis Episcopis, & Sacerdotibus, ac toti Clero omnes potestas [E]cclesiastica liber permittatur, quæ eis de iure, & consuetudine competit. At hæc omnes immunitates, priuilegia, eminentias, & prærogatiuas, Domini Imperatoribus, & Regibus Romanis cōcessas eis conseruare conuenit. Neque tolerandum, ut quæ imperiali munificētia, aut largitione Ecclesiasticis su[n]t concessa, per ullos Principes, aut quencumque alium Romano imperio subiectum, infringantur. Nam sufficientissime probatur, Potestatem Ecclesiasticam in spiritualibus esse iure Diuino fundatam, de qua sane S. Paulus inquit: Si amplius quid gloriatus furo de potestate nostra, quam dedit uobis Dominus in ędificationem, & non in destructionem uestram. 2. Cor. 10. Et sequitur: Ad uos enim absens hæc

D. Prosper. L. 2. de uita cont. c. 16.

Conc. Colon. Par. 9. c. 10

Papa. Ep. 1.

Eckius. In Ench. c. 12.

Erasmus. Ad c. 26. D. Matth.

Carolus. Resp. ad ar. de pot. Ecc. conf. Aug.

scri-

Digitized by Google

scribo, ut non præsens durius agam secundam potestatem, quam dedit mihi Dominus in ędificationem, & non in destructionem, 2. Cor. 13. Idem S. Paulus & coercitiuam ostendit Iurisdictionem, cum ait; In uirga veniã ad uos, an in caritate, & Spiritu lenitatis? 1. Cor. 4. Et de iudicibus scribit ad Timo. Aduersus Presbyterum accusationem accipere noli, nisi sub duobus aut tribus testibus. 2. Tim. 5. Ex quibus satis aperte dinoscitur, Episcopos non solũ habere potestatem ministerii uerbi DEI, sed etiam potestatem regiminis, & coercitiuæ correctionis, ad dirigendum subditos in finem Beatitudinis æternæ. Ad potestatem autem regiminis requiritur potestas iudicandi, definiendi, discernendi, & statuendi ea quæ ad præfatum finem expediant aut conducunt, irrita igitur & cassa sunt omnia, quæ in præsenti Articulo contra Immunitatem Ecclesiarum, & Sacerdotum inferuntur. Quare prohibendum est uniuersis Romano Imperio subiecti, uel Clerum contra concessa priuilegia Imperialia ad tribunal, seculare pertrahant. Nam sic Clemens, Papa & Martyr inquit: Si qui ex Patribus habent negocia inter se apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ quidquid est dirimatur. Vnde neque Constantinus Magnus Christianissimus Imperator in sacro Concilio Nicæno etiam in causis profanis uoluit ipsos iudicare. Vos dii estis, inquit, a DEO uero constituti. Ite, & inter uos causam disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus Deos. Hæc ille qui & alibi dicit. Quod Altari seruientes de Altari uiuant, non est abusus, sed hoc Iuris est Diuini, & Humani. Hæc ex Christianissimi Cæsaris, & Catholicorum Principum responsione, quia Diuorum PAVLI, ac LVCAE, & aliorum testimonio hoc idem roboratur. Eam uero inter alios hæreticos, atq; schismaticos probat Lutherus: Sacerdotes Ecclesiastici Missam quotidie celebrant, omni hora orant, seque in uerbo DEI exercent studendo, legendo, audiendo: ideo priuilegium præ aliis habent. Hactenus ille, cui cõsentit Melanthon quippe qui impugnat errorem Vuicleui ipsum Ecclesiasticam immunitatem impugnantis, eamdem vero ex animo constituit serioque defendit.

Melanthon. *Epi. ad Lydu. Mycon.*

Horæ Canonicę approbantur.

CDLIV.

Cãtus Ecclesiasticus, seu Horæ Clericorum, & Monachorum Canonicæ, nocturnæ, & diurnæ, Hymnodię, & Psalmodiæ improbantur a Paulo Samosateno, Hilario Arriano, a Donatistis, a Petrobrusianis, ab Vuicleuo, a Thaboritis, a Luthero, Melanthone, Bullingero, Magdeburgensibus, ab Heluetiis, a Trinitariis, & a reliquo hæreticismo. A Catholicis autem Ecclesiæ CHRISTI Doctoribus, Scripturæ sacræ uetustissima consuetudine, piissima Traditione, Christianissima eruditione, & solidissima auctoritate approbantur: sic enim ante mille, & quadringẽtos annos scripsit D. CLEMENS Alexandrinus: Si nonnulli certas, ac definitas horas constituunt orationi, ut exempli causa Tertiam, Sextam, ac Nonam: at is, qui est cognitione præditus, per totam orat uitam, per preces quidem cum DEO studens uersari. Deinceps in sacrosancta Synodo Nicæna iubetur: Vt in omnibus horis diuturnis, & nocturnis in principio & in fine oratione fiat memoria Episcopi. Idem fusius D. ATHANASIVS tradit, & confirmat, atque complures Orthodoxi, pluraque Concilia, quorum duo tantummodo protinus citabo: Cabilonense Secundum erit alterum: Sanctimoniales in Monasterio Constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in Psalmorum celebratione, siue oratione. Et horas Canonicas, Matutinam uidelicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, Completorium pariter celebrẽt. Alterum Aquisgranense: Studeant summopere Canonici prædictas horas

Coccius. *Ar. 9.*
D. Clemens *lib. 7. Stro.*
Caluinus. *Can. 64. Ar.*
D. Athan. *l. de Virg. seu Medit.*
Concilium. *Cap. 59.*
Concilium. *Cap. 136.*

Digitized by Google

Hussus. Canonicas vigilantissima cura custodire, & his Diuinum officium humiliter, ac deuote persoluere. Mox enim, ut datum fuerit signum, festinat omnes ad Ecclesiam conueniant. Hæc ex Catholicis, quæ approbantur, item a schismaticis, & hæreticis Græcis, ab Husso sic agente: Septies in die laudes dixi tibi: Nota dicit septies. Primo ad Litteram. In Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, & Completorio. Secundo septies id est perfecte. Hæc ille, quæ sane secum ipse pugnans Lutherus confirmat, ac dicit: Quando Sacerdotes, & Cœnobitæ ex mera obedientia cantant, & orant, etiam si non attendũt ad hoc, illorum oratio est frugifera, & Diaboli cruciatrix, &c. Orationem Sacerdotum nemo reiicere debet, etiam si precaria verba sint, sed magna gratitudine recipere sicut grande munus DEI. Hactenus ille, qui istud diu dum esset hæreticus factis quoque probauit, in quo non dissentiunt Anglicani, qui Matutinas aliasque horas per Canonem Ecclesiæ Christi olim statutas concinunt.

In ps. 188. — *Lutherus.* *Expl. Orat. Dom.* — *Anglicani.* *Apud Fen. 1. l. de S.T.*

CDLV.

Vigiliæ nocturnę probantur. — *Idem.* *Ibidem.*

Vigilias Christianorum studiorum nocturnas damnant dormiturii, nõ CHRISTI, sed Lethargi sectatores, qui non nisi tantummodo ab dormiendum, & quiescendum factas noctes contendunt, Vigilantius, Nictazontes, Habdalas Saracenorum princeps cum reliquo Epicureismo, cuius (proh malum) adhuc in Europa extant reliquiæ, quas in cineres magno igne reuertendas censent Catholici. Quamobrem Catholicorum Patres sic tradidere ac in primis D. ATHANASIVS Magnus: Nocte surgito, & laudato Dominum DEVM tuum, in hac enim hora surrexit CHRISTVS a mortuis. D. HILARIVS: Non uacat totis noctibus somno, nec otiosus lecto continetur, ad confitendum DEO, non solum nocte, sed media nocte consurgit. Meminit hoc esse tempus, quo premi[n]æ Aegyptiorum meritissima impiæ obstinationis clade percussæ sunt. His ergo horis non laxatur somno, ne cladi Aegypti admisceatur. D. BASILIVS Magnus: De tempore dimidio noctis, quod id ad orationem necessariam sit, traditum est nobis a Paulo, & Sylla. In Actis scriptum est enim sic: Circiter mediam noctem Paulus, & Sylla laudabunt DEVM, utique hoc quidem conuentu Psalmorum confirmat, sic dicens: Media surgebam ad confitendum tibi. Ex uobis pro eo, quod Martyrum honorem, & cultum DEI somnio, & quieti pertulistis parata est merces D. AVGVSTINVS: Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiuna, ad Vigilias alacri, & feruenti deuotione consurge. Propter illud quod scriptum est. De nouo uigilat spiritus meus ad te DEVS. Veniat cuicumque possibile sit, ad uerspertinam, & nocturnam celebrationem: & oret sibi in conuentu Ecclesiæ pro peccatis suis DEVM. Qui uero hoc non possit in domo sua oret, & non negligat DEO soluere uotum, ac pensum reddere seruitutis. Hanc ob rem egre lepide cantat Christianissimus Poeta: Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacrato. Plinius prεterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperisse, quam cœtus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani hæretici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribũt. Sic & alii fecerũt hæretici, hoc enim præter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Grεci hęretici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-

D. Athan. *L. de virg.* — *D. Hilarius* *In ps. 118.* — *D. Basilius.* *De hor. Can. rec. ad psa. 14.* — *D. August.* *Serm. de 1. die Quadr. & ad 76. Dom. p. Tri.* — *Prudentius.* *l. Cat. Hy.* — *Tertullian.* *Apol. 2.* — *Leo.* *D. Vualfr.* *Ora. in s. Chrysost. l. de re. escl. c. 75.* — *Hussus.* *In ps. 118.*

lis

lis immolatio, CHRISTI Incarnatio, Christi Resurrectio, Inferni destructio, Sanctorum e Limbo reductio.

Matrimonium est Sacramentum. Iodocus. Lutzëburg.

CDLVI.

Matrimonium recte a Catholicis inter Sacramenta refertur, quod referendum non crediderunt, & neglexerunt Simon Magus, Nicolaitæ, Gnostici, Valentiniani, Adamiani, Marcion, Montanistæ, Nouatianus, Origeniani, Manichæi, Apostolici, Passageri, Eustachius, Priscillianistę, Bogomili, Durandus de Valdachia, Apostolici, noui Manichæi, Lutherus, Muncerus, Dauid Georgius, libertini, & Caluinus, qui uel communionem uxorum introducunt, uel occultum mœretriceum putant, uel sine fronte negant, atque factis, uerbisque profanant. Hos nimirum sacris Litteris sugillãtur, Apostolicis, Euangelicis agiographis notantur, Sanctis Patribus reprobantur, Orthodoxis Doctoris reprehenduntur, Conciliorum calculis condemnantur, Pontificibus Maximis extra Ecclesiæ CHRISTI limites exploduntur, tota Christianitate excrationi, & abominationi subiiciuntur. Quocirca sacrosanctum Concilium Oecumenicum planeque Orthodoxum Florentinũ post statutas sanctiones, & communis consensus Concilii Gangresis, Bracarensis, Anglicani, Toletani, ad hunc modum asserit: Septimum est Sacramentum Matrimonii, quod est signum coniunctionis CHRISTI, & Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, &c. Causa efficiens Matrimonij regulariter est mutuus consensus per uerba de præsenti expressus. Assignatur autem triplex bonum Matrimonij. Primum proles suscipienda, & educanda ad cultum DEI: Secundum est fides quam unus coniugium alteri seruare debet: tertium indiuisibilitas Matrimonii propter hoc, quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi, & Ecclesiæ. Hæc ibi. Græci autem, & Vualdenses pro Sacramento suscipiunt, item Vuicleuus, deinde Hussitarum signifer dicit: Sacramentũ est ipsum Matrimonium, quia est sacræ rei signum: Significat enim coniunctionem CHRISTI cum Ecclesia. Et alio loco: est bona res coniugiũ: est enim unum de Sacramentis Ecclesię, tenens imaginem coniunctionis Christi, & Ecclesiæ. Insuper Lutheranorum protopatriarcha dignissimus dicit: Matrimonium Sacramentum dicitur: est namque rei nobilissimæ, & sanctissimę, hoc est unionis Diuinæ, & Humanæ naturæ in Christo. Itẽ alibi: Matrimonio Sacramentum est Spiritualis significatio Christi, & Ecclesiæ. Præterea præcursor Caluinistarum, caputque Sacramentariorum fatetur Matrimonium esse Sacramentum.

Concilium. Hussus. Lutherus. Zuinglius.

l. 9. de Matri. ar. 1. Cat. her. In lit. ca. de Sacr. Tract. de Matr. in c. 7. 1. ad Cor. Ser. de Mat. im. et a d c. 24. Gen. to. 5. f. 127. L. de ve. & fal. rel. c. de Mat.

Sacramẽtũ Matrimonij est diuinitus institutum.

CDLVII.

Lenones Satanæ Saturninus, Seuerus, Hydroparastatæ, Tatianus, Hierax, Albigenses, & Lutherus negant Matrimonium esse Diuinitus institutum, queãdmodum asseruerunt Christi Nuncii, sic dicentes: Alii nuptias improbant, quod imponentur non eas esse opus DEI. Dehinc D. BASILIVS Magnus: Legitimum constat esse connubium, & secundum Diuina iura institutum, & post plura. Matrimonii necessitatem Creator in natura constituit. D. CYPRIANVS: Bona sunt & a DEO instituta coniugia. Diuus MAXIMVS: Vadit ad nuptias Filius DEI, ut quas dudum potestate constituis, nunc præsentia benedictionis sanctificet. Concordant his ceteri Orthodoxi, atque præter alios hereticos ipse qui hoc idem negauit Lutherus, qui alias uidetur secum ipse pugnare, & Diuine institutum Sacramentum asserere, cum dicit: Matrimonium Sacramentum dicitur: Inde Apostolica probat auctoritate, adiicit: Omnino itaque res sancta est, & sacra Matrimonium, si rite fuerit obseruatum. Quapropter coniuges dignitatem hu-

Coccius. Apostoli. D. Basilius. D. Cyprian. D. Maxim. Lutherus.

De Mat. ar ti. 1. Const. Apo. l. 6. c. 8. L. de ue. vi. De Na. Ch. Ho. 1. de Epiph. Dom. Ser. de Ma.

Digitized by Google

Caluinus. ius Sacramenti pependant, ac uenerentur. Caluinus quoque dicit: Postremum est Matrimonium, quod a DEO institutum fateantur omnes, ita pro Sacramento datum nemo usque ad Gregorii tempora uiderat. Hæc ille qui agnoscit Diuinam Matrimonii institutionem, sed crassa mendacia effutit, negando esse Sacramentum ad Gregorianam tempestatem usque agnitū. Caluinistæ. Feuardens. Denique Caluinitæ hæretici Sacramentum esse Diuinitus institutum, ut docte Feuardentius docet, probant, dicentes: Hocce Sanctum Matrimonium a DEO institutum est. Inst. 4. c. 19. n Cath. Catec. Cal. consul. l. 16. Ibe. Cal. c. 4.

Non licet eodem tempore duas uel plures uxores ducere. Coccius.

CDLVIII.

Vnum uno eodemque tempore uirum duas uel plures uxores habere posse asserunt Polygamistæ, Ioseph, & alii Iudæi, Basilidiani, Corpocratiani, Turcæ, & libertini, Valentinianus imperator, Hugo rex Italiæ, Vitiza rex Hispaniæ, Henricus Octauus rex Angliæ, Hermogenes, Mahometus, Lutherus, Melanthon, Bucerus, Dauid Georgius, Ochinus, Ioannes Oldempordius, qui indulgente Diabolo, & Luthero, priore coniuge adhuc superstite alteram duxit uxorem, Ioannes Bocholdius, qui polygamiam ex professo probauit, & duodecim simul uxores habuit, & Herzerus Anabaptista, qui uno tempore tredecim simul uxores duxit: quorum dicta, facinoraque Plebs CHRISTI omnis detestatur: Græci idem faciunt, & multi hæretici usque in hunc diem, ut palam est apud pseudo scripta, & mores, quemadmodum D. IOANNES Octauus olim iuxta sanctorū Christianissimas eruditiones, & Sanctissimas Vicariorum DEI Traditiones sic statuit: Iubemus, ut nullus propriam relinquat vxorem, & illa uiuente alteram sibi sociare præsumat: nec liceat in uno tempore duas habere uxores, uxoremue, & concubinam. Et nuper Patres recentiores antiquiores Orthodoxos sequendo in Cōcilio Tridentino isthæc sanxere: Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege Diuina esse prohibitum, anathema sit. Artic. 2. de Mat. Papa. Ep. 19. &. Concilium. Sessi. 14. Cano. 1.

Secūda nuptia perperā damnātur.

CDLIX.

Montanistæ, & Tertullianistæ secundas nuptias pro fornicationibus habebant, quorum prauum, ac detestabile dogma reprobarunt antiqui hæretici, & recentes ut sunt Lutherus, Caluinus, Anabaptistæ, Trinitarii, & alii abūde improbant, quod ab initio fecit Ecclesia Orthodoxa Sanctorū cōmunio, Orthodoxorum Sodalitas, & concors Catholicismus adhuc facit. A quo quidem olim proditus est Doctor Maximus ab Ecclesia cognomine ornatus D. HIERONYMVS, qui eximie inquit: Ego libera uoce proclamo non damnari in Ecclesia digamiā, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & sexto, & ultra, quomodo & secundo marito nubere: sed quomodo damnantur & istæ nuptiæ, ita nec prædicantur. Non damno digamos, imo nec trigamos, & si dici potest octogamos: habet cuilibet octauum maritum, & esse desinat prostituta. Hæc Orthodoxus Pater aduersus imperitum popinonem, profligatissimum hæresiarcham, & millies ab eodem DEI athleta iugulatum Iouinianum lasciuię impudens prodigium, libidinis portentum Sanctorum infensum monstrum, & recentiorum hæreticorum detestabilissimum ostentum. Idem uero Patrum Orthodoxorum peritissimus aliubi sic scribit iterum quod ad hanc rem satis facit: Omnis qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est Castitatis: dum & continentibus laudem tollit, & incontinentibus sublato nuptiarum remedio fornicationis facit inire discrimen. Hactenus Pater profecto illustrissimus Diuus HIERONYMVS. D. Clemens. Alexandr. De Mon. & Tertul. her. D. Hieron. Ad Iou. c. 8.

Fa-

Digitized by Google

Facto diuortio non licet alteri copulari.
Coccius.

CDLX.

Facto diuortio licet innocenti personæ altera uiuente ad alias nuptias transire asserunt Ebionitæ, Montanus, Messaliani, Pallentius, Græci, Lutherus, Melanthon Bucerus, & Caluinus. A quibus Veritatis doctrix Virgo electa sponsa DEI, dissentit Ecclesia CHRISTI quæ quidem, per Canones Apostolicos hæc, vt refert Diuus CLEMENS Primus, iubet: Si quis laicus, vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur & Diuus EVARISTVS Papa primi seculi a CHRISTO hæc tradidit: sicut uxori non licet dimittere uirum suum, vt alteri se (uiuente eo) Matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius. Sed iuxta Apostolum, aut uiro suo reconciliari, aut manere innupta: ita Ecclesię non licet dimittere Episcopũ suum. Et Mileuitanum Concilium optime decreuit istud hoc pacto: Placuit, vt Secundum Euangelicam, & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungantur: Sed ita maneant, vt sibimet reconcilietur. Eadem statuunt alia Concilia etiam generalia, docent Patres eadem prædicant Orthodoxi, eadem credunt Christiani omnes, & omnis Ecclesia, a qua non abhorrent Hussitæ, proinde Hussus: Licet per Ecclesiæ iudicium dimittere vxorem, puta quoad thori habitationem: sed non ex eo licet alia ducere, vel commisceri alteri quam diu illa uiuit. Patet etiam illud per Apostolum 1. Cor. 7.

Art. 3. l. 9. de Matr. — *D. Clemens.* *Cano. Apo. 48.* — *D. Euarist.* *Ep. 2.* — *Concilium.* *Cano. 17.* — *Hussus.* *De Matr. c. 1.*

Spiritualis affinitas impedit Matrimonium.
Coccius.

CDLXI.

Spiritualem propinquitatem, quæ in Baptismo contrahitur, impedire Matrimonium iudaice, atque Ethnice negant spiritualis studij, ac disciplinæ osores Lutherus, Zuinglius, Melanthon, Beza, & similes garruli. Quos redarguit Pia Fidelium CHRISTI acies iuxta Euangelica, & Sacrosancta Concilia firmissima Fidei Christianæ fundamenta Nicænum, & Chalcedonense, quorum prius hæc religiosissime sanxit: Nemo fidelium cum Patre, aut cum matre Spirituali Matrimonium contrahat, id est cum patrinis aut matrinis: & qui hoc commiserit, habeatur tamquam Ethnicus, quousque separentur, & spatio viginti annorum pœnitentiam sui peccati agãt. Neque uir det filio suo in Matrimonium eam quam uxor sua tenuit in Baptismo, neque mulier det filiam suam in Matrimonium ei, quem maritus tenuit in Baptismo: qui isti habentur ut fratres, & sorores spirituales, & eorum pater, & mater similiter ut pater, & mater spirituales. Posterius uero hæc Christianissime sanciuit: Si pater & filius, aut duo fratres, cum una muliere, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus concubuerit, secundum antiquam, & humaniorem definitionem octo annis pœniteat. Itidẽ bono consensu Schismaticorum duces & in fidelium ethnicorum hæresiarchas prosequitur ista Hussus: Omnis corruptor sacrilegus, id est personæ DEO dicatæ ad continentiam uel spiritualis filiæ uiolator enormis, patet quod potest hereticus appellari. Et alias: Compater, vel commater non possunt contrahere.

Art. 4. — *Concilium.* *Cano. 21. Arab. & 23.* — *Concilium.* *Apud Grat. 30. q. 4.* — *Hussus.* *Ser. hab. in Syn. ad cle.* *In ca. 1. ad Cor.*

Affinitas carnalis impedit Matrimonium.
Coccius.

CDLXII.

Certos propinquitatis, & affinitatis gradus apud Christianos cõtrahẽda Matrimonia impedire, & iã cõtracta separare Iudęi diffitẽtur Lutherani iudaizãt, Sacramẽtarii Hæbraice negãt, Magdeburgẽses, Ethnice, Turcice, ac hęretice inficiãtur, quorũ præcipui habẽtur post Vuicleuũ, Lutherus, Bucerus

Art. 5. — *Genebrãd.* *In Chron.*

Digitized by Google

rus Hēricus octauus rex Angliæ, qui sororē duxit sororis suæ, inde propriā filiā legitima uxore repudiata sibi matrimonio copulauit, deniq; hos sectātur Ethnicissimi Caluinus, & Beza. Hos autē meritissime execratur sacra omnium Christianorum cohors, religiosissimus cunctorū Catholicorum Senatus: Diuus enim CALIXTVS exempli gratia Summus Christi Vicarius in terris diuinitus admonitus Apostolica diuinaque auctoritate munitus hæc sanxit. Coniunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quando has & Diuinæ, & seculi prohibent leges. leges ergo Diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eiiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales uocant, & ab hæreditate repellunt. Nos uero sequentes Patres nostros, & eorum uestigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi: Nec eos uiros, nec accusationes eorum, quos leges seculi reiiciunt, suscipere debemus, &c. hos autem consanguineos dicimus, quos Diuinæ & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum Leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Talium cōiunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt refellendæ, & si quæ ausu temerario tentatæ sunt, auctoritate Apostolica rescindendi ueniunt. Hæc ille, cui D. FABIANVS, D. IVLIVS, D. GREGORIVS, & alii Dei Vicarii, pariter Patres Orthodoxi, & Concilium Agathense, Ilerdense, Lugdunense, & alia concordant penitus. Vnde iure Christianissimo sic in Tridentino definitur Concilio: Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant, aut dirimant, anathema sit. Hactenus in eo Concilio, cui inter hæreticorum sententiam suffragatur Hussus: Affinis, ut compater, uel commater, uel filia adoptiua, uel filius, & reliqui in affinitate concurrentes, non possunt contrahere.

Papa. — *Ep. 2. c. 4.* — *Concilium.* — *Sessio. 2. Cano. 3.* — *Hussus.* — *In c. 1. ad Cor.*

CDLXIII.

Ritus Ecclesiasticus Matrimonij probatur. Feuardent.

Ritu Ecclesiæ Christi ueteri Sacramētum Matrimonii celebrandum esse repugnant Geneuanæ impietatis hæretici ministri, ut ab Ecclesia Christi segregati, imo repulsi nihil de moribus pietatis, & ritibus Christianitatis retinent, atque cum Diabolo fœdus iniunt, Christo abrenuntiant, & Satanæ deuouent. Propterea quod nihil homines inuitis portis inferi Ecclesia Christi perfecto ritu immobilis constans, inconcussa, & inexpugnabilis hactenus perseuerat, atque utitur ritibus præteritorum seculorum, seruat Summorum Pontificum pia decreta, custodit quod sacrosancta Romana Ecclesia tradit, Conciliorum sacris Canonibus, & potissime Tridentinæ Synodi Oecumenicæ obtemperat. Cui quidem plurimum in hoc fauent Anglicani ministri, qui nubentes coniungūt, ab unoque hæc uerba exigūt: Accipio te in meam; Accipio te in meum: Hoc annulo te spondeo, potestate corporis mei te honoro: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Dinde pronuntiant, Quos Deus coniunxit homo non separet; recitant pro ueteri more Psalmum, Beati omnes, qui timent Dominum &c. Kyrie eleyson, Christe eleyson, &c. Pater noster. Nouo autem nuptiarum vinculo copulati ante mensam Domini genua ponunt, Euangelium audiunt, ad Communionem accedunt, &c. Ad hoc accedunt Hugonostici: Notādum priusquam celebretur Matrimonium, tribus Dominicis diebus in Ecclesia pronuntiari. Sistunt se sponsus, & sponsa initio concionis &c. vos ergo sponsū, & sponsam alloquentes, promittitis, &c. Minister orat. Deus omnipotens, &c. Hæc illi non male approbāt, de statutis Ecclesiasticis, & de cœremoniis Ecclesiæ Catholicæ non scriptis, sed a Patribus traditis.

Theom. Caluin. li. 1. de S. Trin. dissentir. min. Geneu. & Angl. — *Caluinian.* — *In Catech. deratio eel. Mat. c. 4 cū confut. a Feuard.*

Digitized by Google

Multa sunt Matrimonij impedimenta.
Lutherus.

CDLXIV.

In capt. Babil. cap. de Matrim.

Plura esse impedimenta, quæ Matrimonii copulam impediunt, uel etiā soluunt contractum Lutherus ex professo negat, sectantur alii tricones improbissimi. Sed eos contemnit sacrorum Procerum Senatus in Concilio Sacrosancto Niceno Primo Cano. 21. 23. Chalcedonensi Apud Grat. 3. q. 4. Trullensi Cano. 53. Moguntino cap. 55. Triburiensi cap. 47. 48. & aliis, quæ corroborant Diui Pōtifices Oecumenici INNOCENTIVS Primus Ap. Grat. 30. q. 4. SYMMACHVS ap. Pet. Lomb. lib. 4. sent. dist. 42. GREGORIVS Magnus: Decre. 4. cum 58. Episco. fac. & complures. Item Rex Longobardorum Luitprandus in leg. Longob. tit. 24. & Carolus Magnus lib. 6. leg. cap. 316. præcipit ut plura impedimenta Matrimonii seruentur. Idem uero docent D. ANSELMVS in Elucida. D. IVO Carnutensis ser. ad Neopht. D. THOMAS Par. 3. q. 56. art. 1. & alii plurimi. Græci quoque concurrunt ad id quod non abnuit Hussus, qui duodecim Matrimonii impedimēta describit hoc pacto: Personæ legitimæ, ait Glossa Ordinaria Ambrosii ad Matrimonium, sunt iuxta institutionem Ecclesiæ. Aliæ namque fuerunt legitimæ in exordio nostræ originis, & ante legem Moysis, aliæ sub lege, aliæ in tempore Gratiæ. item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ in exordio nostræ originis, quæ modo nō sunt, uel illegitimæ: quędam sunt plene legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædam neutræ. Plene legitimæ sunt, quas non impedit uotum cōtinentiæ, uel ordo, uel cognatio, uel dispar cultus, uel naturæ frigiditas. Pro isto nota iste uersus: quia illi ostendunt, quæ sunt personæ omnino illegitimæ. Nam duodecim ponūtur impedimenta in eis: Error, conditio, uotum, cognatio, crimens cultus, disparitas, ius, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis, nisi forte coire nequibis, Hæc socianda uetant, connubia iuncta retractant. Primo error, scilicet personæ. Si alia, quam fuit uocata supponitur. Secundo conditio, si seruus, uel serua pro libera datur, ista datur, mihi non uidetur in toto repudiata. Tertio uotum Deo factum ad continentiam secundam. Quarto cognatio consanguinitatis usq; ad quintum gradum inclusiue secundum B. Gregorium. Quinto cultus disparitas: quia fidelis Iudæam, uel Paganam non potest retinere matrimonialiter. Sexto uis, idest, uiolentia: nam uirgo, vel mulier uiolenter desponsata potest licite abire. Septimo Ordo: quia Clericus in maioribus Ordinibus non debet Matrimonium contrahere, quia uotum fecit. Octauo ligamen: alligatus uni per uotum, utrinque facto consensu non potest cum alia cōtrahere. Nono honestas, quæ est propinquitas ex sponsalibus, proueniens etiam prohibet Matrimonium, ut amicus sponsam amici non possit ducere. Decimo affinis, ut compater, uel commater, uel filia adoptiua, uel filius, & reliqui in affinitate concurrentes, non possunt contrahere. Vndecimo coire, impotentia coeundi: ista omnino prohibent matrimonium. Duodecimo, crimen duplex impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Primum est machinatio in mortē mulieris, uel uiri alterius, ut ipse istam, uel ipsa illum ducat, si in effectu sequitur mors. Tales sunt pariter separandi.

Hussus. — *In cap. 7. 1. ad Cor.*

Mors corporea asseritur

CDLXV.

D. Iustinus — *Apol. 2.*

Mors, quæ est Animæ corporisque separatio a Theophrasto, ab Epicureo, & a Menandro Samaritano uesanorum omnium principe iam olim uesane negata esse legitur: Menarder enim uesanorum coryphæus nugabatur, mortem ad suos non modo non pertinere, uerum nec peruenire. In hoc scilicet se a superna, & arcana potestate legatum, ut immortales, & incomparabiles, & statim resurrectionis cōpotes fiant, qui baptisma eius induerint.

Nec

Digitized by Google

Nec eo minus, sed plus peccant heretici Caluinitę, ac his similes, qui ad eos qui baptisma eorum induerint, mortē æternam non solum pertinere, sed etiam umquam peruenire pessime docent. Quod una cum Menādro stolidissimum dogmate omnium mortalium ludibrio exponendum, ridendū, sugillandum, ab ipsis Dæmonibus subsannandum, & exsibilandum, tamquam portentum inauditum, inuisumque a seculis, omni irrisione, & execratione abominandum, & in ultimis terræ partibus collocandum rectissime existimatur, modo autem ex professo mors gnauis Catholicis omnib. probatur, idemque olim factum est a Catholicis antiquis qui de eodem retulerunt Tertullianus lib. de an. c. 50. Diuus IRENAEVS lib. 1. c. 21. D. IVSTINVS Ap. 2. Ab ignaris præterea hæreticis suggillatur: vnde Bullingerus: Fingunt animas a corpore separatas dormire: id quod uanissimum est. Item asserendo animos separatas, a corporibus nescio in quo dormitorio sternere. Conc. 32. in Apoc. & 87

Henricus.

Iudiciū extremum nōdum factū.

CDLXVI.

D. Anton. Albanenses, & Lutherus contendunt, quod iudicium futurum iam factum est, & amplius non fiet quod non modo Ecclesia Catholica uniuersa quę adhuc ait. Credo Christum, qui uēturus est iudicare uiuos & mortuos, & Christiani omnes qui hæc, atque eiusmodi fanaticorum hæreticorum deliramenta a Satana Deo atrum suggesta acerbe obiurgant, summe execrantur, maxime detestantur, uehementer abominantur, iure sugillant, digne subsannant, merito ex sibilant, uerum etiam hæretici propemodum omnes, quos adhuc terra Europæ sustinet, item omnes schismatici reprobant omnino tam perfidiosum portentosæ hæresis dogma, quo verbo Dei ac Deo ipsi fidem omnem abrenunciat, atque abnegat. Pan. 4. tit. 11. c. 7. Lutherus. To. 1. colloq. lat. fol. 22.

Iudicium extremum futurū est

CDLXVII.

Sebastianus Medices. Manichæi, Borboriani, & nostro seculo Hussitæ, Thomas Scytzerus, & Enthusiastæ immundi spiritus organa negant perfidiose futurum iudiciū. Quod optimi ex verbo Dei asserūt Catholici. D. ī primis CLEMENS Romanus Ecclesiæ Oecumenicus Episcopus: In die iudicii, cum iusti introducentur in Regnum Dei, iniusti autem abiicientur foras, tunc etiam iustitia Dei ostendetur. D. THEOPHILVS Patriarcha Alexādrinus: Quod Deus mundum sit iudicaturus, & mala subito sint deinde impio apprehensum, testatur Aschylus &c. Præterea quod Deus iudiciū sit redditurus in extremo die de periurio, & aliis peccatis, Poetæ quoque fere prædixerūt. Quod pertinet ad conflagrationem mundi, nolentes uolentes consentiunt cum Prophetis, quamuis temporis respectu his multo sint iuniores. D. CYRILLVS Patriarcha Hierosolymitanus: Tremendum est iudicium, ita ut per ea etiam, quæ de illo nuntiamus timor incutiatur; nam Regnum Cœlorū proponetur, & ignis æternus præparabitur Quomodo igitur dixerit aliquis ignem effugiemus. Et quomodo Regnum Cœlorum ingrediemur? Esuri ui, inquit, & dedistis mihi manducare, &c. Ruffinus: Dicimus iudicium futurum, in quo iudicio unusquisque recipiat corporis prout gessit, siue bona, siue mala. Et hæc quidem certissima est omnium Orthodoxorum Sententia, quam etiam probant reprobi schismatici, perditi hæretici, lutulenti Lutherani, praui Confessionistæ, impuri Osiandrini, improbi Anabaptistæ, impii Trinitarii, pessimi Caluiniani, & alii Satanæ arreptitij.

Su. om. her. ind. 109. D. Clemens Li. 2. Recog. D. Theophilus. Lib. 3. ad Auth. D. Cyrillus. Catech. 15. Ruffinus. In Apol. ad Anast. li. 1. c. 1. & 6. cum Antino. Bullingerus Hugenoflict Encatech. & confes.

Chri-

Digitized by Google

CDLXVIII.

Ante diem iudicij soli pij nõ regnabunt. *Lutherus.* *In confessi Aug. art. 1*

Christiano spiritu abiecto, spiritum Iudaicum Mahometicum & hæreticum susceperunt Anabaptistæ, quando legionum spiritu agitati ante resurrectionem pios regna mundi occupaturos esse, ubique deletis aut oppressis impiis, bacchantur. Quorum delirium satanicum, & furorem diabolicum non minus Scripturæ, quam Catholicorum omnium scripta omnino detestantur. Vnde Ioannes a Dauentria Lutheranorum articulo respondet: Hic articulus Catholicus est, & Euangelio consonus, & nulla prorsus indiget rasura. Vtinam Dominus daret istis Spiritum suum, ut semper Catholice sentirent. Inde Orthodoxus alius: Cum articulus iste nihil habeat incommodi aut reprehensibilis, neque in confessione, neque in Apologia, libenter eum in omnibus comprobamus. Item Hoffmeisterus: Anathematizant Iudęos, Anabaptistas, Millenarios siue Chiliastas, item Origenianos & huius impietatis reliquam fœcem. Hæc quoniam fidei nostræ sunt, & ex Ecclesiæ prõptuario desumpta merito a nobis probantur. Idem asserit Laodius, itẽ Carolus Cæsar Catholici Principes, Catholici & Orthodoxi omnes & omnes Christiani, quos sequuntur multi imo plurimi, ne dicam omnes hæretici, inter quos Protestantes Lutheranismi inquiunt: Damnamus Anabaptistas, qui nunc Iudaicas opiniones spargunt, fingunt ante resurrectionem, pios regna mũdi occupaturos esse, ubique deletis aut oppressis impiis. Scimus enim quod pij debeant obedire præsentibus Magistratibus, non eripere eis imperia; non dissipare politias per seditionem, quia Paulus præcipit: Omnis anima magistratui suo subdita sit. Scimus item quod Ecclesia in hac uita subiecta sit cruci, & primum post hanc uitã glorificabitur, sicut Paulus inquit: Oportet nos similes fieri imaginis filii Dei. Quare Anabaptistarum amentiam, & Diabolicum furorem prorsus damnamus, & exsecramur. Hactenus hæretici Lutherani Catholice.

Dauentria. *Ref. art. 1 conf. Aug.* *Cochlæus.* *Deco. ar. il* *Hoffmeist.* *In eumd art. 17.* *Laodius.* *Lutherani.* *Conf. Aug art. 17. C variat. 1540.*

CDLXIX.

Mundus nõ est æternus, sed in tempore creatus

Mundum esse perpetuum, nec creatum, aut factum dicunt Xenophranes, Aristoteles, Columella, Prophyrius, Proclus, & Albanenses. Quod Tertulliani tempore, ut ille refert, fere omnes hæretici negauerunt, nunc autẽ fit ut ab omnibus hæreticis, sic a Catholicis fidelissimis mortalium qui Mundi conditionem, seu creationem iuxta Dei verbum crediderunt, semper factum est. Atque insuper mundum quoque nequaquam semper duraturum crediderunt, uel docuerunt. Etenim exempli gratia asserit sanctissimus Patriarcha Antiochiæ D. THEOPHILVS: Quod pertinet ad Mundi conflagrationem (Poetæ ac Philosophi) nolentes uolentes consentiunt cum Prophetis, quamuis temporis respectu his multo sint iuniores. Attamen ea & lege, & Prophetis suffurati sunt &c. De Mundi conflagratione uaticinatus est Malachias Propheta: ecce dies Domini uenit ut clibanus ardens, & incendet omnes impuros. Similiter & Esaias: veniet ira Dei, uelut inundans grando, & turbo subuertens ueluti impetus aquarum ualidarũ, & inundantium, qui omnia deiicit ad terram. Hæc quidem Sibylla, & reliqui Prophetæ vaticinati sunt. Idem sentiunt omnes Orthodoxi, & multi quoque hæretici qui iuxta Symbolum Apostolorum confitentur. Credo Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Cœli & Terræ.

Iodocus. *Tertullian.* *Lib. 10. de nouis. art. 2* *Con. Marcion. lib. 1. c. 10.* *D. Theoph.* *Libr. 2. ad Autol.* *Apostoli. Lutherani.* *In Symbol. In cõf. Aug.*

Digitized by Google

CDLXX.

Antichrist. homo futurus est. Coccius. Guilhelmus

Antichristum certum quēdam hominem futurum negant insanissimi, perfidiosissimi,& impiissimi hæretici Lutherus,Gualterus,Vuitaclerus, & alii Antichristi prodromi, Beza, sed hoc Catholici asserunt quemadmodū plurimæ testantur Scripturæ, Sanctissimi, item ac sapientissimi Ecclesiæ Christi Diuini Patres,Orthodoxi Doctores,illuminati Theologi apud Grę ços Diui IRENAEVS, HIPPOLYTVS, ATHANASIVS, METHODIVS,EPHRAEM, GREGORIVS Nazianzenus,IOANNES Chrysostomus,CYRILLVS,THEODORETVS,& alii,& apud Latinos illustrissimi ac Diuini Patres D. CYPRIANVS,HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, MAXIMVS, EVCHERIVS, PROSPER, PRIMASIVS,IVNILIVS, ISIDORVS, BEDA, & ceteri Deinde schismatici quoque, in uniuersum omnes,ac deinde, ut Beza testatur,hæretici quod alii quoque, ultra illos, confirmant hæretici.

Art. 3. Con. Sand. & Thes. — *Beza. Medices.* — *In c. 2. ad Thesal. In sum.om. heres.*

CDLXXI.

Corporū resurrectio asseritur. Coccius.

Corporum in fine Mundi resurrectionem negant Aeschylus, Theocritus,Sadducæi, Samaritani,Gnostici,Mesalliani, Seleuciani,Seueriani,Catullus,Hymenæus, Phyletus,Simon magus, Carpocrates, Prodicus,Plinius, Valentinus,Apelles,Marcion,Cęcilius,Manichæi,Hierax, Eutychius, Michael Balbus,noui Manichæi, Albigenses, Almaricus, Dauid Georgius, Caluinus, Libertini, & Anabaptistæ. Asserunt uero Ethnici, Democritus, Plato,Christiani omnes, Catholici omnes iuxta uerbum Dei,& fidem Ecclesiæ id quod paucis demonstrabo. D. CLEMENS Romanus Apostolorum sectator refert ab Apostolis hæc astructa fuisse; Iustos,& iniustos mortuis excitandos, & mercedem iis soluendam confitemur. Iidem Apostoli rursum dixerunt: Credo carnis Resurrectionem. Hanc ob rem optime D. POLYCARPVS Martyr Discipulus D. IOANNIS Apostoli,& Euangelistæ cōtra hos hæreticos scribit: Qui detorserit eloquia Domini ad propria desideria,& dixerit,neque Resurrectionem,neque Iudicium esse, hic primogenitus Satanæ est.His uero subscribunt omnes omnium seculorū Orthodoxi, atque præterea hæresiarchæ, & hæretici Arriani,Pelagiani,Nestoriani, & alii deinceps Græci schismatici omnes.Insuper Vuicleuistæ,Hussitæ,Lutherus,Lutherani,Caluiniani,Trinitarii,& alii hæretici prope omnes aut etiam omnes.

Art. 4. & lib.8.art.3. de sign.Ec. — *D. Clemēs.* — *Const.Apost lib.6.c.11.* — *Apostoli.* — *In Symbol. Epi.ad Philip.* — *D. Policar.*

CDXXII.

Resurrectio in utroque sexu fiet. — *Guido Carmelitan.* — *De Armen.* — *Patriarcha* — *Ser. de Res.*

Armenii dicūt, quod omnes in Resurrectione generali resurgēt in sexu virili,nō muliebri. Quod Catholici Doctores a Deo instructi, a Spiritu Sancto illustrati,ab Ecclesiæ Christi successione,& eruditione perpetua roborati iure optimo damnant. Quamobrem D. PROCLVS exempli ratione, optime scripsit:Creauit,inquit,sapientia,Deus hominem ob incorruptibilitatem,& imaginem propriæ sempiternitatis fecit ipsum.Nō ergo fecit corpus.Nemo enim ex anima est, & corpore. Qua propter scias quod Dominus eadem hæc docere vult non credentibus sadducæis in resurrectionem carnis. Hoc enim est dogma Sadducæorum. Vnde concinnata parabola de muliere, & septem fratribus, ut sermonem de resurrectione carnis in dubium uocarent: Accesserunt ad ipsum, inquit, Sadducæi dicentes resurrectionem non esse. CHRISTVS igitur si non esset resurrectio carnis, sed anima solum seruaretur, suffragatus esset ipsis uelut bene,& recte sen-

tien-

tientibus. Nunc uero respõdit, dicens: In resurrectione neque matrimonia contrahuntur, neque nuptui elocantur, sed sunt sicuti Angeli in Cœlo: non quod carnem non habent, sed quod non matrimonium contrahunt: sed sunt de cetero in incorruptibilitate, & per hoc Angelis assimulatos dicit, vt quemadmodum Angeli in Cœlo, sic & nos in Paradiso, neque nuptijs, aut conuiuio amplius uacantes, sed ut uideamus Deum, & colamus uitam gubernante nobis Christo, &c. D. ATHANASIVS Magnus: Ad Christi aduentum omnes homines (idest uiri & feminæ) resurgere debent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem. Hoc asserunt omnes Catholici & aduersum huicque contrarium dogma damnãt. Idem vero efficiunt Græci, Lutherani, Caluiniani, Trinitarii, & alii hæretici in hoc catholicos consentientes.

Patriarcha — In Symb.

CDLXXIII.

Post mortē non inuenitur locus merendi uel demerendi. — Art. 6.

Animas defunctorum, nec in Purgatorio, nec in Gehenna ocium, ac locum habere amplius merendi, uel demerendi ex instituto contra uerbum Dei pluribus Scripturæ locis expressum, contra Christi Catholicam Ecclesiam negat Lutherus, pluribus scriptis suam defensatur hæresim, quam Catholici refellerunt ab initio. D. CLEMENS Primus primo dicit: Vnaquæq; res suum tempus habet, & locum. Operum hic locus, hoc tempus est; meritorum seculum futurum. D. GREGORIVS Nyssenus: Soli homini donatum est per pœnitentiam ueniam peccatorum consequi, & omni, & semper secundum uitæ huius tempus: post mortem uero concessum est nemini. D. AVGVSTINVS: Hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitam releuari quispiam, uel grauari. Nemo autem speret quod hic neglexerit cum obierit apud Deum promereri. Cum his plane omnino cõsentiunt secũdum uerbum Dei Orthodoxi omnes, & præter eos schismatici, Hæretici Lutheranum dogma non probant, imo nec ipse Lutherus, quã do superbissime effutit: Permitto quod Papa condat Articulos Fidei, Animam esse immortalem. Et alibi. Mortui dormiunt, & nihil intelligunt rerum nostrarum &c. Nihil sentiunt, iacent ibi mortui, non numerãtes dies uel annos, sed excitati uidebuntur sibi momento dormiisse: ergo eodẽ auctore, & qui eum in hoc sectantur, patet Animas morte, inscitia somnoque detentas nihil plane mereri, seu posse mereri, uel demereri. Ceterum arrogantes schismatici, & impii hæretici, qui Purgatorium non credunt, statum, locum, tempusque merendi, uel demerendi nullum omnino umquã uspiam uere certeue admittunt.

Coccius. — Papa. — Lib. 1. Recog. — Episcopus. — Li. de Phil. — Episcopus. — In Enchir. ad laur. c. 110. — Lutherus. — Assertar. 27 & ad c. 7. Eccl.

CDLXXIV.

Limbũ Sanctorum Patrum astruitur.

Limbũ Sanctorum Patrum esse hæretici negant. Item Zuinglius, Lutherus, Bucerus Caluinus, & Beza. Sed ista spiorũ caterua, & dœmoniorũ hæc doctrina oĩno proscinditur, & reijcitur a Christianis Doctoribus inter quos D. IGNATIVS: Descendit ad Infernum solus, regressus est autem cũ multitudine, & sceptrum illud æternum rupit, & medium parietem illius destruxit, & intra triduum resurrexit. D. THEOPHILVS: In hoc, quod apud Infernum Abraham uidit, hæc subesse quibusdam ratio putatur, quod omnes sancti, ante aduentum Domini nostri Iesu Christi ad inferna, licet ad refrigerii locũ, descendisse leguntur. D. AVGVSTINVS: Nondũ Dominus uenerat ad Infernũ, ut erueret inde omnium Sanctorũ præcedentium animas, & tamen Abraham in requie ibi erat. Et quidem diues cum torqueretur apud inferos, cum uideret Abraham, leuauit oculos. Nos enim posset leuatis oculis uidere, nisi ille esset superius, ille inferius. B. IACOBVS Vitriacus Cardinalis sapientissimus: Limbus inferni quo sancti

Cinglius. Lutherus. Bucerus. Caluinus. Beza. D. Ignatius D. Theoph. D. August. Vitriacus. — In expos. s. Ad cap. 27 Gen. Ad ca. 27 Matth. Inst. 2. Ep. ad Tra. Li. 4. Alle in Ioan. In ps. 85. Dom. 1. post Pent.

Digitized by Google

detinebantur, longe est,& ualde remotus ab inferno inferiori: In hanc pariter sententiam descendunt omnes Orthodoxi,omnes Catholici,aquibus communi consensu aduersum hæreticorum dogma retunditur atque etiã id fit ab hæreticis: a Vigilantio enim Patrum Limbus asseritur. Sepulchrales enim hæretici CHRISTVM afferunt non ad inferos, sed ad Limbum Patrum descendisse. Inde Ioannes Hussus de Limbo mentionem facit, dicendo: CHRISTI resurrectio, Inferni destructio Sanctorum e Limbo eductio,&c. Oecolampadius & alii Sacramentarii illud docent. Imo Lutherus in illud: Tu in sanguine testamenti tui eduxisti unictos tuos de lacu, in quo non erat aqua, sic explicat: Quod quidam sententiam olim sic intellexerunt, Hunc lacum esse vestibulum Inferni in quo fuerint Patriarchæ ad quos CHRISTVS venerit cum descenderet ad Infernum, & eos eduxerit, permitto eorum simplici deuotioni, & arbitrio. Sanguinem Messiæ opponit sanguini ueteris testamẽti quasi diceret, Moses eduxit populum suũ ex Aegypto in sanguine sui Testamenti: sed tu Rex aliud nouum testamẽtum cõstitues in Sanguine tuo, quo tuos captiuos educes ex alia Aegypto, videlicet ex lacu in quo non est aqua. Caluinus CHRISTVM docet è Limbo Sanctorum animas liberasse dicendo, Animas fideliũ corporibus egressas in carcere detentas fuisse, vbi erant constitutæ ardenti studio Aduentus Christi, quod libertati spiritus nondum plene essent donatæ. Hæc ille quidem fusius tractat, partem adiuuat Catholicam, & sibi, ut notant Catholici Theologi de more, repugnat. Agnouit enim rursum ac illum ita probat: Vulgo colligunt, inquit, fideles animas in Limbo fuisse inclusas. Vermilio placet appellari locum Patrum, vel sinum Abrahæ. Extremo Molinæus sententiam Catholicorum de Limbo plurimum probat, atque laudat.

Sebastianus Medices. — Hussus. — Feuardent. — Lutherus. — Caluinus. — Coccius. — Caluinus. — Molinæus.

In su. om. hær. — In Psal. 118 — Lib. 6. de morte Christi fruct. c. 1 — To. 5. com. in c. 9 Zac. — Ad c. 3. D. Petr. — Lib. 8. c. 1. de sig. Eccl. — In cap. 14. Ioann. uer. — Loc. com. f. 381. — Harm. Scu.

CDLXXV.

Infernus asseritur.

Infernum esse negant Pythagoras, Epicurus, Lucretius, Cicero, Seneca, Iuuenalis, Lucianus, Plinius, Pausanias, Iudæi quidam, item Gnostici, Albigenses, Almaricus, Barbara, Hermannus, Lutherus, Caluinus, Bucerus, & Infernales: quem esse tradunt D. ATHANASIVS: Peccatorum animæ in Inferno positæ sunt subter omnem terram, & mare, ut Psalmus dicit: Posuerunt me in lacu Inferni, in tenebrosis, & umbra mortis. Et apud Iob scriptum est: Ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. D. CYRILLVS: Quæ est Inferni anima? locus potius est Infernus, & animarum miserarum carcer horridus. Animæ igitur eorũ qui in hac uita deliciis, & uoluptatibus effœminantur ad Infernum descendent, & implebunt quasi eius animam. D. AVGVSTINVS: Pœnalia loca sæpe demonstrata sunt his, qui rapti sunt a corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt. D. EVCHERIVS: Infernus pœnarum locus est in quo iniquorum animæ cruciantur. D. OPTATVS: Obseruate, ne ueniatis ad inferos, & illic inueniatis Core, Dathan & Abiron schismatis magistros scilicet vestros. Sed quorsum tanta? hoc enim idem asseuerantissime, & communissime tradunt diuina Oracula, Diuini Apostoli, Diuini Patres, Diuini Theologi, Diuina Ecclesia tota omni seculo, ac omni tempestate, quin ẽt Plato, Proclus, Poetæ, Aristoteles, Græci, Vualdenses, Pragenses, Vuicleuistæ, Hussitæ, Anabaptistæ, Trinitarii, & Lutherus qui dicit: Quid sit Infernus nescimus, solum nouimus, quod certus locus sit, de quo Lucæ 16. vbi Abraham ad diuitem: inter nos, & uos magnum chaos interiectum est,

Coccius. — Feuardent. — D. Athan. — D. Cyrillus. — D. August. — D. Eucher. — D. Optatus. — Lindanus. — Lutherus.

De q. nou. lib. 10. art. 7. & lib. 8. ar. 3. de sig. Eccles. — In Tabula. — In quæst. — Lib. 1. in Es. cap. 5. — De Gen. ad lit. 12. c. 32. — Fer. 5. post. Re. — Lib 6. cont. Parmen. — Ser. de cõd. & inf. — in Theoma.

Infernus certus est locus Satanæ, reproborũ supplicij destinatus.

CDLXXVI.

Aeterni supplicij, ac tormentorum uerum locum esse infernum non metaphoricum nimis perfidiose Hugonotarũ parens Paganis, imo Iudæis, Turcis, Tartaris his deterior Caluinus in uniuersum cum Danæo, Bucero, Brentio, Beza, Caluinianis, Lutheranis, Vbiquistis, Metaphoristis & gregalibus inficiatur. Quibus aduersantur Scripturæ plurimæ, Patres omnes, Doctores innumeri, & uniuersa quæ utique fuit Christi Ecclesia ut superius indicaui de quo quisque Carthusianum, Coccium, & Feuardentium consulere potest. Idque præterea paucis sacrosancto Concilio Oecumenico Florentino sic traditur: Animæ illorum, qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedunt, mox in Infernum descendunt, pœnis tamen disparibus puniendæ. Ab his autẽ nõ discrepat porro Danæus damnans se primũ, deinde Lutheranos, & Vbiquistas, probat ex D. AVGVSTINO Infernum esse locum plenum tenebris, discordia, odio, obscœnitate, amaritudine, dolore, incendiis, siti, fame, igne inextinguibili, tristitia, uindicta perpetua, & tot suppliciis, ut capi non possint ulla hominum cogitatione. Huius uero uesani Metaphoristæ sibi turpiter repugnantis, non est absimilis sententia, quę his præfert uerbis, quæ Marloratus refert. Dœmones asseruntur probe custoditis, ut tandem in externas tenebras abiiciantur. Aeterna caligo ipsos aliquando excipiet apud inferos. Illis densiores, ac æternæ tenebræ paratæ sunt. Seruat reprobos DEVS cum Satana puniendos in caligine Tartarea. In huius hæretici sententia hæreticus uenit Beza locum, ait, supplicium nocentium destinatum, ab illa regia discernimus: Nos sicut Cœlum, in quo cum Christo æterna felicitate perfruemur, certum ac definitum locum esse, mũdo ipso superiorẽ ex Scriptura credimus, ita & Inferos ex iisdem scripturis certum, ac definitum locum esse, quem non frustra ex Scriptura Abyssum, Tartarum, Infernumque uocarit Ecclesia, horrendis, & æternis Satanæ, & impiorum suppliciis designatum.

Carthusia. Coccius. Feuardent. Concilium. Lambertus. Beza.

De 4. nouis. De 4. nouis. Defen. da. l. 1 4. c 2 4. In lit. vnio. Com. in c. 109. Ench. Ad alter. l. Brent. part. p. 5. 94. usque ad 599

Infernus est in cẽtro Terræ.

CDLXXVII.

Brentius cum suis gregariis contendit Infernum Cœlo comprehendi hoc Catholicismus reiicit ex quo vnum in medium mox proferant. Tertullianus doctrina, & antiquitate grauissimus ita Orthodoxe scribit: Nobis Inferni, non nuda cauositas, nec subdiualis aliqua mundi sentina credũtur, sed in fossa terræ, & in alto uastitas, & in ipsis uisceribus eius abtusa profunditus. Idem probant Orthodoxi Patres, ac præcipue Theologi illustrissimi Diui THOMAS, BONAVENTVRA, AEGIDIVS, DIONYSIVS, & ceteri Scholastici, & omnes Doctores Catholici. In quorum probatissima, ac optima sententia Philosophi quoque fuere, ut probat Aristoteles, centro Terrę comprehendi docent Infernum, denique Beza Brentii notat stultitiã in hunc modum: Vbicunque sit Satan esse inferos id est locum illum æternis pœnis dœmonum, & impiorum destinatum, qui Brentio concedet? Nam si ita esset, multo magis fuissent inferi in miseri illius corpore, quod dœmonum legio occupauerat, qui tamen precantur Christum ne in abyssum procul dubio ad inferos mitantur.

Brentius. Tertullian. Scholastici. Aristoteles. Beza. Coccius.

In hu. & de maie. Chri. l. de ani. c. 55. In 4. Mag. sent. d. 45. Ser. de Ca. & Mun. l. 8. de Sig. Eccl. art. 9.

Infernus & cœlũ adhuc apertũ esse.

CDLXXVIII.

Augstiniani ab Augustino heretico Bohemo nomen sortiri Infernum, & Cœlũ adhuc clausum esse putãt, neque apertum iri ante diem extremũ. Quorum commentum profecto hæreticissimum, ut de Catholicis interim

Coccius.

l. 8. ar. 7. de sig. Eccl.

sileam

Digitized by Google

fileam quibus nullus error subesse potest, Orthodoxorum sodalitas,& concors Christianorum omnium consensus,cum enim omnes Catholici asserant(quemadmodum supra ex aliquot eorum testimoniis allegatis ceterorum sententiam patefeci)iustos sanctosque statim post mortem Cœlum ingredi, impios uero infernum, consequitur itaque planissime eorum omnium assertione Cœlum Infernumque adhuc apertum esse. Quibus nimirum adstipulantur hæretici,& reliqui ferme omnes, qui antehac uixerunt, & qui usque ad hunc diem quotquot fere uiuunt, depellunt, atque despiciunt; ut passim in suis scriptis uidere licet. Ita ut tamquam manifestum fidei articulum raptim recensent Caluinum,qui sic dicunt: Patet uobis aditus Cœlorū per ascensionem Christi, & Beza: Dœmones precatur Christum ne in abyssum procul dubio Inferos mittantur. Quare eius sententia reclusus est inferorū locus uidelicet Infernus. Et pari sensu Hunnius asserit Caluinum secum magnum stellarum(ut Apocalypsis loquitur)numerum trahere & secum in abyssum præcipitem agere.

Caluiniani *Beza.* *Aegidius.* — *Cate. Dom. 11. q. 4. Con. Brent. In Cal. cap. 110. f. 18.*

Reprobi nunquam saluabuntur.

CDLXXIX.

Origeni,& Origenistis a D. HIEROMYMO,& Catholicis aliis tribuitur dogma hæreticum,quod reprobos, ac dœmones aliquando requiescet, ac saluandos fore. Quod itidem Catholici semper reprobatum, & tamquam Scripturis aduersum,& expresso Dei uerbo contrarium condemnarunt. Ex eorum etenim sententiis luculentissimis eum dœmones omnes, tum omnes reprobi æternis suppliciis condemnatos,ac condemnandos,luce clarius meridiana palam feci,cum Damasceno exire enim dicunt omnes. Idem est hominibus reprobis mors,quod Angelis casus,& cum D. IRENAEO: Venit,&c. ad finem iubere messoribus colligere primum zizana, & fasciculos alligere,& comburere igni inextinguibili,triticum autem colligere in horreum: & agnos quidem uocare in præparatum Regnum mittere, qui præparatus est a Patre eius,Diabolo,& angelis eius. Atque cum Diuo HIERONYMO: Erit transitus uirgæ fundatus requiescere faciet Dominus super eum. Et est sensus: Nequaquam eum virga percutiet, & eam rursus leuabit,ac more cædentium finem faciet verberandi: sed quasi fundatam, & alta radice defixam,in pœnis eius faciet permanere. Quod si ita intelligitur, ubi erit pœnitentia diaboli? præsertim cum dicatur peccatoribus: Ite in ignem æternum,quem præparauit Deus diabolo & angelis eius. In tympanis,& cytharis, & bellis præcipuis expugnabit eos dœmones uidelicet, & omnes impios cum gaudio omnium Dominus expugnabit. Ab heri quippe,& a preterito tempore preparata est a rege Domino Tophet, id est lata, & spatiosa gehenna,quæ eos æternis adurat ardoribus. Idem prætereacum D. HAYMO: Post multos dies uisitabuntur,Origenes dicit: quia postquā acceperint a Domino illam sententiam terribilem: Ite maledicti in ignem æternum,post multos dies,id est post mille annos,finito iudicio a Domino uisitandi sunt. Quam sententia nemo Sanctorum Patrum corroborat, sed omnes denegant,habentes illam sententiam Domini ante oculos: Ibunt impij in æternum supplicium,iusti autem in uitam æternā. Quicquid eternum est,sine termino est sicut ergo Dominus iustis posuit gaudium æternum,ita impiis supplicium æternum. Idem probarunt, ac probant plurimi hæretici,quorum numero unum sufficiet audire Marloratum: Praua est opinio sibi persuadere,vel damnatos, uel dœmones fore aliquando saluandos. Atque Lutherani confessionarii: Damnamus Origenistas, qui finxerunt Diabolis,& damnatis finem pœnarum futurum esse.

D. Hieron. *Carthusia. Iodocus.* *D. Ioannes. D. Irenaeus.* *D. Hierony.* *D. Haymon* *Protestantes.* — *Ad ca. 14. Esa. 1. de l. 55. Patr. de Orig. De 4 nouis. De 4. nouis. De fid. Or. l. 5. c. 27. Ad ca. 30. Esaia. Ad ca. 24. Esa. Conf. Aug. ar. 17.*

Im-

Anima impiorum post obitum cruciatibus Inferni torquentur.

CDLXXX.

Lutherus. Tertullian. D.Hilarius.

Impiorum animas statim post obitum in cruciatibus æterni ignis torqueri non credit Lutherus & gregales, qui uitam animarum esse perpetuã, uel Infernum esse negauerunt: Credunt id Catholici ac docent. Tertullianus namque: Et nunc animas torqueri, fouerique penes inferos, licet nudus, licet exules carnis, probauit Lazari exemplũ. D. HILARIVS: Testes nobis sunt Euangelii diues, & pauper: quorum unum Angeli in laudibus, Beatorum, & in Abrahæ sinu locauerunt, alium statim pœnæ regio suscepit. Adeo ut statim pœna mortuum excepit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil hic desolationis, aut moræ est. Iudicis enim dies, uel beatitudinis, vel retributio est æternæ, uel pœnæ. D. GREGORIVS in omnibus Magnus: Si esse Sanctorum animas in Cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet ut per omnia credas, & iniquorum animas in Inferno; quia ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iusti iam gloriantur, necesse est per omnia, ut & ingiusti crucientur. Nam sicut electos Beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui ignis reprobos exurat. Græci, autem iisdem subscribunt, ac Vualdenses, qui animas impiorum e corporibus excedentes in æternas e uestigio pœnas mergi asseruerunt: quibus consentit Beza, ut paulo ante conspicuum euasit. Hoc qui Infernum concedunt, idem probare uidentur.

Ad c. 25. Gen. De Resur. c. 13. In Ps. 2. D. Gregor. l. 4. Dial. c. 28. Lutzburg. Cat. hær.

Iudicij dies sanctis formidabilis.

CDLXXXI.

Caluinus. Caluiniani.

Iudicii nouissimi diem formidabilem esse ac metuendum negat Lutherus, Beza, Caluinus, & Caluinitæ, dicentes: CHRISTVS in extremo iudicio nemo nostrum est condemnaturus: Non debemus timere diem iudicii, ut horroris nobis sit. Certi sumus, quod non nisi in salutem nostram CHRISTVS apparebit. Quod negat Christi Ecclesia plurimis sacræ Scripturæ locis erudita, respuunt hoc idem omnes sancti Patres, & graues ipsius Ecclesiæ Doctores. D. CYRILLVS Patriarcha Alexandrinus: Metuo ineuitabiles probationes. Nihil enim accusatoribus eget iudex ille, neque testibus, neque demonstrationibus, neque probationibus, sed quæcunque fecimus, diximus, decreuimus ea in medium adfert ob oculos nocẽtum. Tum nullus est, qui adsit, & pœnis eripiat; non pater, non mater, non filius, non filia, non alius quisquam cognatorum, non vicinus, non amicus, non defensor, non pecuniarum largitio, non diuitiarum abundantia, non potentiæ fastus: quin hæc omnia cineris ritu in puluerem abeunt, solusque reus ex suis factis absoluentem, aut condemnantem sustinet sententiam, &cet. Pudefiat omnis impiorum hæreticorum secta: operiatur genus infidelium: pereat Iudæorum collegium, &cet. Diuus alter CYRILLVS Patriarcha Hierosolymitanus: Tremendum est iudicium, ita ut per ea etiam, quæ de illo nuntiamus timor incutiatur: nam Regnum Cœlorum proponetur, & ignis æternum præparabitur. D. HIERONYMVS: Expectetis magnum, & terribilem diem Iudicii, diem uidelicet iræ, diem calamitatis: ubi Cœlum simul cum terra pauebit, Cœlorum omnes mouebuntur uirtutes, trementes erunt Angeli simul cum Sanctis omnibus: tum singulorum uitæ discutientur discrimina, & merita apparebunt: Semper tuba illa terribilis uestris obstrepat auribus: Surgite mortui uenite ad iudicium: Ecce Rex in manu potenti uenit, a cunctis uult exigere rationem, certe de cogitationibus minimis, certe de leuibus, & otiosis uerbis. Si reddere de singulis parati non eritis, proiicieni ini in carcerem exteriorem, audieris a Iudice: Ite maledicti in ignem æternum, paratum Diabolo, & angelis eius. Hactenus Pater Orthodoxus hausit a sacræ Scripturæ uberrimo fonte a quoqui-

Inst. c. 16. Cat. Dom. 17. D. Cyrillus. Ora. de exitu an. & sec. Chr. adu. D. Cyrillus. Catec. 15. D. Hieron. In Reg. & nac. c. 30.

dem

dem reliqui Ecclesiæ Orthodoxæ Catholici Patres uberrime hauserunt. Idque fieri constat ab his hæreticis, qui de salute nemine certum esse sentiũt, ut sunt Hussus, Lutherus, & alii, ut supra constitit quando timor de incertitudine salutis proficiscitur, & dubietas est mali quod cuique cõtingere potest. Verum Caluinus ipse dicit: Hi regno Christi expellendi sunt qui certam eius uitæ iam sibi arrogant possessionem, DEVM nullis exorabilem futurum, quam his qui cum tremore ad eius cõfugiunt misericordiã. Et nisi in animis nostris magno timore, & tremore concutiamur peruersa fiducia mox irrumpet.

Caluinus. — *Adc. 4. Lu. & ad ca. 8. Mat.*

CDLXXXII.

Post iudicium anima, & corpore mali in pœnã, & boni in gaudiũ æternum ibunt. — *Coccius.*

Postquam Resurrectio, & Iudicium patratum fuerit impios corpore, & anima perpetuas in Inferno scelerum pœnas luituros esse negant Eunomius, Armenii, Nicolaus de Calabria, Iudæorum quidam Anabaptistarum & libertinorum quidam. Asseuerant vero Catholici Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Euãgelistæ, Apostolici, Patres, Orthodoxi, Sãcti, Doctores, Theologi, Sanctaque DEI Ecclesia, Christianique in uniuersum omnes. Quod duobus Sanctis Patribus in medium allatis ostendam. D. HYPPOLITVS Martyr: Dicet Christus in illa die: omnes qui neglexerint, nec misericordiam exercuerint, hic bene merendo, nihil eis debetur, nisi ignis, qui non extinguitur: Humanus enim sum: at iustus quoque iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor: omnibus pro cuiusque labore mercedẽ præstabo: omnibus pro suo certamine proemia rependam. Misereri uolo: sed oleum in vasis uestris non uideo, &c. Confessi estis me Dominum, sed uerbis meis non paruistis &c. Descendunt hi in supplicium æternum: iusti uero in uitam ęternam. D. AVGVSTINVS: In requie sunt animæ priorum a corpore separatæ: Impiorum autem pœnas luunt donec istarum ad ęternam uitam: Illarum uero ad æternam mortem quæ secunda dicitur corpore reuiuiscunt. Ac rursum: Post resurrectionem vniuerso completoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duę una Christi, altera Diaboli, una bonorum, altera malorum: vtraque tamen Angelorum, & hominum. Istis uoluntas, illi facultas non poterit vlla esse peccandi, nec vlla conditio moriendi, istis in æternum uita uere feliciterque viuentibus: illis infeliciter in ęterna morte sine moriendi potestate durantibus: quoniam utique sine fine. Sed in Beatitudine isti alius alio præstabilius: in miseria vero illi alio alius laudabilius permanebunt. Hactenus sententia, fides, confessioque Orthodoxorum omnium satis patuit, quam insuper tenent Græci aliqui hæretici, cunctique schismatici, Vualdẽses, & præter aliis etiam Lutherani, quos sic recenset Zuinglius recte confutans Lutheranorum dogma, de animarũ stolidissima, ac stupidissima dormitione: Audio quosdam esse, qui nos a morte anima, & corpore ad extremum usque diem dormituros affirmant, tum resuscitandos, & ingressuros esse in gaudium, & gloriam Dei, aut in æternam miseriam. Denique Protestantes de suis Ecclesiis sic confitentur: Docent, quod Christus apparebit in consummatione mundi ad iudicandũ, & mortuos omnes resuscitabit, & hominibus piis dabant uitam æternam, & gaudia propter impios autem omnes & Diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur.

l. contr. 8. de 4. nouis. — *D. Hippoly.* — *Ora. de consum sec.* — *D. August.* — *Dec. D. lib. 13. c. 8.* — *Ench. c. 11* — *De Vuald.* — *Lutzēburg.* — *Huldarius.* — *In op. arti. 57.* — *Lutherani.* — *Conf. Aug. art. 17.*

PER-

Digitized by Google

PERORATIO

IN QVA QVIDEM MVLTA AB AVCTORE, IN perenne Christianæ veritatis, Fidei, ac Doctrinæ decus & gloriã, pudenda hereticorum cum vetustorum, tum recentium omni execratione aperiuntur, deque eorum perditis moribus, perdita doctrina, perdita fide, perditaque Ecclesia perpetuo totius orbis ludibrio exponuntur.

Peroratio libri.

HAcce sunt, candide lector omnia fere quę catholicis Doctoribus obijciunt hæretici qui quantum, quam quæ serio suis armis iugulati sint, atque proprijs iaculis confossi, hactenus uidere licuit, idque tam vere & clare, ut nemini in dubio uersari, num istud Diuinitus factum fuerit, nec ne liceat: Namque nullus vmquam fuit hæreticus, qui Catholicam partim saltem non sit aliquam secutus veritatem, quam tamẽ vel aliqua temerauit falsitate, vel aliquo uiolauit mendacio, uel etiam professus est illam, nisi hæreticorum forte quispiam Ethnicismum, uel Atheismum Christianismo pœnitus abiecto sit amplexus, in quo negocio, ut uiam Veritatis & altitudinem Diuinæ Prouidentiæ, satis perspicue quisque perspicere possit optimus Maximus prouidit DEVS. Tanta enim est Catholicæ vis Veritatis, vt cogantur homines etiam inuitis animis illam omnino numquam deserere. Tanta tamque miranda est summa Diuinæ Sapientiæ Prouidentia, ut Fidei Orthodoxæ veritatem ab ipsorum diuersis & inter ipsos aduersis factionibus, nedum ab Orthodoxorum consilio confirmari atque defendi uoluerit.

Id autem pluribus in Europæ oris seculi præteriti curriculo factitatum ab hæreticis nemo nescit: cum enim nouatores illi omnes ueterum hæreticorum hæreses ab Orco excitarint, iidem uix nati in partes disiecti, easdem, ut hactenus palam feci, confutauere: adeo ut turrim Babylonicam, quam contra DEVM in gratiam Nembroth erigere moliebantur confusione linquarum perculsi, diuersitate persuasionum obcœcati funditus euerterint, & Ecclesiam, quæ (teste Apostolo) est firmamentum, & columna Veritatis firmiter constabilierint. Quo sæpius à Catholicis usurpatam auream Diuinissimi D. HILARII sententiam & reipsa probatam, omnes, vel quidam hæreticorum antesignani seculi præteriti cursu comprobare coacti fuerint: ea autem his uerbis complectitur. Bellum hæreticorum pax est Ecclesiæ.

Lib. 8. de Trin. In Pral. 5.

D. Hilarius Lutherus.

Quod si perspicacius speculari liceat, bellum hæreticorum esse iaculum Ecclesiæ, quo hæreticæ impietatis præceptores ab Orthodoxæ Ecclesię proceribus transfodiuntur, dixerim: quandoquidem eam esse ueram & unicam pacem aduersus Satanam, & ipsius commilatones hæreticos, censeo, iuxta Diuinum SALVATORIS oraculum: Non ueni mittere in terra, pacem, sed gladium. Non quod Diaboli gladius, quo inter se uel etiam contra Catholicos utuntur hæretica prauitate seducti & seductores in pacem Ecclesiæ cedere negarim, imo probarim: duo enim sunt gladii alter CHRI

D. Mat. 5.

Christus.

STI, Antichristi uero alter, priorem aduersus hæreticos Catholici uibrāt, posteriorem uero aduersus Catholicos exercent hæretici, qui cum Ecclesiæ gladium arripiunt, eoque contra hæreticos aduersarios utuntur, pacē & solatium Ecclesiæ CHRISTI gloriosum ingerunt.

Quo circa inter eos Veritas ita periclitatur imo exulat, ut dissentiones eorum numquam satis defleri queant, quemadmodum quidam ex illis gregariis, qui eas recensuit, scripsit, qui & addidit, quod multi inter illos qui extra Ecclesiam adeoque salutem uiuunt, omnino dubitarunt, ubinam locorum in profundo demersa Veritas inuenienda sit: an etiam vera DEI Ecclesia uspiam adhuc supersit, quæ ab aliis infidelibus distincta sit. Et merito sic inflictum est illis, qui veritatem Ecclesiæ semel deseruerunt, ut in sacris Oraculis scriptum est, quod credant mendacio, falsitati inhæreant, luce veritatis careant, lumine Fidei orbentur; cum interim Ecclesia Catholica inexpugnabili gaudeat Veritate, illamque ab iisdem, qui ipsi Ecclesiæ CHRISTI bellum indixere, omnifariam fere, uel partim amissam, uel etiam per illorum dissidia constanter comprobatam, atque clarissime confirmatam læte persentiat, sane aduentat, modeste iactet, & Diuine glorietur.

Georgius Alior. — *Orat. de confusio. dogma.* — *Apostolus.* — *Ad Gal.*

Accedit præterea, quod nouitij hæreticę impietatis consarcinatores, post Simonem Magum omnium hæreticorum principem, aduersus summam D. PETRO, & Successoribus a CHRISTO traditam potestatem insurgunt: & post Elymam præstigiatorem Diuinæ absolutæque obsistunt potentiæ: & cum impuro Nicolao Antiochæno, Ochino, Bezaque fœdissimam polygamiam restituere conantur: More pseudoapostolorum bona opera ad iustitiam & salutem necessaria inficiantur: & Gnosticorum, & Valentinianorum, solam fidem exigunt. Cum Marcione liberum Arbitrium eripiunt hominibus, & cum Manichæis nos idololatrie arcessunt, quod CHRISTO Filio DEI in Eucharistia præsenti summum cultum exhibeamus: quodque inuocatione & veneratione sanctos in Cœlum receptos & adscitos dignamur. Post Sabellium Personas Diuinas proprietates tantum in DEI essentiam residentes esse definiunt: Et post Arrianos, IESVM improprie tantum Creatorem Cœli, & Terræ, & secundum duntaxat gloriæ & honoris locum habere dictitant. Vna cum Nestorianis & Beza duas in CHRISTO vniones seu vnitates Hypostaticas constituunt: & cum Caluino aliam esse Personam Filii DEI a Persona Mediatoris arbitrantur. Arrianos imitati Missæ Sacrificium pro uita functis exagitant: & Vigilantianos inuocationem Sanctorum, & Reliquiarum venerationem, candelarumque vsum tollere nituntur. Cum Iouinianistis, Ieiunia, & Virginitatem alicuius esse meriti abnuunt. Et cum Donatistis sanctissimam Eucharistiam canibus obiiciunt, Sanctumque Chrisma miserandum in modum profanant. Aemulantur Pelagianos, fidelium pueros sine Baptismo decedentes saluos in Cœlis autumant: & Messalianos omnem a Baptismo efficacitatem subtrahunt. Cum Porphyrianis, sanctorum miracula præstigiis dœmonum tribuunt: Et cum Berengario ipsissimam Corporis Domini præsentiam conuersis in illud pane & uino remouent pro uiribus. In immensum procederet Peroratio, si reliquos omnes ueræ Fidei ac Ecclesiæ hostes percenserem, quos potius quam Puritatem Euangelii, sequendos ac imitandos cum in erroribus, tum in peccatis sibi proposuerunt.

Feuardent. — *Li. 15. Theomac. confes. Calu. catec. confuta. c. 1.* — *D. Clemens* — *Lib. Recog.* — *D. Irenaeus.* — *Lib. ad hær.* — *D. August.* — *li. con. Manic.* — *Feuardent.* — *Theomac. Cal. li. 1. 2. 3.* — *D. Hieron.* — *Cont. Vigil. & Iouin.* — *D. Optatus.* — *Con. Donat.* — *Roffensis.* — *D. Guitmũdus.* — *Cont. Oeco. lampadius.* — *Cont. Berengar.*

Deinde multæ hæreses iam extiterunt olim, quæ nimia uetustate, aut prodigiosa falsitate, uel sua inanitate disruptæ, ac dissectæ, penitus extinctæ, e memoria hominum excesserunt, & in cineres redactæ, in extremas Mundi partes, ac potius ad inferos traductæ fuisse censentur, vtique fuit hæresis Marci, qui CHRISTVM Columbam esse finxit, Simonis Magi, qui Gratiam SPIRITVS

Philastr. — *Lib. de hær. hær. 14. 24.* — *Lucas.*

SAN-

Digitized by Google

SANCTI pretio numismatum computari uoluit: Gezitarum, qui quæ distrahi nefas est, sacra distrahere probauerunt: Abstinentium & Sabbatianorum, qui separarunt coniugia hominum & escas damnarunt, quorum doctrinam doctrinæ dæmoniorum nomine Diuinissimus arguit Apostolus D. PAVLVS: Dauidis, qui DEVM primam esse materiem delirauit: Arnoldi medici, qui dicebat opus medicinæ plusquã sacrificium Altaris placere Deo: Catharistarum, qui carnem, & oua & uinũ bibere non licere duxerunt: Coprorum, qui Euangelium Nicodemicũ receperunt: Eraclitarum Regnum Cœlorum dari paruulis non crediderunt: Flagellantium, qui a Prophetis omnibus falsa edocta, & sibi aduersantia effutiuit: Michaelis Balbi, qui Prophetarum Scripta nullius uolebat esse auctoritatis: Ioannes a Parma, qui docuit, quod doctrina Abbatis Ioachim excellat doctrinam CHRISTI: Iouiniani, qui baptizatis Satanæ tentationẽ abstulit, Luciferi laicos ad pœnitentiam solummodo admittendos censentis: quorundam qui Adam, & Euam cœcos ante fuisse, quã gustarent de arbore: postea que aperuisse oculos, & tunc se nudos esse peruidisse autumant: nescio quorum, qui peccatum Adæ coitum fuisse cum Eua nequiter contenderunt nonnullorum culpam filiorum in parentes trãsfundentium: plurium animas impiorum transire in Dœmones, bestias, pecudes, ac serpentes bestias & feras omnes esse rationales asserentium: Rhetorianorum, qui omnes hæreticos vera dicere affirmauerunt: Viuitariorũ vinum pro DEO adorantium, & aliorum multorum hæreses insanissimæ, & nequissimę emerserunt, quas hic nimis longum esset omnes recensere.

His autẽ vniuersis orbis portentis adiecerũt alia non minus monstruosa ac detestanda hæretici recentes: Quidam enim ex illis Melchisedech CHRISTVM esse docuerunt: Alij credendum nihil, quod excedat virtutem nostri intellectus astruxere: Non nulli hæreticum esse, quisquis letifere peccat, dixerunt: Plures Græcorum quod licet inimicum fraude infestari moliti sunt: plerique peccata quædam irremissibilia erudiere: Certi mulieris osculum, non concubitum peccatum esse letale crediderunt: multi furti restitutionem paruipenderunt: aliqui, quod malus Sacerdos nullũ absoluat a peccato, nullumque conficiat Sacramentum, posuerunt: aliqui nulla esse in Ecclesia facta miracula mentiti sunt: & reliqui, quod nefas est decimas dare, quod nouum Testamentum usque ad annum 1260. durabit, quod Papa præscitus non habet potestatem super omnes fideles: quod corporum resurrectio fiet impalpabilis, & inuisibilis: quod Ecclesia bona temporalia non potest obtinere, quod peccata laicis sint confitenda: quod Diabolo Deus debet obedire: quodque dœmones adorari debent: Flagellantes quinquaginta articulos erroneos posuerunt, Vuicleuus quadringentos, & alii alios, quos breuitati consulens omitto.

Ab eisdem uero prodigiis Satanæ haudquaquam nepotes illorum recentiores, recentissimique pronepotes eorum abhorruerunt hæretici, nec transuersum, quod dicitur, unguem recessetunt: Fidem enim omitti per quodcunque peccatum mortiferum docuit Lutherus: Fiduciam meritorum idem abnegauit: præceptum nullum, ne consilium in lege Euangelica datum esse dixit: Animas in Purgatorio securas de sua salute non esse, neque extra statum merendi reperiri, nullum esse peccatum nisi infidelitatem, paruulos in Baptismo propriam habere fidem, aliena non indigere: iustum in omni bono opere peccare; Dœmones facit ministros Sacramentorum, & alia quidem plurima eiusmodi portenta in sterquilinio Germanicæ Lutheranæ cloacæ protulit: Lutherani nullum bonum præceptum dicunt, mulierculis Sacerdotiũ indulgent: Bucerus ait quod multi baptizati statim morientes damnantur, & alii non baptizati saluantur: Georgius Maior, quod infantes Baptismate donati sine bonis operibus non saluantur: Anabaptistar ũ

Margin notes (left): *Lutzẽburg. Constantin. Harmenop. D. Isidorus. Lutzẽburg. Medices. Zonaras. Lutzẽburg. S. Anastasi. S. Philaster. Medices, Oecolãpad. Medices. Lutzẽburg. Emenycus. Lutzẽburg. Medices. Trithemius Lutzẽburg. Medices. Medices. Iodocus. Medices. Feuardent. Lindanus.*

Margin notes (right): *Cat hær. De opt. hær. De hær. In Cat. Su om. hær. In Mic. Ba. Cat. hær. In Hexam. mystago. De Hæret. Sum. om. hær. Mele. c. 30. De V. D. S. O. hær. f. 75. ciu 180 Pecc. 163. Mulier. 141 Resti. 182. Sacer. 185. Mir. 134. Cat. hær. Far. 2. q. 9. C H. S. H. In Chron. Hirsaugiẽ. Cat. hær. Sum. hær. Sum. hær. fid. 75. præ. 171. l. 8. de Sig. Ecc. ar. 7. In Sum. hæ. Præ. 171. Pue. 177. Testa. 208. In An. D. Iren. Dub. Dial.*

Digitized by Google

Bellarmin. quidem & Seruetus totus testamentum uetus reiiciunt: libertini sacras Scripturas derident, & pro fabulis traducunt: Gaspar ZuenKfeldius Deum non agere nobiscum per Scripturam, doctrinam euangelii esse humanam: Vncti hæretici in cõmitatu Angliæ orti anno 1570. dicunt testamentum nouum esse rerum futurarum prædictionem, ideo Christum rediturum affirmant, genus pœnæ, quod Papa etiam Sanctissimus sit uerus Antichristus, quem scripta diuina futurum prædixere, delirant, plurimi, uel omnes Antichristum, mille, seu sexcentis ab hinc annis uenisse impiissime tradunt; *Lindanius.* Dœmoniaci credunt etiam Dœmones saluatum iri post finem iam præteriti seculi, Anabaptistarum, & Libertinorum quidam omnes homines, & *Bullingerus* omnes Dœmones, post iudicium saluandos: Caluinus ait, quod tunc Deus *Feuardent.* neminem suæ sectæ tantummodo condemnabit: Caluiniani auctore Cal- *Lindanus.* uino dicunt, quod DEVS creauit genus Humanum, potissime ad perpetuã damnationem, & interitum, quod omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus, sint omnino opera fidei simpliciter, quod nullum furtum, nulla scortatio, nullum adulterium, fiat ab domine, quod DEVS non efficiat in homine, quod Diabolus iubente, & volente DEO mentiatur in cordibus humanis, quod lex DEI, & voluntas DEI sæpe sint inter se contraria, Brentius, *Cocceius.* & ceteri post Lutherum, vbiquistæ, omnium quotquot fuerunt monstruosissime, Corpus CHRISTI, ubiquitarium, ubique locorum esse cõfingunt, multi Deitatem passam crucifixam, & mortuam somniarunt: Beza, & Be- *Lindanus.* zarii, CHRISTVM secunda Deitatem orare patrem cauillantur, & cõdormientium lupanar Diabolum adorandum esse Ethnicissime, & diabolicissime arbitrantur: Guilielmus Coubrius asseruit CHRISTVM non esse *Copus.* mundi redemptorem, sed futurum mundi deceptorem: uniuerso qui in nomine CHRISTI crediderunt, in Infernum damnatos, Christi verba; accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, ad hunc modum interpretatus est. Hoc est corpus meum in quo populus circumuenietur, & decipietur, alii alia monstra blasphema, & infernaliã in *Feuardent.* medium producunt, quæ piget hic referre, ne nimio tædio lector beneuole, afficiaris.

Lindanus. Adde, quod cum Ethnicis aiunt. Certa stare omnia lege. Omnia absoluta necessitate euenire. Nullam esse DEO Prouidentiam. Animam morti subiacere. Fornicationem, gulam, & similia non esse peccata. Miracula præstigiis Satanæ concedunt. Nullum esse Infernum. DEVM non esse Trinum. Cum Iudæis vero vnam solummodo Personam in DEO ponunt Illyrico, & Serueto auctoribus. CHRISTVM non esse DEVM cum Caluino, Serueto, ZuuenKfeldio, & aliis blasphemant. Redemptorem Humani generis Lutherus, Dauid Georgius, Coubrius, & alii negant. Vsuras esse licitas Bucerus, Molinæus, & Lutherus censent. Matrimonium inter affines Iudaico more probat Melanthon, qui cum Caluino, & Matrimonium propter adulterium dissolui aliamque duci posse affirmat. Leges iudiciales, & forenses Mosaice cum Iudæis, seruandas docet Carlostadius, & alii. Pœnitentiam & cetera Sacramenta cum Iudæis ludibrio exponunt, proscindunt, traducũt, & Circumcisionem Sabbatumque Iudaice approbant Carlstadius, Sabbatarii, & alii. Manna in cœna Domini se edere adfirmant Mannarii, Nomen IESVS execrantur, Crucis signum maledictis afficiunt, Christum ab Eucharistia excutiunt, Messiam non uenisse blasphemant, Matrem DEI, & Sanctos omnes, & omnem cultum Christianorum Iudaicissime uituperant, calumniantur, & conuitiantur.

Cum Turcis autem Quadragesimam Apostolica Traditione toto orbe ante Pascha obseruatissimam abrogant Lutherani, Caluiniani, & reliqui. Festa omnia cum Turcis Carlstadius, Lutherus, & alii abolent. Sacras delent imagines multi. Omnem Sanctorum Christi Martyrum cultum

Right margin notes: *... c. 1. de u. f.* — *In tabu.* — *Con. ... b.* — *In ... a.* — *... et in t b.* — *In Thc. Cat.* — *In Tabu.* — *Dia. 6. c. 17* — *In The. Ca.* — *Dub. 1. Dia f.*

sustulerunt omnes Nouatores. Plerique plures uxores secundum sacerrimas Turcarũ leges libidini cuiusque indulgent. CHRISTVM uere obiisse negant Valentiniani, teste Caluino contra Libertinos. Plurimi Ordines sacros, Eucharistiam, & alia Sacramenta CHRISTI respuunt. Patrẽ Filio æqualem Caluinus, & alii Trinitatemque Personarum Diuinarum Seruetus Trinitarii, & alii Turcissime negant.

Post hæc uetustorum primo deinde recentium superstitio hæreticorum hæretica prodenda censetur, in primis enim illud occurrit mihi, quod Flagellantes dicebant, nullum Sacramentorum sine peccato letali post ipsorũ aduentum suscipi posse, quod se nodosis flagellis, aculeis acutis flagellabãt, idque facinus Martyrio præponebant: Pepusitæ infantis sanguine, quem de toto corpore eius ex minutis uulneribus punctione extorquebant, quasi Eucharistiam conficere perhibent, miscendo eum farinæ, panemque inde conficientes: Dactilorinchitæ tantum silentium seruabant, ut naribus & labiis digitum apponerent, ne ex ipsa taciturnitate in uocẽ prorumperent: Nicolaus de Calabria dixit, quod in die iudicii Gõdesaluus hæreticus pro omnib. orabit condẽnatis & eos suis precibus saluabit: Tesseradecatæ Pascha cũ ieiunio & uigiliis decima quarta luna (ut Iudæi) celebrabant: Armenii in Paschate nõ Corpus Dominicum, sed agnum assumunt: cultu Iudaico boues & agnos sacrificant; crucem non nisi baptizatam adorant, quorum religionem pessimam vocant Sancti Patres; Marcosius adhibebat Baptismum in nomine ignoti Patris, in ueritate matre omnium, in IESV, qui descendit in unitate, & redemptione, & potestatum communione: Donatistæ bis baptizabant: Marcionistæ tertio: Marcionistæ, & Manichæi, quoties apud ipsos baptizatus aliquis moriebatur sub lectulo defuncti uiuo occultato lectulum adibant, ac mortuum interrogabant, an baptizari uelit. Respondebat occultatus, uelle, atque ita loco defuncti eum baptizabant.

Horum uestigia mei seculi sunt sectati hæretici: Sabbatarii enim Sabbatum more Iudæorum superstitiose colunt, diem Dominicam aspernantur auctore Carlstadio, qui omnia Festa abrogauit, nec ullum festum præter Sabbatum docuit esse colendum: Adiaphoritæ, qui ritibus ecclesiasticis indifferenter utuntur, & eos omittunt: Eiulantes putant nihil esse deuotionis DEO quod placeat uehementius, quam flere semper atque eiulare: Stebleri existimarunt nefas esse portare gladiũ, & peram: Lutherani Augustæ Vindelicorum Iudicii extremi effigiem imprimentes, disertis uerbis apposuerunt, quemlibet in illo die secundum fidem remunerandum fore: Anabaptistæ non altero contenti sunt Baptismo. Mennonistæ Anabaptistas qui ad eos, ex aliis Anabaptistarum sectis, transeunt, tertio baptizant: quidã quotidiano utuntur baptismo: Coubrigius hanc uocem, Christus, esse fœdũ nomen, illudque ubicunq; in libris suis occurebat, dispunxit, CHRISTI nomen in Iesum commutauit, at ubi habetur in Symbolo Apostolico: In IESVM Christum, ipse canebat in Iesum Iesum: Lutherus è Litaniis uocabulum Trinitatis expunxit, item e Symbolo u ocem, qua sola omnes hæreses conteruntur, Catholicam, aboleuit: Condormientes iubent præ nimio Euangelii amore, debere uiros, & fœminas ac uirgines uno in loco, & conclaui, & uiuere, & eodem cubiculo dormire; adeoque coire: Sacramentarii communione Cœnæ solummodo sedentes in mensa superstitiose adhibent: Adamitæ Adæ innocentiam se imitari dicunt, in syluis uagantur, & nonnumquam prorsus nudi, sicut Adam & Eua. Lutherani crepidas Lutheri adorandas putant, eoque adhuc uiuente stercora eiusdem eodem teste uenerabantur. Erasmum Lindano referente unum ex Euangelii columnis nocte sanctæ Parasceues, non adorantem crucem, sed in Paphiæ Deæ mysteriis operantem deprehensum esse. O columnam Euangelicorum. Condormitarii Diabolum Deum eorum aliquot horis in die uenerantur.

Marginalia (left): Lutzẽburg. — D. August. — Limerius. — Lutzẽburg. — S. Nico. — Guido. — S. Theodor. — S. Optatus. — S. Epiphan. — Harmenop. — Lindanus. — Erasmus. — Lindanus. — Coccius. — Alanus. — Lindanus. — Copus. — Nota. — Laghus. — Lindanus. — Sturmius. — Lutherus. — Lindanus.

Marginalia (right): Catal. hær. — L. de hær. — Par. 2. q. 11 — Cat. hær. — Ep. ad Enc. — De Hær. — l. 1. de sch. hære. — Con. Dona. — Hær 42. — Con. Græc. — Orat. — In Tabula. — Con. Carlst. — In Tab. & in Dial. pri. Dub. — l. 8. de Sig. Ecc. a r. 7. — Dia. 6 c 17 — In Dia. du. — In Dial. — l. de mir. Sacr. — In Tabu. — Inc. 11. an. in D. Iren. ad. hær. 10, 1. coll. f. 54. & 149. — In Dial. du. 3.

Digitized by Google

D. Hieron. D. Irenaus. D. Epiphan. Nicephorus. Hannenop. S. Philaster. Coccius. Lutherus.

In iactantia quoque & arrogantia simul antiqui & recentes conueniunt hæretici: Simon Magus, & Menander inter hæreticos ueteres, se Dei uirtutes esse asserebant: Menander & Mahomet se esse Christum iactabant: Mōtanus uero & Manes se Paracletū esse gloriabantur: Noetus seu Noetianus se Mosen esse dicebat, & fratrem suum Aaronem: Nouatiani se catharos, idest, Mundos & puros vocabant: Flagellantes Begardum de Heruodia fuisse Heliam & Enochum fuisse Conradum Smeth, sibique reuelatum Papam & Episcopos aduentu suo interdictos esse dicebant. Et inter recentiores hæreticos Lutherus iactabat: Ego sum Esaias, Philippus Hieremias, item, Vt non me aut meam doctrinam, uestro aut ullius Angeli de Cœlo iudicio subiicere digner: iterum, Hussus de me prophetauit. Item, En appello me Ecclesiastem Dei gratia & titulo insigniui me, certus sum sic Christum me nominare. Tam copiose prædicatum est Euangelium a nobis, ut ne Apostolorum quidem tempore tam clarum fuerit. Præterea, ego de Satana triumphaui. Rursum. Nihil uereor etiam si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra me starent. insuper: Sancti patres omnes errauerunt: Ecclesia tota sæpius errauit: doctrina mea non potest errare; quia certissimus sum doctrinam meam nō esse meam, Sed Christi. Deinde Lutherani, & Caluiniani se primos lucem Euangelii mundo palam obiecisse iactant: Nouatores cuncti hæresiarchas suos uocant Prophetas, Paulos Helias, mundique solet, & luminaria, Euāgelicos Reformatores, sanctificatos ex utero. Itidem: Alios Elias, secundos Baptistas, & Præcursores Domini, quintos Euāgelistas, alteros Paulos, Gedeones, Angelos, organa & delicias Spiritus Sancti: Anabaptistæ protestantur ante communionē Eucharisticā, habere tantam caritatem, quantā habuit Christus in Cruce pendens: Georgius Maior, non Christum, sed se esse illum, qui extremo iudicio totum sit mundum iudicaturus. Et anno 1550. Matthias Steinbach se dixit esse Spiritum Sanctum.

Cont. haeret. li. 1. c. 22. ad har. Cont. Noet. Lib. 4. Hist. c. 22. De opin. haeretic. De haeresi. li. 8. de sig. Ecc. art. 12. in cap. Bap. con. reg. Aug. et con. epist. & art. Lib. 2. con. Luthe. De Sacra. Eccl. lib. 4. c. 18. In Annot. S. Iren. ad her.

Morus. Bellarmin. Feuardent. Cochlaus. Zuingerus. Feuardent.

De act. & scriptis lut. in theat. de har. In Theom. Calu.

Maledicentia insuper hæreticorum tam antiquorum, quam recentiorum in Sanctos Patres satis nota est atque etiam notata: sed longe plus hoc perpetrarunt facinus Lutherus, Caluinus, Pomeranus, & alii: quam Faustus Manichæus, magis conuitiorum plaustris incesserūt Pontificem Romanū, quam Berengarius, & Petrus Ioannis, & ita quidem, ut nec homines, nec Angelos, ea satis aliquādo detestari & execrari posse iudicem: in plures præterea sectas, hoc est, olim in triginta quatuor, postea ī septuaginta & plures dissecti sunt, quam Arriani, uel Donatistæ citra comparationem, in furto deterior fuit Lutherus, quam Gulhelmus Almi, Alexander, & magis quam Burgardus sacrilegus, in uitiis omnibus unus Lutherus omnes uicit hæreticos ueteres, item Caluinus & noui hæretici uetustos omnes, quod plerique eorumdem scriptis publicis testatum reddunt, superarunt.

Lutzēburg. Coccius. Cat. haret. li. 8. de sig. Ecclesi.

Verum enim uero in luxuriam, ut de aliis turpitudinibus taceā (de quibus grande uolumen conscribere possem) propter quā, ut B. IOANNES Fischerius Episcopus Roffæ, & S.R.E. Cardinalis, CHRISTI Martyr, Ecclesiæq; Doctor illuminatissimus testatur, Lutherani in hæreses sunt pro lapsi, ceteros mirum in modū excesserunt, turpitudines obscœnas, lasciuiasque pudendas Simonis Magi cum scorto Helena, Montani cum Maximilla, & Priscilla, Basilidis cum succubis, Florianorum, Carpocratianorum, Piccardorum, & Bacchanalium, qui promiscuis cōcubitibus post occasum Solis lucernis extinctis utebantur, longius exuperauerint, atque Bogomilorum, qui docere Monachum cum duabus cubare mulierculis unoque anno cōtinenter exacto, posse deinceps cognatarum quoque consuetudine citra discrimen uti, uicerunt. Et Nicolai illius immundi immane facinus in Præsepe Domini nefas perpetrantis excesserunt. Nam præter Condormientiū sentinam, communes habentes uxores, & liberos, & omnia sibi communia esse debere arbitrantes, sicut Plato in sua Republica instituit, & Nicolaitæ

Roffensis. Li. 1. proem. cont. Oecol. Lutzemb. Cat. haret. D. Hieron. De Fab. lapso.

&

Caluinus. Lindanus. & nuper Monasterienses, Euangelici prophetæ: Cōcupiscit spiritus meus, inquiunt, carnem tuam. Veni itaque & faciamus mirabilia. Et Libertini dicunt, leno fungatur munere suo, fur furetur audacter. Est enim consentaneum rationi, ut unusquisque uocationem sequatur. Hæc illi, qui coniugia uolunt inter fratres spiritualia, uxores habent communes, non patiūtur eas suis maritis infidelibus debitum reddere, facta nocturno tempore concione, luminibus extinctis, dicente concionatore: Crescite & multiplicamini, alter cum alterius uxore ad placitum scortatur, promiscuos laudant concubitus hanc Patris uoluntatem esse aiunt. Oldepordius indulgente Luthero priore coniuge adhuc superstite, alteram duxit uxorem. Bocholdius duodecim simul uxores habuit. Hetzerus Anabaptista, ut Turcicum & ipse morem euinceret, uno tempore tredecim simul uxores duxit. Henricus Octauus Rex Angliæ legitima adhuc uxore superstite primum ex uxore Thomæ Boleni Annam Bolenam stupro sustulit: postea Mariam sororem Annæ Bolenæ constuprauit: denique Annam Bolenam propriam filiam, legitima uxore repudiata, sibi matrimonio copulauit ac fecit ut eadem, & filia esset & coniux. Et libenter silentio prætereo abominanda sacrilegia, & sacrilegas abominationes, quas in Templa Domini, in Altaria sacra, in augustas reliquias, in Sanctorum Imagines, in sacras Vestes, in sacra Vasa, in sacrosanctū CHRISTI Corpus, & in sacra omnia fecerunt uiolationes Sponsarum Christi Sacrilegas, stupra nefanda, incesta execranda, nuptias incestuosas, indulgentiam Sacerdotibus & Monachis scortandi impune, & licentiam omnis lasciuiæ & immunditiæ carnis. Caluini & Bezæ adulteria, sponsalia illicita, spurcitias Sodomiticas, quæ scelera facinorosa ac detestanda uix vmquam numerari, explicari, aut uituperari quisque poterit, quemadmodum nec obscœna Lutheri, quæ tam multa, & nefanda ac turpia, ut hic inserere pudeat, ita ut de fœdis obscœnitatibus Lutheri a Ioanne Pistorio Anatomia conscripta sit, typisque excussa anno 1595. Coloniæ.

[Left margin: Caluinus. Lindanus. Gaspar. Vtembergius. Petrus Canisius. Sanderus. Feuardent. Bolsecus. Beza. Coccius. Medices.]
[Right margin: De libert. Dial. 2. du. Caus. 9. Lib. 2. c. 12 Opt. Max. De schismate Anglica. Theom. Caluin. cōf. 15. confuta. 1. In uita Calu. In carm. de Card. et Aud. In Thse. ca. Sum. omn. hær.]

Sed eo præterea furoris & insaniæ hæreticismus recens peruenit, ut quidam idola coluerint, stercora Lutheri & imaginem adorarint, aliqui Diuinū honorem Diabolo habuerint, Ecclesiæ fidei abrenunciarint, errore eam traduxerint, a Religione apostasiam fecerint, uictas hæreses asseruerint, cum Diabolo cōmercium inierint, ad Turcas defecerint, hæresi se deuouerint, CHRISTVM abnegauerint, Atheismū sectati fuerint. Bartholomæus Ianouerius Antichristi aduentum futurum anno 1360. diuinitus se scire nugabatur: Arnoldus 1335. prædixit. Lutherus 1531. Item 1620. Thomas ScyKerus anno 1526. per urbem currens, ac horrēdis gestis utens, clamabat, diem Domini adesse. Hutitis sub anno 1530. tam certum erat extremum diem præsentem esse, ut aliqui ipsorum omnes opes, & facultates prodegerint, ea opinione, ut putarent se uix eas absumere posse: tam breui enim temporis spatio, se satis opum habere. Enthusiastarum quidam tamquam furiosi 1539. currente anno circumcurrebant, & per plateas clamabāt. Dies Domini, dies Domini: annūciamus uobis diem Dominicam: Andreas Osiander 1554. libellum quendam edidit, in quo annum & tempus extremæ diei supputauit.

[Left margin: Luxemb. Iustinopolitanus. Bullingerus]
[Right margin: Lutherus. Cat. hær. L'heretico infuriato. Coll. lat. f. 48. lib. 2. c. 1. in Anab. et lib. 2. c. 6. & 1.]

De his & similibus sexcentis plura referūtur, deque Lutheri & Zuingli doctrina, quam se a Diabolo accepisse ipsi fatentur de innumeris Lutheri, Caluini, Occolāpadii mendaciis, Calumnijs, maledicentiis, diffidiis, inconstantiis, deliriis, conuitiis & blasphemiis, de Lutheranorum & Sacramentariorum in transfarenda & interpretanda Scriptura sacra, de impietate & maledicentia eorum in Principes seculares, in Doctores sacros in Diuos, in Ecclesiam Dei, & in Deum, de fastu & arrogantia, de gula & luxu, de spiritu mendaci, & de uerbi Dei corruptelis, quod malum malorum esse censetur, dignoscere quisque poterit, si octoginta & quatuor peruersas, diuersas, aduersas perfidiosissimorum Sacramentariorum interpretationes ad illa

[Left margin: Iodocus. Canisius. Feuardent.]
[Right margin: Li. 8. de sig. Eccl. De V. D. Cor. lib. 15. cōf. calu. confes. cap. 15.]

Digitized by Google

pura Dei verba: Hoc est corpus meum, animaduertat, si adducentas hæreticorum deprauationes in uerba Eucharisticæ consecrationis, in libello, qui anno 1577. prodiit, oculum adiiciat, si librum, quo Lutheranus quidam ex ducentis uiginti tribus Sacramentariorum scriptis demonstrat, eosdem de nullo pene doctrinæ articulo recte sentire, perpendat, si ad mille & quadringentos impiissimorum Caluinianorum errores, quos ex eorumdem scriptis, pseudo catechismo & infideli confessione collegit, & solidissime confutauit Orthodoxus Pater Feuardentius, respiciat, si ad unius Lutheri pessimi hæresiarchæ tractatum, super uno articulo de Communione sub utraque specie contrarietates, quos laicus Gaspar Queramelus collegit, perpendat, in triginta sex sermonibus quingentos errores apud Orthodoxum Cochlæum, & ad cẽtum quadraginta quatuor calumnias, ex quodam illius libello, ad quadraginta quatuor falsos articulos apud Orthodoxum Roffensem pluribus sexcentis notis, & totidem næuis Antichristi sugillatos, & ad nongenta & plura mendacia apud Ioannem Diemberg & Thomasũ Muncerum, & ad mille errores in trãslatione sacrorum Bibliorum apud Orthodoxum Emserum, dispiciat.

Cochlaeus. Fontanus. — *De ac. Lut. Hist.*

Finis insuper eorum satis: superque qui qualesue fuerint hæresiarchæ omnibus mortalibus indicat: Iudas caput hæreticorum medio crepuit, Simon magus in cœlum elatus cecidit & infractis cruribus obiit, Apollinaris rabide periit, Arius uisceribus effusis interiit, Nestorii lingua ante obitum corrosa fuit a uermibus, Lauianus a canibus rabidis adhuc uiuens laceratus fuit, Ioannes de Stur mia malam mortem oppetiit, Ioannes Zischa, peste tactus expirauit; Constantinus patriarcha Constantinopolitanus Iconomachus in exilium abactus & reductus postea seuissime excarnificatus, asinoq; impositus ludis Circensibus in theatro ignominioso circumuectione traductus, deinde obtruncatus est, Carlstadius Iconomachus & ipse infelici statu infelicem infelicer efflauit animam: Zuinglius in acie cecidit trucidatus, cuius cadauer fuit ad sempiternam memoriæ eius labem combustum; Lutherus uino crapulaque oppletus e uita inopina morte cessit: Caluinus desperans, dœmonibus inuocatis iurans, execrans, & blasphemans miserrime animam malignam exhalauit. Obiit autem Caluinus morbo pediculari, uermibus circa pudenda in apostemate seu ulcere fœtentissimo crescentibus, ita ut nullus assistentiũ fœtorem amplius ferre posset.

Filinus. — *De mor. hæ.* *Lutzeburg.* — *Cat. hær.* *Copus.* — *Dia. 4. c. 15* *Cochlæus.* — *De dict. fa. Luth.* *Lutzeburg.* — *Cat. hær.*

Combusti uero, partim mortui iustissime fuerunt hęretici & hęresiarchæ, Proterius, Vuilhelmus, Vuicleuus, Hussus, Hieronymus Pragensis, Hermannus, Guido, hæresiarcha, Gulielmus, Gonsidaluus, Begardus, Dulcinus, Durandus, Petrus Ioannis, Ioannes medicus, Matthæus Palmerius, Ioannes Vualdon, Thomas Mutzerus, Balthasar Pacimontanus, Michael Seruetus, Christophorus Fabricius, Coubrius, Bernerus, Gerardus, Hieronymus, Bucerus, & Fagius, item Orphani numero mille, Templarii omnes, Lutherani, Anabaptistæ, Trinitarii, Sacramentarii, & alii gregales supra centum millia.

Copus. — *Dia. 6. c. 17 44. & Dia. 5.*

Nec silentio inuoluãm, quod Eligio hæretico apud Camaracum accidit, qui se obsessum fingens ab amicis ligatur in hasta, ut omnes homines reputarent eum furiosum: Quidam Clericus obsessus. Dicunt manu solutas, colligens in nocte circa hæreticum ligatum stramina, & ignem de lampade sumens incendit cumulum straminum. Hæreticus clamat, custodes expergefacti, ignem extinguere nitebantur: sed Clericus arrepto gladio omnes abegit, hæreticus combustus est, Diuino iudicio exacto, Clericus a Dœmone liberatur.

Lutzeburg. — *Cat. hær.*

Similiter Olipius Arrianus Episcopus apud Carthaginem cum in balneis sanctissimam Trinitatem blasphemaret, tribus igneis fulminibus ab Angelo uisibiliter missis, miserabiliter decidit, & eius cadauer penitus exustum est.

Iacobus. — *In sup. chro. lib. 9.*

Digitized by Google

Ioa. Busæus. Item anno 1533. Viennæ Austriæ hæreticus, qui se abdiderat in Templo intempesta nocte perfringit cancellos domunculę sacrosancti Sacramēti,& ex Hostiis paruis alias abiicit in terram,& pedibus conculcat, alias dentibus arrodit, alias uero reseruandas recondit in sacco caligarum suarum. Paulo post sentit madescere indusium iuxta saccum extrahit, & totum sanguinolentum deprehendit. Mane cum hostium Templi aperitur, licet latere se putaret, sacrilegus capitur, Hostias, quæ in sacco erant, inueniunt sanguinolētas,& cum reuerentia in locum sacrum reponunt. Sacrilegus autem ad Fidem Catholicam conuersus, propter manifestum omnibus sacrilegii crimen capite plectitur. Ep. ad patr. soc. I. script.

D. Irenęus. D. August. D. Gregor. Staphylus. Bolsecus. Turcianus. Lindanus. Ab hæreticis uero nullum umquam uspiam legitur miraculum ad sua dogmata confirmanda perpetratum, quamquam uti Sancti Patres tradunt olim attentarint,& nuper Lutherus,& Caluinus,& alii, sed frustra omnino conati sunt, Lutherus enim a puella dœmonem abigere tentat, sed dœmō eas in angustias Lutherus redegit, ut is e sacrario se proripere uellet. Caluinus edocet Brulleum, ut se insimulet morbo affectum, seque in lectū abiiciat, ac fingat mortuum, eiusque prece audita exurgat, at factum est, his peractis, ut is qui se mortuum simulabat, iusto DEI iudicio uere esse mortuus repertus est; Atque in Polonia non longe a Cracouia pago Biethzaze quiddam fuit tentatum simile: concionator enim in Euangelii gratia confirmandi quemdam Matthæum certo conduxit stipendio, qui sese mortuum simularet, atque ad clamantis uocem, ceu mortuus resurgeret. Illū feretro inclusum ad Templum deducit, uxor artificii nefarii conscia, funus fletu & eiulatu prosequitur. Ille ubi satis de suo nouo Euangelio tonasset, surge (inquit) Matthæe in nomine Christi, cumque non surgeret, ille inclamat altius ut somnum forte excitaret. Vbi nec ita surgeret Matthæus, itur ad feretrū, detegitur uelata facies,& reuera deprehenditur mortuus, qui sese tanto aliorum periculo mortuum, atque a mortuis in uitam reuocatum simulare uoluerat; Mox uxor quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc uere lachrymis, uocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta suo malo isti nouo fidem habuit Euangelio. Sic per Hollandiam Anabaptistam quemdam simulasse mutatæ in uinum aquæ, captorum item piscium, quos paulo ante in puteum iniecerat, miraculum notius est, imo, vt quidam aiunt, ex actis publicis demonstrari posse, quam ut sit uerbosius referendum. Etenim quoque de Georgio Dauidis audiui ab oculatis testibus, quæ conceptam passim de eo magiæ opinionem mirifice confirmant. Memini & Dordrati illum simili artificio elapsum audire. Eum in nauigio sua uenenata dogmata aspergere non dubitasset, ubi solet ista pestis grassari haud infrequenter, egredientem de naui uectores quidam obseruare constituunt, quonam diuerteret hospitii causa, uident quidem egredientem, sed cum paululum esset progressus eu[a]nuit. Ab istis non est alienum, quod quidam aiunt eo fuisse illum dementiæ delapsum, ut subinde in aera ad pedes sex, aut hominis staturam eleuaretur, Auro enim uiuo copiose, suos calceos aiunt replesse eiusque ui in aura sublatum. Ceterum de Monasteriensibus illis Anabaptistis certo certius est, conatos fuisse simulata sanguinis pluuia, aliisque imposturis suum confirmare pseudoeuangelium. Eo etiam insaniæ quosdam Tiguri fuisse reductos testatur Bullingerus, ut sibi dona linguarum polliceri a Patre cœlesti non dubitarent, sed eos uanissima illusit spes; sicuti per Hollandiam nouum manna de Cœlo expectantes adamitas. Illud tamen intactum præterire non possum ex fide dignis me audisse, inquit Orthodoxus Lindanus tam efficacem fuisse Satanæ in Anabaptistas imposturam, ut simulato quasi miraculo, diē sese illi fanaticæ factioni deuouerēt, non ut possent legere, quod antea, neq; norat, neque didicerat, sed si ab istis resipiscant etiam reuulsis præstigiis, vna cum animi pœnitentia perit,& legēdi scientia. Equidem istud diu pro fabu-

lib. 2. c. 36. l. 13. c. 5. cō. tract. Man. Hist. Eume. l. 2. c. 3. Con. fac. 8 mi. p. 404. In ui Calu. c. 13. l. 1. de deg. Cat. Dia. 3. Du.

Digitized by Google

loso habui, donec apud Horlemen uir Catholicus minime ignotus narrabatur, suam extraxisse legentem nescio quæ ipsorum mysteria, quam domi cum maneret, ut aliquid legeret illa sese, ne Litteras quidem amplius nouisse respondit. Simile, & Louanii de iuuencula quadam ab Anabaptista resi, i scente iampridem me frequenter audisse recolo. Vt enim optime scribit Erasmus Retoredamus, cum iuxta communiorum opinionem adferant paradoxotera, nullus illorum adhuc extitit, qui uel equum claudum sanare potuerit.

Iodocus. Quod si ex his quisquam adeo fuerit cœcus cœcior talpa, & adeosurdior que aspide, atque sturnio, & Oreste insanior, vt Donatistas, Manichæos, Lutheranos & Caluinianos, non uere esse hæreticos credat, attendat eorum testimonio id omnifariam cōprobatum. *lib.8.ar.3. de Sig. Ecc.* Namque Lutherus, Caluinus, Anabaptistæ, Trinitarii, & alii præteriti seculi hæretici pro hæreticis indubitate habent, scriptisque testantur hos hæreticos fuisse: nempe Simonem magum, Corinthum, Gnosticos, Prodicum, Cerdonem, Marcionem, Florinū, Montanistas, Nouatianos, Samoratenum, Manichços, Alogos, Arrianos, Donatistas, Eustachium, Eunomium, Audæanos, Aerium, Luciferum, Seleucianum, Messalianos, Iouinianum, Heluidium, Faustum Manichæum, Pelagianos, Nestorium, Eutychetem, Petrum Gnaphæum, Xenaiam Persā, Iacobitas, Armenos, Mahometanos, Iconomachos, Paulicianos, Claudium Taurinensem, Græcos, Bogomilos, Tandemum, Petrobrusianos, Pseudoapostolos, Abailardum, Vualdenses, Albigenses, Almaricum, Raymundum Lullium, Fraticellos, Begardos, Lollardos, Flagellantes, Marsilium Patauinum, Vuicleuum, Vuicleuistas, Hussum, Hussitas, Thaboritas, Piccardos, & alios.

Deinde Lutherani damnant Sacramentarios, Sacramentarii uero Lutheranos, Lutherani uero & Sacramētarij hæresis arguūt Anabaptistas, qui Lutheranos, & Sacramentarios pro hæreticis damnant: Item Lutherani & Sacramentarii Trinitarios hæresis conuincunt, Lutherauos uero & Sacramētarios tamquam hæreticos condemnant Trinitarii, & sic ut quondam successiuo tempore fecerunt hæretici eodem tamen tempore nunc secta aliā sectam quasi hæreticam respuit, & damnat; conuitiis, scriptis, dictis, factisque, ut docui, horrende persequitur. Sed quod omnium maxime refert, Ecclesia CHRISTI est, quæ errare nequit, quæ eos pro hæreticis rectissime condemnat.

Quam ob rem ex his omnibus Lutheranos, Sacramentarios, Anabaptistas, Trinitarios, & ceteros dœmoniorum gregales, & id genus cōsimilem immanium bestiarum cohortem, & detestabile horribilium monstrorum specus dictis, scriptis, facinoribusque Catholicam Ecclesiam ab Hæresis omni suspicione liberasse, Veritatem Catholicā Romanæ CHRISTI Ecclesiæ firmissimam, & plane inexpugnabilem, ac immaculatam certissime roborasse, seipsosque toti mundo, ludibrio DEI, Angelorum, hominum & dœmoniorum exposuisse, uere hæreticos & certa æternæ mortis mancipia esse protulisse, luce meridiana clarius, certitudine certius, & Veritate uerius est. Gloria Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google